ARCHIWUM UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO

ZESPÓŁ:

Rękopisy XV–XVIII w.

SYGNATURA:

Rkps 208 – Acta ecclesiae collegiatae et parochialis Omnium ss. Cracoviensis, 1739-96

DIGITALIZACJA:

Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego

2003 r.

1. NR ARCHIWUM:	2. NAZWA ARCHIWUM:	
805	Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego	
3. NAZWA ZESPOŁU:		
Rękopisy XV–XVIII w. (Rkps)		
4. NR ZESPOŁU:	5. SYGNATURA OBIEKTU:	
2	Rkps 208	
6. LICZBA STRON/KART:		7. LICZBA SKANÓW:
1352		1134
8. DATA WYKONANIA:	9. NAZWA PRACOWNI:	10. WYKONAWCA KOPII CYFROWYCH:
2003	Archiwum UJ	-
11. UWAGI:		
-		

208.

Acta

Ecclesiae Collegiatae & Parochialis OO. SS. Cracoviensis

Anno Domini M.742

Compilata

Anno 1692. 7 Septembris coram Actis Conv. Crac. pro testat. Capitulum Sm. Obm. contra Magistratum Crac. quod ille Domum lapideam acialem in platea Castrensi Ecclesiae proximam, summè ruinosam non curat reparare

Anno Dni 1676 die 30 Octobris coram Actis Officialatus Crac. Executores Spectabilium Inaterowie donaverunt Clenodia et nonnulla de auro et argento Vbli Capitulo Eccle Collgte Sm. Obm. Non constat de receptione eorundem clenodiorum et Inaterorum Domus et possessio sita in platea Castrensi tertio loco à Domo Capitulari devoluta est ad Wozinskie Jure Successionis, qui, eandem Domum vendiderunt in Ao 1751.

M. Jacobus Ustiensis q. S. T. D. S. Floriani et Sm. Obm. Crac. Praeptus qui obiit A. 1649. 25. Janu. Domum Praepositi reparavit. in Die Natalis Dni A. 1649 Summam missam habuit et concionatus est legit in Vita ejus seu Panegyrico funebri

Contra Musicos Bursae Sm. Petri et Pauli Crac. Decretum Stetit directae responsionis, rejecta oppositione Privilegii ipsorum [illegible]urio Crac. die Merc. 15 Xbris 1728 Item die Lunae 20 Xbris Item Mercurij 19 Mensis Januarij 1729

1602. XIII. Martii. Arguuntur Vicarii ratione depactationis, et Juramentum illis defertur.

46. Ad Altare Præsentationis B.M.V. in Eccla Ob. Stu

Præsentaverant Prælati et Canonici Rdum olim Valentinum Michał Kossi Presbyterum. # post ejus fata iterum ydem ad hocce ipsum Altare præsentarunt Rdum Jacobum Jaroszowic Vicar. in Lubor Lyceen. ~~die~~ ac ex eadem præsentatione institutus est die Martis 20 Junij 1758.

In Nomine Domini Amen

De Sepulturis Ossium fidelium defunctorum, hoc Seculo 1700. in Ecclesia Collegta SSm OOm Cracoviae sita celebratis haec notata sunto ad futurorum notitiam.

1ma Sepultura Ossium

Expedita est in Anno 1717. curâ Adm Rndi olim Hyacinthi Serwatowicz Sacristiani ejusdem Collgtae impensis vero ex collecta piorum Parochianorum provenientibus. Solennitate ut opinor notabili, nam imago ~~defuncti defuncti~~ cadaveris defuncti hominis ad parietem Ecclesiae affixa denotat eandem Sepulturam cum aliqua pompa expeditam fuisse. Quot diebus durabant Suffragia, et qui Concionatores fuerunt, non constat, quia id nullibi adnotatum reperitur.

2da Sepultura Ossium

Expedita est in Anno 1739. impensis ~~et cura~~ Perillustris olim et Rndmi Joannis Lukini U. I. D. et Pfris Canonici Crac. ejusd. Ecclae Collgtae Praelati, curâ Adm Rndi Laurentij Anielski Sacristiani ejusd. Ecclesiae. cum magna Solennitate et Suffragiis per tres dies continuatis. Per omnes hos tres dies Officium defunctorum et Missas decantaverunt Adm Rndi Patres Missionis Domus Stradomiensis. incipiendo a primis Vesperis usq ad actum depositionis Ossium. Suffragia haec absoluta sunt tam de die per Missarum plurimarum Sacrificia, quam de nocte per decantationes Rosarij, Coronae Scapularis, Coronae de SSma Trinitate et aliarum precum incessanter non deficiente unquam lumine. Conciones fuerunt 4. Primam primadie habuit Illustris olim M. Ignatius Herka Phi. D. Collega Minor Super Themate: = Vaticinare de ossibus istis = Secundam Secunda die habuit Illustris Cl. et Adm Rndus M. Antonius Wilkoszowski U. I. Pfr. ejusd. Ecclae Collegiatae SSm Obm Ordinarius Concionator super Themate =

Tertiam tertia die habui ego N. Casimirus Jarmundowicz
Collega Juridicus epsl Eccla Collgta canonicus Super Them
Eduttabunt Domino Ossa humiliata. Quartam eadem
ipsa die ad ✠ tumulum habuit Rdus ac Religiosus Pr
Lelayski Ord. Praedicatorum Sontus Grae S. Th. Magister
Omnes isti tres dies erant valde pluviosi et tempestuosi
ac ideo majorem hominum Concurrentiam impediverunt.
quamquam. omnibus his diebus erat concursus homi-
num magnus. Ecclesia tota erat adornata panno nigro.
et splendore lampadum ardentium. In medio Ecclesiæ
inter quatuor pyramides seu columnas erat tumba ~~in~~
parumper elevata ossibus mortuorum referta.

3tia Sepultura Ossium

Expedita est in Anno currenti 1759 die 23. Februarii im-
pensis et curâ Perillustris Adm Rndi Francisci Zyborski Ord.
Consistorij Gnesn Grae Actuarii, Ecclesiæ istius Obl. Collegiatæ
Decani cum magna et itidem solennitate et Suffragijs per
tres dies integros continuatis Per dos omnes tres dies Missas
Majores decantaverunt Adm Rndi Vicarij Eccle Cath. Grae.
primo die, celebrante Perillustri Admodum Dno Ignatio Sotyk Canon.
nico Cath. et Judice Surrogato Grae, altero die Perillustri et
Admodum R. Stanislao Manczynski Ord Pr. Canonico et Judice
Surrogato Grae, tertio die Perillustri et Admodum Dno Josepho
Rogalli Medicinæ Pre Canonico Cath. Grae. Ossium depositorum
Ima die decantaverunt primo loco PP. Franciscani 2do loco Rndi Patres Ordis Praedi
catorum 3tio loco Chorus Secularis 2da die Adm
Rndi PP. Bernardini primo loco, Secundo loco Adm Rndi Patres
Carmelitæ Arenenses. tertio loco Chorus Vicariorum Eccl. Cath. Grae
3tia die primo loco Adm Rndi Patres Augustiani de Casi-
miria, altero loco Rndi Patres Franciscani tertio Chorus
Eccle Cath. Grae alias Adm Rndi Vicarij. Vespertinis vero
seu Nocturnis horis et Antelucanis decantabant Rosaria
per Confratres Sctmi Rosarij. Item Corona de Sma Trinitate

Item officia de Smo Sacramento. Conciones habuere; prima die M. Casimirus Jarmundowicz U. I. D. et Pfr. Ecclesiae istius Collgtae Custos et Capituli Procurator Super Themate:— Quis est homo qui vivet et non videbit mortem Psal. 88. Altera die. Perillus et Adm Rndus Franciscus Zizbinski U. I. D. Conny Gnlis Crae Actuariq ac istius Ecclesiae Decanus Super Them:— Fili hominis putasne vivent ossa ista? Tertia die Illustris Clmus et Adm Rndus M. Andreas Lipiewicz U. I. Pfr. ejusdem Eccla Collgtae Canonicus Super Themate =

Series Præpositorum SS OO Eccl. Collegiatæ Cracoviæ.

+1592 9 Julij Nicolaus Koczovius S. T. Pfr.
+1594 24 Jan. M. Valentinus Vidavius S. T. B. et Pfr. ad præsent. Rectoris totiusq Unstis
+1663 13 Martij Conferit Præpositura Andreæ Kucharski C. C.
+1679 17 July Conferit Præptura Joanni Radzki C. C. cum resignatione aliorum Beneficiorum.
+1711. 13 9bris Præpositura conferit Plasnowski
+1729 16 January conferit Perillustri Markiewicz
+1526 Stanislaus Szalna Præptus Eccl. Ob. Stu
+1592 12 Augusti Ingrossatio Institutionis ad Præposituram Nicolai Koczovij S. T. B.
+1594 Lunæ 24 Janu. Institutio ad Præposituram SS Obm Joannes Vidavius S. T. B.
+1730 20 8bris Franciscus Kalewski installatus
+1748 30 January P. Mathias Zytkiewicz installatus
+1750 12 Augusti Casimirus Pataszowski S. T. B. installatus
+1758. 8 Juny Albertus Grzymała fu Th. installatus
+1585 Mer 15 Mai Martinus Pilsnensis S. Th. B. post Albertum Pruszkowski
+1611 23 7bris Institutio ad Præposituram SS Obm
+1602 in Janu: Institutio ad Præposituram SS Obm Adamus Zalęski S. T. B.
+1615 Mere 8 July Institutio ad Præposituram SS Obm
+1512 Jovis 7 8bris in Actis Galli de Sadra insertio Plentationis
+1767. 4. Junii. M. Casimirus Stęplowski S. Th. Dr et Pfr, installatus.
1769. 12. Februarii M. Josephus Putanowicz S. Th. Dr, installatus, post Resignationem M. Casimiri Stęplowski. Exactô 19 Annorum curriculô, idem Prlis & Rndmus Josephus Putanowicz, Canc. Cath. Plocensis, anniversaria Die suæ Installationis 12 Februarii 1788, apud PP Capucinos (quò hyematurus diverterat, Mansione sua in Collegio Majori Unrttis retenta) in Suburbio Crac. obiit, ibidemque sepultus.
1788. d. 27 Martii. Prlis Clrmus & Adm Rndus D. M. Vincentius Smacznin-ski. S. Thiæ Dr, Sacræ Scripturæ in Ppe Schola Regni Professor Publicus, ad Præsentationem Unrttis Crac. quæ Thiæ in Unrtte Pfr, Institutus 18 Martii, Installatus ut supra d. 27 Martii 1788.

55. Decanorum SS OO. Praesentationes per Collegium Majus

1640 3 Xbris praesentatus ad Decanatum M. Piotrowicki.
1643 14 Aprilis praesentatur Jacobus Lapellius.
1640. 18 8bris praesentat. Illmus Czartoryski
1650 29 aprilis praesentatur Perillustris Oborski
1684 13 Octobris praesentat. Rmus Oborski Nepos Nicolai Oborski
1700 31 Martij praesentat. Illmus Tarło
1722 29 8bris praesentat. Meliorucci
1723 9 Augusti Albertus Ceypler. U.J.D. Conrus Crac Actuarius Instit. ex Pro-
1747 24 8bris install. Antonius Formica Siculus Med. Doctor. Crasme Aplica
1753 7 July install. Martinus Laskawski U.J.D.
1758 12 Janua install. P. adm. R. Franciscus Zębiński U.J.D. Conrus Crac Actuarius
1571 Lun. 22 8bris in actis Zebinski Albertus Chreiszewski post Dembinski resign.
1566 30 Augus Stanislaus Dembinski Cancus Leop. instit. post Laur. Warmutowski
1601. Lun 12 Janua. post Chreiszewski Albertus Kownacki
1490 14 July post Joannem Bostowski Instit. Albertus Mierzyniec Dec Doctor
1554 Jovis 26 Aprilis post resignat. P. Georgij Podlodowski instit. Laur. Warmuzinski Prae-
positus Curelovienses 1517. fuit Gaspar Podlaski
1543 Mere 11 April in actis Gamrat Epi Crac post obit: Gasp Podlaski Joannes Czerminski
1622 Joannes Łącki institutus.

Series Decanorum SS OO. Praesentatorum per Coll: jus.

1490. pt Joannem Bostowski Instit. Albertus Mierzyniec
1517 Gaspar Podlaski.
1543 11 Apr: in actis Gamrat pt obitu Gaspar: Podlaski Joannes Czerminski
1554 26 Apr: pt resignationem Georgii Podladowski Instit. Laurentius Warmuzinski
Praeptus Curelovienses.
1566 30 Aug: Stanislaus Dembinski Cancus Leopol: Instit.
1571 22 Oct. In actis Zebinski Albertus Chociszewski.
1601 12 Janu Albertus Kownacki.
1622 3 Xbris Joannes Łącki
1640 3 Xbris M. Piotrowski
1643 14 Apr: Jacobus Sapellius
1648 18 8bris Illmus Czartoryski
1650 29 Apr: Illmus Oborski
1684 13 Oct: Rndmus Oborski Neptos Nicolai Oborski
1700 31 Mart: Illmus Tarło
1722 29 Oct: Meliorucci
1723 9 Apr: Albertus Ceypler U.J.D.
1747 24 Oct: Antonius Formica Siculus. Med: Dr
1753 7 Julii Martinus Laskawski U.J.D.

1758. Per: R. D. Franciscus Ziębinski U. I. D. Colltæ SS OO Decanus Andreov: Præptg. Consistorii Gnalis Crac. Actuarius Hic Vir optimor. meritor. et Pietatis Erga Deu insignis. Ecclesiam SS. OO. in novum splendorem reduxit. magnis expensis. Altaria deaurata. Pavimentu marmoreu restauravit: Elegit in Coadjutore. Ill: Minocki. Perill: Ziębinski. obiit Andreov: 1788.

1778. Per: R. D. Stanislaus Minocki Præptg in Zwolen. Canon: Scarbimirien. actuarius Curiæ Episcopalis. Decanus. Colltæ SS OO Instit. dein Ao 1784 et Canon: Cath: Crac. qua Professor. in academia. U. I. D. et Professor. Judex Surrogatus. ordinandor. Examinator.

Nomina & Cognomina Illustrium Procuratorum Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Lbn Obn Ab anno 1640.

1 Laurentius Karynski U. J. Dr. & Pfr.
Dionisius Poltowicz U J Dr & Pfr.
Albertus Zaneucki U J D. & Pfr.
Samuel Szymankiewicz U J D & Pfr.
Martinus Wegrzynowicz U J D & Pfr
Andreas Knapecki U J D & Pfr
Albertus Jastowski U J D. & Pfr.
Joannes Luskini U J D & Pfr.
Stephanus Kropski U J D & Pfr.
Albertus Micinski U J. Pfr.
Joannes Chohorskiewicz Canonicus Montis Pietti Nrius
Casimirus Jarmundowicz U J Pfr.
Casimirus Bodurskiewicz Canonicus, Montis Pietti Nrius
Casimirus Jarmundowicz U. J Dr & Pfr. 18 annos Procurator multum laudabilis. ut in Epitaphio est elaboratum

M. Clemens Herlen U. J. Pfr. 2. 9bris 1752 electus
M. Andr Lipiewicz U J. Pz 9bris 1754 electus
M. Casimirus Jarmundowicz U J D & P. Eccla Coll. Cra Cancellarius in Procuratorem tertio electus A 1755. post discessum Romæ M. Andreæ Lipiewicz immediati Procuratoris
M. Stanislaus Fiszkiewicz U J. Pfr electus in Procuratorem V. Capituli 3. Novembris 1760.
M. Franciscus Minocki U. J. Pfr, Canonicus Sorcianus in Modlnica Curatus, electus in Procuratorem V. Capituli 23. Obr. 1764. post discessum Posnaniam immediati Procuratoris.
Ill: Andreas Jurkowski, Canonicus, Ecclesiæ Parochialis in Pleszow Curatus, Archi-Presbyteralis Bæ Virginis Mariæ in Circulo Cracov. Pœnitentiarius, ac Sabbathinus Concionator, Montis Pii Notarius, electus d 770. Aº 1703 in Alma Universitate Cra U. J. Doctor. factus.
M. Antonius Muszynski Canon Concionator, S. T. & Ph. Dr Contr. Juris Sp. Senior, Scholæ Cra. Capellæ, & Concionator Cathedr: electus A. 1789. incepit Cra Officium D. 1. 9bris 1789
M. Carolus Weiss. Phide. Dr. Notarius Apostolicus, Ecclesiæ SS. obiit 2 Octobr. Canonicus, Archipresbiter Pœnitentiarius, S. Adalberti Præpositus, in Consistorio Cra Causarum Matrimonialium Defensor Juratus, electus 9 14. Martii 794. / idque post obitum superioris Procuratoris Muszynski 9 9. Martii 794. / qui Anno 1796 die Junii obiit.
Ab Aº 1796 die 6. Junii ad 29. Obres ejusdem Anni Delegatio Procuraturæ in personis Hilarii Laniewicz Canonici Mariensis & Michaelis Zamiewski Canonici Cracov. administravit hoc Munus —

S. Petrus Damianus Sermone in Festo Obm SSm

Confugiamus ad probata suffragia, Consiliarii (Sancti) sunt Regis nostri et ipsius irae saepe resistunt, nec nos deserunt in tempore malo. Sciunt enim ubi nos reliquerint, quantis hostium insidiis pateamus. Suspiremus igitur ad illorum memoriam ut protegant nos sub umbra alarum suarum, donec transeat iniquitas, et perducant nos ad Sponsum Ecclesiae, qui est Deus Benedictus in Saecula.

Ulterior Procuratorum Series

M. Dominicus Jo. Markiewicz Sacrae Theologiae & Phiae Doctor et Prfr. Cathedralis Livoniae & OO. SS. Crac. Colltae Canonicus, Notarius Publicus pro Diocesi Crac. Juratus, Ecclearum Parlis in Plaza Curatus, B.V.M. Poenitentiarius & Scholae ibidem Senior, in Gymnasio Crac. Eloquentiae, Professor electus die 29. 9bris 796 —

Stemma Venerabilis Capituli Ecc: Coll: OO. SSm



Sancta Maria, & Omnes Sancti intercedant pro Nobis ad Dominum.

Sancti non dicuntur qui loca illorum tenent, sed qui merita. can. Non facile & can. Non loca. Dist 40.


Iacobus Bobola
Fundator Eccleſiæ Parochialis
SSm OOm Cracovi æ



Jacobus Bobola Miles Ordinis in Regno Hispaniæ celeberrimi Hierosolymitanus, qui togâ utebatur candida longa cum sua tota Familia Mascula. Unde colligitur Virum fuisse militarem et strenuum atq; in exteris Nationibus exercitatum in Marte et pietate. Erat Fundator Ecclesiæ Sanctorum Omnium Cracoviæ sub Vladislao Lokietek, ubi Præposituram fundavit, ut Literæ Fundationis ibidem testantur, Cujus Fundationis Jus patronatus penes Lelivitas consistit. Bielscius sub Anno Domini 1333. et Simon Okulski Orbis Poloni Tomo 2do.


Anno Domini 1306 Civitate Cracovien: prope Eccleam
Parochialem Omnium Sanctorum ardente, carbo ignitus flatu venti supra
Tectum Ecclesiae Cathedr: projectus, Qua die Maii Tectum consumpsit
& muros cum parietibus Ecclesiae debilitavit. Miechovien: lib. 4 cap 13.



Ex Historia Martini Cromeri De Rebus Polonorum, Sub Anno Domini 1346.

Nec illud sane Silentio prætereundum est, quod eodem Anno apud Cracoviam accidit. Nam cum conscelerati quidam homines sacrilega cupiditate adducti Sanctissimum Corpus Christi sub forma panis reconditum cum ferculo suo è templo Omnium Sanctorum memoriæ dicato suffurati essent, atq id ferculum non aureum ut crediderant, sed æreum inauratum esse comperissent, apud Bubalum sive Bavolum Pagum suburbanum, qui erat in ditione Collegii Basilicæ Crac: in cænosam paludem id irreverenter abjecerunt. Mox locus crebris ignibus atq faculis dies noctesq aliquot perpetes collustratus est. Id miraculum cum ad Epum perlatum esset, neq causa ejus pateret post indictum triduanum jejunium Episcopus eo cum solenni pompa Sacerdotum et supplicationibus profectus est, repertamque Sanctissimam Eucharistiam ingenti cum veneratione eo, unde sublata erat, retulit In eo loco ubi ea reperta est Casimirus in sequenti Anno Augustum templum titulo Corporis Christi de coctis lateribus ædificavit.



Synodus Cleri Dyœcesis Cracovien.
in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium sub
Illmo olim Petro Tomicki Epo Cracovien celebrata
est Anno Domini 1607 die 18. 7bris



Synodus altera Cleri Diœcesis Cracoviensis in Ecclesia Collegiata Sanctæ Annæ Cracoviæ sub eodem Illustrissimo Petro Tylicki Episcopo Cracoviensi celebrata est Anno Domini 1612 23 Maii


Venerabilis Servus DEI
Simon Albimontanus dictus Pere-
grinus, fuit Comes peregrinationis
ad Sepulchrum Dni Nri JESU Christi
Nicolai Radzivillii, fuit quoque
Canonicus Ecclesiae Collegiatae SSmi
OOm, prout patet ex Actu visi-
tationis Kalinowsciana dictae Eccleae Collegiatae, insti-
tutus Anno 1598. Ossa ejus quie-
scunt in Eccl: Parochi: B. M. V. in Circulo Grat.


Venerabilis Raphaël dictus
Niewstampy juxta Acta Rdi Patris
Raphaelis de Skawina Lunæ 19 7bris Anno Dni
1457. Altarista Ecclesiæ Parochialis Sancto-
rum Omnium Cracoviæ sitæ tituli et Invoca-
tionis Sanctorum Antonii et Leonardi, pe-
regrinationibus Hierosolymitanis ad Sepul-
chrum Dni Nostri Jesu Christi clarus.
ut patet ex Actis Obligationum Stani-
slai de Swiradzice Officialis Crac: Joris
25 Maij Anno 1464


Illmus et Rdmus
olim. Felix Ligęza Archi-
episcopus Leopoliensis fuit simul
Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ SSm Ob
Cracoviæ tituli Quatuor SS. Evangelista-
rum Fundationis Domus Ligęzia-
næ, patet ex actu Institutionis ad
hunc Canonicatum qui reperit in Actis
Actis Rdmi Stomowski Off Crac Anno
Dni. 1560 D 20 Maii. Obiit in Dno
Anno Domini
1560.


Illmus et Rdmus
olim Andreas de Anti Episco-
pus Posnaniensis fuit simul
Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ San-
ctorum Omnium Cracoviæ prout li-
quet ex Actis Consistorii Gnlis Crac
de Anno Domini 1555 in Junio


Illsmus et Rdmus olim
Petrus Gamrath Episco-
pus Chelmen nominatus
Canonicus fuit Ecclesiæ Col-
legiatæ SSm OOm Craco-
viæ, prout edocet Liber Reta-
xationum Beneficiorum Diœcesis
Crac: Anno Dni 1529 conscriptus.


Celsissimus Illmus et
Rdmus olim Florianus Dux
in Klewan Czartoryski Epi-
scopus Posnaniensis Nominatus
fuit ~~Ec~~ Decanus Eccleæ Collegiatæ
Sanctorum Omnium institutus 23
Octobris Anno 1640. resignavit 1 July
Anno 1650 adepto Episcopatu Po-
snaniensi post ~~ob~~ Illmum olim
Andream Szołdrski eodem Anno
~~164~~ 1650 in Aprili fatis sublatum.



Illmus olim & Rdmus
Joannes Tarto Episcopus
Kiiovien[sis] ac simul Ec-
clesiæ Collegiatæ omnium
Sanctorum Cracoviæ Decanus
& Archidiaconus cathedr. Crac:
postea Episcopus Posnanien[sis]
institutus ad Decanatum OO.
Sanctorum A.



Illmus olim et Rdmus
Stanislaus Dembinski
Episcopus Ennensis, Suf-
fraganeus Posnaniensis:
fuit simul Præpositus Eccle-
siæ Collegiatæ Sanctorum Omnium
prout id elicitur ex Actis Kra-
sinski Officialis Crac: Luna
9 Kalendis Octobris, Anno
1595.


Illmus olim et Rndmus
Joannes Amicinus Epus Laodiceus
Suffraganeus Crae: Praepositus Ecclesiae
S. Nicolai ad Craeodianum et Canonicus Ssmi Oblmi
ut patet
ex Actis Bernardini Galli de
Jadra Officialis Crae de Anno
1515 sub die Veneris 23 Martij


Illustrissimus olim
&
Rndmus Dominus Ni-
colaus Oborski Dei gratiâ
Epus Ennensis, suffraganeus
Crac. Decanus Ecclesiae Colle-
giatae Sanctorum Crac.



Domus Prepositi Sanctorum Omnium.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Secundo.

Die Lune Secunda Decembris.

Venerabilis Dominus Paulus Krasowski Prepositus Sñi Oñm Cracovie exhibitis literis consensus sub titulo et sigillo Illustris et Mgci Domini Joannis Comitis de Tarnow Palatini Rusie Landomirien. et Regni Polonie Summi Capitanei petijt illas per Rndssmum Dñum Episcopum Cracovien. ad acta sua inscribi et in protocollari mandari, ne casualiter fortuito demolirentur. Et Rndñus Dñus Epūs Literas exhibitas in protocollū et inscribend. ad acta sua mandavit. quarum tenor ad verbum legitur et est talis. — Rndssmo in Christo Patri Domino D. Petro Dei gratia Epō Cracō. Regni Polonie Vicecancellario Dño colendissimo Joannes Comes de Tarnow Palatinus Rusie Landomirien. et eiusd. Regni Polonie Summus Capitaneus promptorum servitiorum commendationem. Quoniam Vobis Dñus Paulus Krasowski Prepositus Ecclesie Coll. Oñm Sñi et Canon. Cracovien. domus muratas pertinentes ad eam ipsam Preposituram Oñm Sñi que est Jurispatronatus mei in Civitate Cracovien. juxta Cemeterium Sancti Francisci sitt totas plane ruinosas et vix habitabiles, que exigno Latis pretio a predecessoribus dicti Pauli Prepositi Oñm Sñi annuatim conspectibus et hominibus vilis conditionis locabantur, magnis impensis instauravit, edificans a fundamentis muros vetustate lapsos, et alios ruinam minantes reficiens, testudines et alias habitationes ejectis trabibus et asseribus putridis muro edificavit, et illustravit, ex omnig parte dicte domus optimam conditionem fecit et succesu temporis meliorem facturus est, quando domus tota illa in suis structuris per eundem Paulum consummabitur. Ut igit ex alacritus ad consummandum in toto domum illam curret, et laborum impensarum non solum in hoc seculo sed etiam in futuro fructum celestium percipiat, utq ejus exemplo alij ad similia excitentur consensi et admisi consentiog et admitto presentibus, ut predictus Dñus Paulus Krasowski ibi Anniversarium perpetuum pro Anima sua in illa ipsa Ecclesia Omnium Sanctorum per Vicarios ejusd Ecclesie tenend et peragend justa Ordinationem ipsius Pauli

Capitaneus Generalis Regni et Exulis in Ao 1750 Decembr. Obiit.

authoritate Dominationis Vestræ fiendi instituat. Pro quo Anniversario perpetuo duas marcas pecuniarum monetæ & numeri Polonicalium quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computandi in illa domo per eum restaurata & reædificata singulis Annis pro festo Omnium Sanctorum per Præpositos Ecclesiæ Omnium Sanctorum prædictæ Canonicè instituendi Successores dicti Pauli ipsis Vicarijs Omnium Sanctorum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ratione dictæ domus solvendi. Ad quæ omnia & singula ego Comes & Palatinus Patronus dictæ Ecclesiæ Omnium Sanctorum plenissimum & sufficientissimum præbeo consensum pariter & assensum. In cujus rei testimonium sigillum Nostrum præsentibus est appressum. Datum Cracoviæ die Sancto Præsentationis Sæ Mariæ Dominæ Nostræ Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Secundo

Ex Actis Actorum Rndmi Petri Tomicki Epi Crac extract

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Septimo
Die Martis Septima Maii

Honesta Agnes Conjunx Honesti olim Joannis Organarij coram Domino Actisq præsentibus personaliter constituta libere palam & expressis verbis recognovit. Quia animadvertens domum in fundo & Cemeterio Ecclesiæ S. Jacobi in Clepardia sitt ad Præposituram Ecclesiæ Collegiatæ Obm Stm spectantem cujus medietas ad se puerosq suos ex ipso Organario Marito suo procreatos ratione utilis dominij spectabat ruinosam esse, facultatesq tantas n habere ut illam pro suo interesse ‡ reædificare & reparare possit amicabilem compositionem suo & liberorum suorum videlicet Joannis & Nicolai nomine cum Famato Joanne Filipowski Rotifice Civ Crac. ejusdem Domus occasione fecisse & inivisse sub beneplacito Rndi Dni Alberti Pruszkowski Ecclesiæ Collegiatæ Obm Stm domus præfatæ directi domini in hunc qui sequitur modum. Quod videlicet idem D. Joannes Filipowski Rotifex dictæ Agnetis & suis pueris supraspecificatis præmissa taxatione ædificiorum domus præfatæ dedit numeravit in effectu

viginti sex florenos, de quibus eundem quietavit inclusis in eandem summam septem florenis retentis annui census, quem pro ipsa mutiere D. Proposito ejusd Ecclesia solvit, eaq ratione predictatem domus prefate ad se et pueros suos suprascriptos pertinens cum omnibus attinentiis, nil pro se et pueris suis reservando in plenum et liberum usum utile dominium cum ipsis oneribus et utilitatibus, quemadmodum ipsa tenebat et possidebat dicto Zamato Dño Joanni Zelipowski cepit et omne jus summ cum reali possessione in personam illius, ejusq successores et nunc literas tulit censu annuo trium marcarum pro medietate anni ex eadem domo provenient sibi reservatt promittens atq se obligans prenominata Agnes eum ipsum Joannem Zelipowski in quocunq Judicio tam spirituali quã seculari à quibuscunq personis etiam à pueris suis suprascriptis occasione ipsiusmet medietatis domus hujusmodi evinc̃ve, et indemnem redder sub pena viginti sex florenorum et damnis inde secutis. In Presentia prenominati Joannis Zelipowski ex adverso Principalis et omnia ita fieri recognoscentis et acceptantis. Et ibidem in continenti tam à Rndo Dno Adalberto Pruskowski ejusd domus directo Domino ibidem Presente ut in ejusmodi lesionem et compositionem uti directus Dominus consentiret et ratam haberet. Qui quidem Rndus Dnus Albertus Pruszkowski pro suo jure et superioritate consensit salvo censu trium florenorum pro festo Sancti Michaelis, quem ibidem Joannes Zelipowski recedendo in hac parte a suo antiquo Privilegio et suis successorib predicto Dno Proposito et suis successoribus futurum inscripsit et obligavit prout inscribit et obligat, item ut si occasione ejusmodi census se citari ad Ecclesiasticam Judicium permiserit, seu successores sui permiserint censuras Ecclesiasticas per unum mensem toleraverint, vel si in hæresim quod absit inciderint licebit Dno Proposito moderno et pro tempore existenti eundem Dnum Joannem Zelipowski et suum successorem posses. sorem Domus prefate etiam authoritate privata privare eamque pro se usurpare presentibus nobilibus et Zamatis viris Joanne Bogustawski de Wielicz ka, Joanne Blaszkowicz Leviſabro Joanne Czerniekowski et Gaspare Kutlinski Testibus

Ex Actis Actorum Rndi Francisci Krasinski Episcopi Cujavien sis Dei gratia, Culmen. Leverien sis extractum

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Octavo.
Die Mercurij Prima Mensis Septembris.

In causa et actione inter Rndum Jacobum Turoboyski Sacrae Th. Licentiatum Praepositum Sm̃ Obm̃ Cracoviae Actorem ex una et Religiosum Patrem Guardianum totumq Conventum Sancti Francisci Cracoviae de et super eo. Quod ipsi ruderibus ex fundamentis Capellae Italorum et aliorum aedificiorum in eorum Monasterio factis fundum seu aream penes domum Praepositurale oppleverunt, et magnum cumulum fecerunt, qui liberum decursum aquae impedit, unde parietes ejusd domus semper humidos debilitant habitatores dictae domus, fatoribus implent cum periculo sanitatis ipsorum et magno damno suo, de quibus praemissis rei fuerint moniti et requisiti, ut eadem rudera evehere, nihilominus quamvis promiserunt dicta rudera evehere, hucusque non curaverunt neq curant, quinimo dictam aream adhuc lapidibus impleverunt Coram Judicio Praesenti mota et vertente citatos partibus ex altera in termino hodierno ex praefixione provenien Illustris et Adm̃ Rndus Dnus Albertus Purzecki Canonicus Cracoviensis Judex Surrogatus auditis partium propositis et responsis dictos Citatos ad demolitionem duarum partium, Actorem vero tertiae partis ruderum praedictorum sub poena excommunicationis in spatio sex mensium faciend teneri declaravit, Et quatenus Justigator ad praemissa attendat et occasione non paritionis Decreto partes citet decrevit. Religioso Patre Antonio Bąkowicki suprascripti Conventus Professo ac Syndico de gravamine protestante, ac ibidem in continenti ad Illmum et Rndmum Dominum Dnum Nuntium apostolicum verbo appellante. Praesentibus Adm̃ Rndis Dominis Gabriele Morenda, Jacobo Gorski Ecclesiae Collegiatae Sm̃ Obm̃ Cracoviae Custode, Juris Utriusque Doctoribus alijsq Testibus ~~plurimis~~ de dignis qm̃ plurimis

Ex Actis Actorum Rndi Dni Erasmi Kretkowski Vicarij in Spiritualibus et Officialis gnrlis Crac extractum

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Die Veneris 28 Mensis July

Honestus Bartholomaeus à Tarnow Organarius Actor coram Domino in audientia publica personaliter constitutus exhibita citatione ab auditorio Domini emanata debite ut apparebat executa in et contra reum infrascriptum verbo proposuit, quod ipse requisitus Solutionem Centum decem florenorum pecuniae Polonicalis a confectione et constructione Organorum in Ecclesia Collegiata Obm Sm Cracoviae juxta contractum cum ipso factum debitos sibi praestare recusat et differt in magnum damnum ejusdem Actoris, simulque ipsum ad ejusmodi Solutionem damnorumque inde secutorum recompensationem per Dominum cogi petiit et postulavit. In praesentia Vblis Domini Valentini Widavae Sacrae Theologiae Doctoris et dictae Ecclesiae Sm Obm Praepositi Citati ex adverso Principalis ultro se dictam pecuniam huic Actori quamprimum Organa fuerint expedita integreque confecta et reddita daturum et soluturum submittentes. Actore replicante et dicente se ejusmodi organa hinc ad 15nam perficere expedire et integre reddere, simulque ut sibi dictae pecuniae solutio videlicet tempus quindenae differat postulante Et Reverendissimus Dominus auditis Partium propositis et responsis ex quo Actor praefatus perfecta et constructa integre dicta organa in quindena reddenda dixit et promisit, ideo ut solutionem hujusmodi pecuniae ab eodem Domino Praeposito praestitam habeat et referat Statuit et decrevit. Praesentibus Venerabilibus et Nobilibus Dno Valentino Lassonio Artium Ingenuarum Magistro, Stanislao Swieyskowski Alberto Grabowski

Ex Actis Actorum ~~Off~~ Rndmi olim Pauli Dębski Vicarii in Spiritualibus et Officialis Generalis Cracoviensis ~~communitum~~ Extractum

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo
Die Sabbati Undecima Junii

Clemens de Plonsko Cantor olim Chori Omnium Sanctorum in Cracovia Contra Venerabiles Dominos Joannem Gromadzki Præpositum, et Joannem Bostowski Decanum Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum in Cracovia præfatæ Specialem et alias quascunq personas Sexus utriusq Spirituales et Sæculares, generaliter Discretum Roszenk, Studentem Almæ Universitatis Studij Cracoviensis cum potestate substituendi adagendum de eadem debita sibi pro Servitio prædictæ Cantoriæ persone seu salaria repetendum et exigendum de eisdem quietandum alias prout in forma meliori in suum constituit procuratorem. Præsente Familia Domini

Ex Actis Actorum Rmi Patris Stanislai de Swiradzice Vicarii in Spiritualibus et Officialis Crac: extractum

Anno Dni millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio
Die Mercurij ante penultima Octobris.

Honorabiles Dni Joannis de Belz Altaristæ ad S. Mariam in Cracovia et factoris Venerabis Dni Zelik Medicinæ Doctoris et Decani Ecclæ OOm SSm in Crac. ex una et Joannis Fabri de Pilzna circa dictam Ecclesiam OOm SSm Sacristianæ ex altera partibus coram nobis ex vi monitionis pro de et super ipsius Dni Joannis de Ipsa Sacristia et ejus officio alienationem verterent et mota per hanc Nostram Interlocutoriam quam ferimus in his scriptis dicimus et decernimus ut ipse Dnus Joannes Fabri Sacristiam præfatam non obstantibus suis rationibus à Festo Circumcisionis Dni Rationem Dno Decano aut Prælatos Ecclæ seu eorum legitimis Procuratoribus, aut illis quibus de Jure fieri debetur de rebus Ecclæ sibi commissis facta evacuet; interim vero officia circa dictam Ecclesiam Sacristiano Instituta secundum consuetudinem diu tentam et Institutam peragat et suppleat sub pœnis excommunicationis expensis ad finem litis reservatis. Ex Actis Sententiarum Rdi Patris Joannis de Starzechowice Canonici et Officialis Cracoviensis extractum et desumptum

Sacristianus.

Visitatio Padnieviana Ecclesiæ Collgtæ SSm Obm Per Perillustres Rdmos Andream Kraiewski Cracoviensem, Stanislaum Dąbrowski Gnesnen. Archidiaconos Jurium Doctores, & Martinum Zydowski Canonicos Cracovienses specialiter ab Illmo & Rdmo olim Philippo Padniewski Episcopo Cracoviensi deputatos seu delegatos Visitatores Anno 1568 expedita

Anno 1568.

Anno 1568. Die Lunæ post Indica 5. Aprilis Ecclesiæ Collegiatæ Obm SSm in Cracovia Visitatio per Dnos Visitatores facta est ad hunc modum: Cujus Ecclesiæ Præpositus V. D. Joannes Dębnicki Canonicus Posnanien. Decanus vero ejus est V. D. Stanislaus Dembienski. Prædicator V. Mr à Wieliczka Majoris Collegii Collega. Domini reviso Sacro Ciborio Similiter & Baptisterio, contulerunt se ad Sacrarium templi ejusdem, Thesaurumq omnem, Vestes sacras, apparatum & Supellectilem Ecclesiæ diligenter reviderunt. Cujus quidem Inventarium denuo describendum & sibi exhibendum Rdus D. Archidiaconus Cracovien. Vbi Simoni Vicario & Sacristiano mandavit.

fol. 124 & seqq.

Testes autem ad hunc modum examinati sic deposuerunt.

Primus Testis Martinus Horologista Vir grandævus & veteris religionis, ritè participans Sacramenta annis singulis, deposuit juratus & examinatus: quod Verbum Dei rectè & diligenter prædicat per M. Joannem de Wieliczka qui licet sit Vir doctus doctèq prædicet, tamen parum hominibus gratus, unde auditores solet habere paucos, ita quod & Elemosyna in tabulam, cum qua Vitricus obambulat plurimum decrevit, ita quod vix aliquot solidi emendicant, cum olim florenus aliquando media marca colligi solebat, oneraq inde Ecclesiæ sustentari, id autem esse partim temporum iniquitate, partim hominum in Templo raritate, & quod etiam vitio Prædicatoris ipsius accidit, proinde intendunt Parochiani petere Collegiatos pro alio Prædicatore.

2 Solebant enim et diebus Veneris per Quadragesimam alii prædicare, at nunc hic, quia caret auditoribus, cogit facto desistere. Sacramenta administrant per Vicarios rite et diligenter, nil audivit Testis queri quemq de negligentiis Cantoris, similiter et Divina Officia absolvuntur legitime, credit etiam et Nocturna similiter absolvi. — De Præposito dicit testis eum esse quendam Dębnicki, sed eum ignorat, nam ex quo est hic Præpositus, non dicitur in templo hoc nisi bis visus esse. — Decanum vero esse quendam Dembienski, quem testis aliquoties vidit in Processionibus superpelitiatum, et almuciatum. Similiter et quendam Modlinski Canonicum et Altaristam aliquoties vidit in templo vestitu decenti ornatum. Doctorem Rosatum etiam Altaristam semel in Templo vidit. — Capitulum nunquam celebratur ob non residentiam Prælatorum. Omnia mutata esse videntur, quam testis meminit fuisse tempore Krasowski et Podlaski. Idem Testis deposuit quod Decanus duas domos Sutorum è regione præposituræ consistentium ad Decanatum suum pertinent deberet inscribere advitalitio nomine cuidam Italo, abominationemq enormem hoc modo facere. refert se tamen Testis ad meliorem informationem Vblis Simonis Vicarii. — Prælati nullas diligentias faciunt de bono Ecclesiæ regimine, neq Scholam tam in ædificiis qm necessariis provident et nisi ipsi Provisores Templi, tecta refecissent, jam Schola ipsa collapsa, dilapsa et deserta fuisset. = Honorblis Simon Vicarius mittit Campanatoribus docere pueros in Stubella Campanili, et ita præpediunt bonum regimen Magistro Scholæ et percipiunt questum pretiorum et Victualium Scholæ Magistro, itaq oportet Scholam desertari, Magister licet bonus sit, cum Vicariis canit et participat, tamen laborat inopiâ et defectu n̄ mediocri. Cantor uxoratus esse dicitur, diligens tamen Officii sui est, quia desunt Stipendia: tales quales fieri possunt, Ministri Ecclesiæ constituunt = Tecta Templi bona quidem sunt, nisi ex parte Plateæ Castrensis indigent refectione, sed defectu metuendum est ne in brevi corruant = Apparatus et Vestes Sacræ plurimæ sunt

satis elegantes et pretiosæ et bene conservantur. = De Præpositi conversatione testis nihil sinistri audivit, quia perpetuo domi latitat vel foras proficiscitur. — Similiter et de Decano et de aliis Canonicis Testis nihil scit. = De Vicariis nihil etiam inhonesti à quoquam audivit, nisi quod de Honobli Simone Vicario, quod is cuidam Gladiatori Brozi florenos 200 in mutuum dederit, capiens forsan ab eis questum usuræ nomine, nescit tamen testis si propriæ vel alienæ pecuniæ dederit. = Suspectos de hæresi Testis hos nominavit primo quendam Sutorem blasphemum, publice carnes diebus prohibitis vorantem, et forsan alii Sutores, qui in eadem domo quinque simul habitant. Item Panczernikę Item Rusnicznikę, hi sunt hæretici scandalosi, blasphemi festa et jejunia violantes, de quibus est ea vox et fama publica. Quendam etiam Przedzwierny Rymarz usurarium testis esse audivit, pecuniam multam inter Judæos habentem qui et ipse florenos quatuor solvit usuræ nomine, accipit autem per decem ab aliis et pignora multa habet à Judæis. — Idem etiam Testis audivit et de Filio ejusdem Rimarz Magistro Stanislao in Tymbarkę Plebano, quod etiam eodem vitio usurarum se implicaret. Quidam Bartoszek Richen Aurifaber hæreticus et blasphemus esse dicitur. Gaspar Italus, Urbanus Aurifex, Piernikę seu plumarius quidam Wygrzynek etiam cum Uxore isti et sunt hæretici et cum hæreticis congressus et Societates habent. festa et jejunia violant, sed neque diebus Dominicis parcunt. — Idem testis dixit se audivisse à quodam Grabarz Ecclesiæ SSm Obm quod legatum quoddam pro Ecclesia à quadam fœmina mortua videlicet florenos decem Vicarii inter se diviserunt. dicentes; Nos etiam sumus Ecclesia, nobis hoc debet.

2dus Testis Sebastianus Ling Sutor veteris Religionis juratus et examinatus deposuit, communicat sæpe etiam in Majoribus festivitatibus. De Prædicatore dixit eum esse hominem probum et doctum, parum tamen gratum hominibus, ita quod Auditores dilabi dissipariq solent ad Ecclesias Conventuales, earumq Prædicatores. Sermone esse tardum et impeditum dicit Testis, ter in Septimana tempore Quadragesimæ in hoc templo olim prædicari solere, nunc

autem vix diebus dominicis et festis, à prandio vero non-
nisi in Paschate. Vicarii Sacramenta administrant diligen-
ter, nullæ querelæ fiunt contra illos. = Præpositum ipse
testis ignorat quis sit, nunquam eum in Templo vidit.
Decanum utiq frequentius vidit. Canonicos non novit neq
vidit. – In Schola nullus ordo, nullum regimen, Magi-
ster tamen utiq probus et diligens, vix habet, qui in Tem-
plo Divina officia absolvant, neq habent quo sustentent
propter negligentiam Prælatorum. = Tecta et
ædificia Templi indigent refectione. audivit testis de quo-
dam testamento suppresso alias de florenis 50 per olim
Dominum Borek, vel nescit testis per quem pro hoc
templo reficiendo legatis, inquirendum esset de his
diligentius. = Campanatores docendo parvulos pu-
eros elementa prima in sua Stubella percipiunt victum,
et questum Scholæ Magistro. = De Præposito testis nil
mali audivit, nisi quod mirantur omnes vehementer,
quod raro in Templo appareat. Similiter et alii Canonici.
De Vicariis nihil testis inhonesti audivit, neq de eis
quemq queri = Suspectos de hæresi hos testis nomi-
navit. Sutorem Prus, Stanislaum Gwozdzik Andreã
Krosnar, isti in una domo omnes infecti, in alia Caszu-
ba Sutor. qui omnes ad Simonis Calvinistæ prædicati-
ones frequentant. = Fraternitas eorum usi sunt
cum eis difficultatibus non modicis, dum eos mulctabant,
sed neq in Prætorio ~~aliqua~~ semper contra eos proponebant, ob
impedimenta et patrocinia, ac assistentiam Nobilitatis
ac Magistratum. Hamus Crossnar maximus blasphe-
mus ac hæreticus. Petrus Lesninski. Item Aurifaber
apud Michaelem Apotecarium, Cæsar Aurifaber, Urba-
nus et hæreticus et adulterio notatus. omnes isti ~~ad~~
Simonem Calvinistam audiendum visitant. Stanislaus
Przedziurny Rymarz usuram cum Judæis dicit exercere.
et inde victum habere. Isti omnes et jejunia et festa
violant, neq dominicis diebus et solennibus parcunt,
retinent enim familiam in suis officinis muneribus, cor-
ruptionibus et victus lautitiâ.

3tius Testis Honorabilis Mathias ~~Lubin~~ Luban de-
posuit quod Prædicator doctè docet, sed homines eum

refugiunt eo, quod ut sermone ingrato & impersuasibili. voluit frequentius in Quadragesima predicare, sed videns templum deserta, et auditoribus vacuum, desivit coptis. — In sacramentis nulla negligentia fit. — Metricam Matrimonia contrahentium Vicarii habent, in eam personas contrahent referunt & inscribunt. Baptizatorum numeram habuerunt, sunt autem deinceps et nunc habituri et mandatis Tridentini Concilii satisfacturi. — Prelatos Ecclesie omnes maxime negligentes esse testis dicit, cultus Divini & Ecclesie boni regiminis. — Prepositus raro domo egredit quia est infirmus, sed forsan ex eo magis templum non visitat quia est censuris excommunicatus — Cantori non est solutum salarium per Prepositum — Scholam Magister bonus regit & docet pueros. sed ob defectum & pennuriam parum profert, vix retinere potest, qui canat officia divina in Ecclesia. — Provisionem nullam a Prelatis habent neq lignа, nisi quod lineinde emendicant. — Que quidem omnia & victus necessarii Domini olim Krasowski Prepositus et Caspar Podlas Decanus prestabant et impendebant. — Campanatores pueros docentes proripiunt pro questus scholæ, id dicit testis Magistrum esse nimis in facie detorpatum morphiatum leprosum, itaq eum pueri refugiunt — De Cantore testis dicit quod sit insoratus, audivit enim id de eo, Magistrum Bursæ Juristarum ex Mense dici & referri. — Templum dicit testis nunc nulla habere stillicidia, refectum enim esse nuper operâ Provisorum. — De vita Prelatorum nihil mali testis audivit, nisi quod negligentes sunt & non residunt, forsan & Decanus est in censuris à quodam Cravne, Ci — Vicarii omnes sunt probi, modesti, & officiorum suorum diligentes, vitæ inter eos nullæ, discordiæ scandalaq nulla — Suspectos de Hæresi nominavit testis Petrum Sbas pheranum, exoreng ejus, qui Monstrantiam non vereh appellare caniculam, Sacramentum non credit neq reverentiam facit dum ad infirmum defert, de quodam Zora duvisice, quod sit apostatus, sed est pro Parochia S. Mariæ — Hæreticos omnes Parochiani Sacramenta participent id nulla ratione testis investigare potuit dicit, nam hæc multo prominus vulgus iisdem participat.

4tus Testis Honoratus Antonii de Niard, Vicarius hujus Ecclesiæ ad annos septem agit, juratus deposuit.

= Laudat Prædicatorem & doctas ejus Conciones, sed homines eum negligunt & refugiunt, sicut olim etiam nuper Magistrum Properum. quem etiam vix libenter audiebant, non fit Sermo nisi Diebus Dominicis & Festis = Vicarij Sacramenta recte administrant, nullasq in eis committunt negligentias = Copulatorum Metricam Vicarii ex diuturno tempore habent, sed baptizatorum nunquam ante habuerunt, habituri sunt tamen deinceps eandem ex nunc. = Prælati nunquam in templo apparent Præpositus scilicet & Decanus, qui a uterq sunt in excommunicatione, & habentur in Metrica excommunicatorum descripti, Præpositus scilicet à Dno Doctore Passek, item idem & a Domino Lydowski Canco Crac. Decanus verò a quodam Sarnowski = Prælati deberent pro~~inde~~ videre Scholam, Magistrum Cantorem & Organistam. sed nihil horum cuiq præstant, solum Dominus Simon Vicarius ipse eosdem utcunq adjuvat & sustentat. = Templum nuper refectum utiq non stillat. = De conversatione Præpositi testis nihil sinistri audit, nisi quia infirmus sit, & excommunicatus = Vicarii honestè se Deo sit gratia gerunt, in una domo omnes habitant simul, victum tamen sibi quisq prout potest providet. — In celario sub domo eorum honestas nulla turpitudo, offendiculum nullum habitat, solummodo de Honorabili Mathia nonnihil scandali olim acciderat, qui propter quandam Dorotheam maritatam in celario suo Kotlarz habitantem incarceratus fuit, & de ea non mediocriter infamatus, qui & nunc ibidem apud eam victum habere dicitur. sed testis putat eum concordiam jam fecisse, & honestam melioremq vitam ingressum post factam correctionem. = De usuris nihil scit testis, sed inter Vicarios difficile est præsumere aliquem usurarium, quia introitus valde tenues imo verò nullos habent, vix quo vitam sustentent habeant. — Horas Nocturnas canunt decenter eorum quatuor, quintus hebdomadarius liber. = De Hæresi suspectos nescivit testis nominare, nisi ex fama tantummodo Prus Sutorem. Andream Sutorem & Bartoss Gielien Aurificem & reliquos ejus generis Lectarios.

5tus

Stus. Testis Honorabilis Stanislaus Wielicz.ka Vicarius, juratus deposuit. Prædicatorem esse doctum et probum sed communi vulgo ingratum et minime placentem, qui diebus Dominicis et festis prædicat, et alias quoq. diebus inceperat, ab initio Quadragesimæ, sed videns se esse contemptum et Ecclesiam auditoribus desertam cessavit à cœpto. = In administratione Sacramentorum Vicarii sunt diligentes, et ipsi inter se excessus et negligentias puniunt levio, = De Prælatis Ecclesiæ nihil boni testis retinere scit, Præpositus enim per longum tempus hinc abfuit, dum vero hue se confert, semper est ægrotus, et perpetuo domi in conclavi latitat, ejusq excommunicatis et in metrica excommunicatorum continetur descriptus. = Provisionem scholæ et salariatis nostri solutionem Magistro Cantori et Organisto Prælati ipsi facere tenentur, id quia non præstant, malus ordo, malum regimen, et in cantibus Ecclesiasticis maximus neglectus. — Schola nullam in lignis provisionem habet, nisi quod ex emendicatione studiosi ipsi sibi acquirunt, quæ omnia olim ab antecessoribus ipsorum providebantur. — Tecta templi nunc non sunt stillantia — Vicarii nunc sunt honesti omnes, modesti, sobrii et nulla scandala inter eos. cuidam Urbi Mathiæ in quodam celario, qui et nunc ibidem habet victum, sed honeste tamen et sine ullo scandalo. — Suspectos de Hæresi testis nescivit nominare nisi quendam Stroży, Krupner Bartol. Kielcen. Prus, Petrum Auri fabrum, Cæsar Italus et alios ejusdem farinæ et societatis Hæreticor. — Reliquos et alios in genere articulis testis interrogatus nihil scivit referre. —

Quo quidem examine peracto Domini Visitatores in persona Dñi Domini Archidiaconi Cracoviensis ad omnes Vicarios et Presbyteros ad se in unum vocatos satis diligentem sermonem et minarum plenam commonitionem et cohortationem de cultu divino et cantibus Ecclesiæ legitime et decenter peragendis fecerunt. Et tandem valedixerunt illis facientes ad sua quisq. redierunt. — Valentinus Skrzetuski Nuncius Subdelegatus Visitationem Ecclesiarum adhibito etiam eo qui intus quinque charactis continuat prout acta sunt adnotari curavi requisitus, de quo protestatio indubia testimonium accessuri sumus

Anno Domini 1568 Feria Secunda St Spiritum Judica

fol. 39 Visitata fuit Ecclesia Collegiata Obm Sm Cracovie, et testes infrascripti super Interrogatorijs per Dominos Visitatores confectis exa=minati ut infra

1. Primatus Dominus Joannes Wolski civis Cracovien. et ejusdem Eccleæ Obm Sm ab annis duobus Oeconomus sive Vicarius interrogatus de doctrina et predicatione Verbi Dei. respondit: In eadem Ecclesia concionari quendam Mgrm Joannem de Wieliczka Collegam Minoris Collegii, quem dixit paucos habere auditores in Concione. nam Parochiani prope omnes vadunt ad audiendam Concionem Mgri Leopolite qui est ordinarius Concionator in Ade Bea Virg. Maria in Circulo Crac., alij ad Sm Trinitatem propterea quod ipse Mgr Wieliczka non sit acceptus in Concione sua — Item interrogatus de Prælatis illius Ecclesie et quomodo se gerant. in debitis officijs et administrandis Sacramentis? Respondit = quendam Joannem Zebrzicki esse Prepositum ejus dixit, se nunquam hactenus vidisse in Ecclesia. Decanum vero ejusd Ecclesie esse quendam Stanislaum Semboski: hunc tantum semel testis vidit in Processione. De vita eorum et in quos usus proventus sue ruhe Beneficiorum convertant, testi nihil constat. — Item dixit esse sex Vicarios circa eandem Ecclesiam, quos dixit testis esse diligentes in exequendis officijs Divinis et Ecclesiasticis Sacramentis, neq sibi constat quod aliquis eorum sit concubinarius aut potor Pastinus. in taberna. —— Scholares dixit circa Scholam esse paucos propterea quod Rector Scholæ non habet provisionem prout tempore olim Dominj Krasowski et aliorum Prepositorum habere solebant tam ipse Rector quam etiam Juniores Studiosi — Deo admonendi essent quorum interest. ut ligna et alia necessaria Scholares possent habere Secundum antiquam consuetudinem. — Item interrogatus de vita Parochianorum: Hereticos nominavit infrascriptos videlicet quendam Sclavum Italum aut fabrum et quendam Hermanum qui Nomine Quirlesz habitant tem penes Lapidem Dni Kmita, qui solent vesci carnibus tempore Quadragesime et aliis feriis festis. In diebus Dominicis et aliis festivis solent suos laborares exercere Serviles, nam vidi deferri carnes in domos illorum hoc Quadragesime tempore Et tantum deposuit

2dy Honestus Stanislaus Korytacz civis Crac. Oeconomus Ejus Ecclesie Annis viginti interrogatus de Concionatore et doctrina, respondit quod quidam Honorabilis

Mgr de Wieliczka artium Magister est Prædicator moder nus in eadem Ecclesia, quam paucos dixit habere Auditores in Concione nam omnes fere Parochiani eunt ad audiendam concionem ad Bnctgnem Mariam vel ad Sanctam Trinitatem vel ad alias Ecclesias, in quibus solent prædicare celebres et singularis eloquentiæ Concionatores. nam donum prædicandi dixit Magistrum Wieliczka non habere. — Item de vita et regimine Prælatorum dictæ Ecclesiæ interrogatus respondit. se nullum Prælatum hactenus in Ecclesia vidisse, neq de facie nosse, ideo nihil scivit dicere de vita illorum. — Vicarios vero quos sex esse memoro circa eandem Ecclesiam dixit esse diligentes in peragendis Divinis Officiis, et administrandis Sacramentis Ecclesiasticis. Neq sibi constat quod aliquis illorum fuerit Fornicator vel potator assiduus in tabernis, sed satis esse modestos et honeste vivere. — De Rectore vero Scholæ et Scholaribus dixit, quod Schola sit male provisa, et minuitur Scholarium numerus. Ideo indigeret magna reformatione ad quos pertinet, ut numerus Scholarium major possit fieri ad decantandas Missas et alia Officia Divina, quemadmodum fuit tempore olim Domini Krasszowski Præpositi hujus Ecclesiæ et aliorum — Item de vita et conversatione Parochianorum hujus Ecclesiæ interrogatus respondit. esse complures qui non utuntur Ecclesiasticis Sacramentis, sed solent audire Corvos apud quendam Simonem Ministrum Hæreticorum inter quos specificavit quendam Sutorem dictum Prus. et alios illius domesticos, etiam Sutores Sc: Stanislaum d: Krosnar, item quendam Kaszuba etiam Sutorem habitantem in platea lata eundo versus templum Sæ Trinitatis. Item quendam Hermus Krosner, habitantem ultra templum Obm Ssm in Platea dicta Przyrynek, cujus uxor solet ire ad audiendum concionem ad quendam Gregorium Hæresiarcham et supradicti omnes solent carnibus vesci tempore Quadragesimæ et aliis diebus prohibitis, et labores diebus Dominicis et festivis

Honorabilis Laurentius de Grochowa Gnesnensis Diœcesis 13 lig
ex legitimo Matrimonio procreatus Vicarius ejusdem Ecclesiæ ab Annis octo ordinatus ad gradum Presbyteratus per olim Andream Szpoth suffraganeum Crac Anno 1559. — Interrogatus de doctrina et prædicatione respondit, quod modernus Prædicator ejusdem Ecclesiæ vocatus Stanislaus de Wieliczka Artium Liberalium Magister, quem dixit parvum facere fructum in Con-

cionibus suis, nam paucos valde solet habere auditores, fortasse ob eam causam quod non sit gratus in audiendo, seu prædicando, et non sit præditus speciali eloquentiâ, et aliis donis prout priores Concionatores istius Ecclesiæ videlicet Znina, Pilzno, et Leopoliensis qui plurimos auditores habere solebant. etiam ex aliis Parochiis ad audiendum eorum conciones, homines varii status. = Quantum Vicarios attinet, quos memoro circa eandem Ecclesiam sex fuisse, brevi respondit, esse diligentes in peragendis Officiis Divinis, quæ secundum Erectionem et consuetudinem antiquam explere tenentur. Nam singulis diebus ferialibus cantant preces matutinas et alias Horas diurnas videlicet Primam, Tertiam Sextam et Nonam, et vespertinas preces et Completorium, item de mane Missam Maturam. In administrandis quoq Sacramentis Ecclesiasticis, nulla per eos admittit negligentia, Nam semper adsunt eos requirentes ad audiendas confessiones et communicandos Parochianos Sacramento Eucharistiæ intra et extra apud infirmos. Non solebant hactenus habere mobilia intestatorum seu præmortuorum, sed copulatorum et habent. Eos etiam Vicarios non esse potatores assiduos in tabernis, tametsi aliqui ex eis expensas tabulas habent pro pecuniis suis in domibus, in quibus propinatur cerevisia, alij verò tenent focarias quæ illis cibos parant. — De vita et regimine illius Ecclesiæ Prælatorum interrogatus, respondit. Præpositum et Decanum modernos esse excommunicatos et in Metricam Excommunicatorum adscriptos, ideo non licet illis intrare templum ad audienda Officia Divina — Proventus Vicariorum dixit esse exiguos. Consules Cracovienses ex Prætorio solent illis annis singulis solvere florenos 18. Item pro altari Fraternitatis pauperum pro Vicariis incorporato proveniunt marcæ octo census annui obligati, et in Bonis Częstoszowice et Myslisowice Domini Stanislai Barzy empti pro summa ducentorum aureorum, quem censum anno proxime præterito solvere neglexit. — Item quidam Laurentius Remiszowski tenetq solvere unam marcam annis singulis census, in domo sua lapidea obligati, quem ab annis quinque retinuit, et solvere neglexit. = De provisione Scholæ dixit, quod Rector Scholæ participat cum Vicariis de obventionibus accidentalibus, ut pro pulsu campanarum. Item pauci admodum sunt Scholares

indigerent meliori provisione et restauratione — De vita communis populi interrogatus nominavit Hereticos infrascriptos videlicet Casarem Anrifabrum. Item Prus Lutorem, cum aliquot aliis Lutoribus eundem Dominum cum se inhabitantibus. Item alium Lutorem Joannem Kropier, dixit etiam Joannem Michaelem Apothecarium esse Suspectos, quia non volent confiteri, nec communicare in parochia

Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum intra muros Cracovienses Anno Domini 1569. die Lunæ quinta Mensis Aprilis visitata. e tol. 42

Famatus Nicolaus Sartor civis Crac. de hac Parochia moratur hic Cracovie a triginta videlicet vel ultra annis exercens Sartoriam, est Vitricus Ecclesie Omnium Sanctorum medio juramento deposuit = Requisitus de cultu Divino deposuit medio juramento nullam negligentiam fieri in Ecclesia tam in Nocturnis quam Diurnis Horis, et aliis Officiis Divinis = Quantum pertinet ad Vicarios, Sens autem dixit de Altaristis quia vari fiunt qui implerent lectas ad quas obligant. = Predicatorem dixit esse Magm Wichorka, qui gratiam non habet sermonis, et ob id deserta est Ecclesia a populo, pauci sunt qui audiunt eum. Ubi in cum predicaverunt Domini Magistri Leopolita aut Pilsno, erat magna frequentia populi ad eorum prædicationes, nunc vero pauci sunt. = Interrogatus de Prælatis Ecclesie num residerent, et exemplum bonum ex se præberent. Dixit quidem se eos novisse, sed de eorum bono exemplo nil scire dixit. Nam Dnus Præpositus Joannes Dembnicki vario hic residet. et si quando contingit eum residere, nunquam apparet in Ecclesia, et nescit si est Presbyter vel Laicus, sed fortasis est Laicus, et hoc est cum magno scandalo, quod Ecclesia plane in nullo servit. non exhibuit nec scit, si aliquando communicavit vel confessus fuerit. = Dominus Decanus Dembinski licet non residet circa Ecclesiam, tamen quando venit Cracoviam, semper

utique visitat Ecclesiam et incedit superpelliceatus in Processionibus, et dixit eum satis esse exemplarem modestum et humilem = Canonicos etiam dixit raro hic apparere in Ecclesia. = Deposuit praeterea Ecclesiam et praesertim campanile in tectis et suis aedificiis egere instauratione, nam quercus in quibus sunt appensae campanae, vetustate sunt consumptae, timendum est ne aliquando ruant campanae, et nemo istorum Praelatorum et Canonicorum habet rationem istius defectus. = In administrandis Sacramentis et cura animarum dixit esse satis diligentes Vicarios, etiam in Confessionibus audiendis quia est magna Parochia, qui vix sufficerent ad administranda Sacramenta, nisi à Monasteriis Sacrinitatis Franciscanorum et Bernardinorum supportarentur, nihil tamen quantum ad eos pertinet ab eis negligitur. = De Provisoribus Ecclesiae dixit, quod curant officium suum et ipsi provident Ecclesiam vino et cerâ ad majus altare, et oleo ad Sacrarium idq faciunt ex eleemosyna et impetrationibus et ex sepulturis, et faciunt ipsi Vitrici rationem de istis eleemosynis prout ipse Testis etiam nuper die sabbato proximo fecit. = De Haereticis requisitus dixit esse multos praesertim aurifices ut est Caesar, Bartholomaeus Szmukierz, Petrus dictus Hippan. Petrus in Lasudea Dominae Czerna, Urbanus Dicanus, et Bartholomaeus Milien, qui est magnus Blasphemator Dei, Auds sub Leone Sartor. Item Maximianus Szklarz qui moratur cum teste in domo Floriani Apotecary. Item Prus sutor, et multi alij, qui nunquam visitant Ecclesiam, sed ad Conciones Haereticorum eunt. = Item deposuit quod Stanislaus Kopyto etiam Vitricus Ecclesiae moratur cum Muliere fornicatoria, quam vivente ejus uxore prius adamabat et adulterabat. = De Schola. Licet habeat Magistrum Virum bonum et doctum, sed magnum defectum patitur in omnibus tam salario, quam provisione Scholae, lignis &c et propter hoc pauci inhabitant Scholam. Dominus Praepositus deberet eum providere,

ipsis necessariis et non providet. rogat testis ut admoneantur Prælati Officii eorum præsertim Præpositus ad quem pertinet provisio Scholæ

Honorabilis Simon Vicarius et Sacristianus istius Ecclæ a viginti annis circa vel ultra servit eidem Ecclesiæ, interrogatus de cultu Divino circa hanc Ecclesiam deposuit medio juramento. = Quantum attinet ad Vicarios qui nunc sunt, nihil negligit in Officiis Divinis et administratione Sacramentorum, hoc tamen non probat, siquidem aliqui Vicariorum, præsertim Honorabiles ands à Uiazd et Mathias Lintwin, quando cum Sacramento Eucharistiæ et confessione ad ægrum vadunt, solent perfunctoriè et cum molestia ac inhumanitate Officium suum exequi et maledictionibus et furore, et gressu procaciore, itaq admonendi sunt. — Item Senior Domus est negligens Officij sui, neminem admonet et contemnitur à Vicariis, nec aliquos negligentes pœnis afficit. = De Prælatis = Prælati nunquam visitant Ecclesiam præsertim Dominus Præpositus, qui est excommunicatus ad instantiam Dni Doctoris Passek. Decanus etiam Dembinski dicit esse excommunicatus ad instantiam Dni Czarnecki — Deposuit etiam Vicarios visitare tabernas et præsertim Mathiam Lemboni, qui facit rixas et contentiones ex tabernis veniendo. Idem ibidem sub eadem in Celario habet concubinam, occasione cujus fuit incarceratus per Dominum Vicarium, et inscripserat se eandem nussurum. = Scholam dixit pati magnam penuriam, Domini Prælati non curant. Istæ autem insolentiæ per seniorem Domus possent corrigi si haberent austeriorem et diligentem seniorem. — De Hæreticis. Hæreticos deposuit esse multos in hac Parochia videlicet aurifices et alios plurimos quos testis nominare nescivit.

Ex Actis Visitationis Padnievianæ extractum et Sigillo Capituli Cathdis Cracq communitum

Decanatus.

In Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum in Cracovia, cujus Possessor Venerabilis Gaspar Podlaski Canonicus Cracoviensis qui juravit

De duabus Domibus ligneis prope Sanctum Franciscum Census Marcae VIII.

De Taberna in Przegorzaty Census Mar 1 1/2

De lacu in Villa Przegorzaty, et Particula Istulae census grossi XXX.

Item ibidem de lacu Koło Census Marcae III.

In eadem Przegorzaty Decima manipularis

In Bielany Decima Manipularis

In Czechy de duobus Praediis Nobilium Xma manipularis

In Małe Piaski et Gadawa de Curia Nobilium et unius Hortulani Sexagena una

In Stupow de Curia Nobilium, quatuor Smethonum Marcae X.

In Lipy et Karsy de Curiis Nobilium Decima Manip.

In Chroscice Decima manipularis

Ex Libris Retaxationum Beneficiorum Diaecesis Crac in Anno Domini 1529 conscripto extractum et Sigillo Rndmi Capituli Crac communitum

Locus † Sigilli Stanislaus Czekayski Aplicus et Actorum Rndmi Capituli Cracoviensis Notarius.

Chroscice

Villa sub Parochia Ecclesiae de Kiie sita cujus Haeres Joannes Chroscicki Nobilis de armis Ostoia, In qua sunt Septem Lanei Cmetonales Item una taberna habens agros, Item duas Hortulanias habentes agros de quibus omnibus integraliter Solvit Decima Manipularis et per quatuor jerugas Canapalis Praebendae Kielcensis Zydowska, et ducunt

X Collationavi Josephus Czynowczynski Aplicus et Illmi Capli Cathedra Nrius

eam Cmetones propriis curribus in ad Horreum a Canonico locandum et valor ejus ad septem marcas aestimat. — Item est in eadem Villa unicum Praedium Militare, quod habet aliquos agros Cmethonales et quibus solvit Decima manipularis Praebendae Kielcensi Zydowska in Gonithvam. Item habet aliquos agros Praediales, de quibus solvit Decima manipularis sed diversificat, nam ex medietate agrorum una solvit Ecclesiae Parochiali Obn. Stm in Cracovia, et altera autem medietate solvit Ecclesiae Parochiali in Magna Piaski.

Ex libris Beneficiorum Ecclesiae Cath. Crac. et respective Collegiatae Kielcensis extractum.

NB De hac Xma fuit actio in Conrio Crac 13 octobris A 1664 Decretum quoq est in actis Episcopalibus Andae Trzebicki 1671. die 24 Aprilis ad favore Parochi in Piasek latum, ubi allegat Decretum Terrestre Visliciense et aliud Tribunalis Regni

NB Praepositus habuit curam reparandae Ecclesiae probat ex eo: quia legatum pro reparatione Eccle vindicavit et obtinuit Decretum. Ao 1675. die Mere. 16 8bris contra Religiosum Gotard. Ord. Praedicatt.

Quarta funeralium eodem Decreto adjudicata.

Appellant. Vicarij a Decreto Decani A 1603. 6. Junij

1654 in Actis Gembicki Protestat Praeptus contra Vicarios de Negligentiis, reprotestant Vicarij oo Sl.

Decretum in Causa Xmae ex Chroscice

Anno Dni 1752 die Lunae 17 Mensis Aprilis

Coram Perillustri et Rndmo Dno Nicolao in Lipe Lipski Canco Vicario et Officiali gnli Cracoviensi Praepto Kielcensi in publica Causarum audientia comparens personaliter Gnosus Ignatius Dunin Zuchowski pro et Generosorum Feliciani Jasinski Josephi Kamodzinski atq

~~ad~~ Hyacinthi Kolwinski Villa Chroscice Haered atq Possess: omnium
concitatorum nomine in termino hodierno ~~ad~~ Literis Sublevationis et
citationis ab officio Sti emanatis et debite executis provenientes
de et dictos concitatos à Censuris excommunicationis quibus ad instantiam
infrascriptorum actorum ratione quasi contumacie in causa infrascripta
quomodolibet in Judicio Sti latis et fulminatis innodati existunt,
absolvi postulavit In Sti a Perillustris Stmi et Adm Andr
Casimiri Jarmundowicz U I. D. et Phis Sacre Sollyta ~~Ol~~ Crac
Primicerii ejusdq Collyta Capituli Adm Obm Procuratoris pro et
Illustris Adm Andr Ectys. Sacre Collyta Visticien Canonicis Sandomi-
riensis in Magna Rasci Curati nomine, Principalis actoris, eosdq citatos à
censuris Excommunicationis absolvere debere absolvi nisi solutis Processu con-
tumaciali dicentis. Scribis et Annus Jnus Officialis Curiis Crac supra
nominatus expensis litis ad finem cause reservatis citatos à censu-
ris excommunicationis absolvit et Actori proponere mandavit.
Eandem actor contra eosdem citatos de et super eo, Quia ipsi decimam
manipularem omnis grani et seminis et agris et araturis Ville
Chroscice Predictarum Possessionis concitatorum provenientem ad
Actores et respective ad d. Capitulum Adm Obm Sandomir de jure spe-
ciali spectantem et pertinentem ab ultima quietatione retentam
multoties amicabiliter requisiti extradere nolunt et recusant
ipsos ad extradicionem hujusmodi Xmarum in manipulis stringi postulavit.
In Sti a Egrd Ignatius Junior ~~Zacko~~ Zachowski et Franciscus
Jasa Bystrzonowski Ville Chroscice Haeredum et Possessorum citatorum
pro et aliorum consitatorum nomine ~~et~~ adverso comparentium nomine
Actus et quorum quietationes pro Xmis per Annis retroactis
percepta igne sunt consumpta, nonnulli vero concitati nevi sunt
Possessores, Deo pro Annis retroactis et ratione negligentie in exigendi
easdem Xmas eorundem non posse pretendere declarari sicuti
Insuper vero Xmas in manipulis de suos concitatos extradituros
Submittentium. Scribis et Annus Jnus Officialis Curiis Cracovien
prelibatus Submissionem citatorum ~~de~~ extradendis controversa
Xmas admisit et approbavit. et occasione hujusmodi Xmas Anno
proxime preterito grauanda Partibus inter se componere mandavit.
Decreto Sti ad Quirsta mediante. Presente me Francisco
Zebinski U I. Dre Andreas orunti Scripto Curiis Crac Actorio
et Protocollo Actorum Officialatus Cracovien extracto et si-
gillo Perillustris et Amdni Dni Nicolai in Lipe Lipski Canoni-
ci Vicarii ~~in~~ et Officialis Curiis Cracovien communiti

L ✝ S.

Franciscus Zebinski de Z.
Curiis Curiis Crac Actorio.

Fundatio Antiqua Ecclesiæ Parochialis Om. Sanctorum Cracoviæ.

W3 Ecclesia Omnium Sanctorum in Cracovia: In Ecclesia Oñr 1440.
Sanctorum in Cracovia à primeva sui fundatione unus erat
Plebanus, unus Rector, Patronis verò discordantibus creatæ
sunt duæ Plebaniæ et proventus Ecclesiastici in utramque
distributi. Et autem Ecclesia murata parum spatiosa, de par-
tim lateve amplam habebat Parochianum sub qua et castrum
is tota à Circulo inchoando, et lata platea, et universa
stradomia cum suis pertinentijs et domibus in circuitu castri
Cracovienſis locatis, et etiam cum platea à lata platea usq
ad murum civilem versus Monasterium S. Francisci inclusa
via Episcopi Cracovienſis porrecta. Fundata autem, dotata et
creata asseritur per quendam Jacobum Bobola Militem
strenuissimum, devotum valde et religiosum qui pro suo voto
in omni apparatu exteriori tum in vestitum etiam in suam
familiam habebatur pannis, et non de alijs quàm de albo colo-
re: cujus Domus et Hereditas primaria et habitatio continua in
Parva Plasek fuit, Plesow verò et Magna Plasek et Sadawa
et alie ville erant ejus Hereditates, qui portabat pro armis
et clipeo Ignile longum et strictum. Jandem ejus Successores
multiplicati cum Militibus et Satrapis qui et Rheno venc-
vant de Garnow: videlicet et Melsztyn et Jarostaw, et Lunam
menstruatam cum stella et in campo celestino pro insigni
portabant se conjunxerunt, et vetusto insigni Ignili videl
devotio, Insigne Stellæ et Lunæ menstruatæ servare cæperunt.
Stant tamen nonnulli Milites in Polonia Regno et Gelerti in
in Prussia, qui Ignili pro armis utuntur. Habet et aliqua-
rum Exercitio, quæ Genus Gratum et Domus quod Schractenus
vocat Leliva et Regno Poloniarum venerunt, neque Lunam
menstruatam et Stellam pro Insigni ex Rheno tulerunt. Sed

W3 Stanislaus Sbigneus Gorka Cracoviæ Episcopus quievit et in Sacrario Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis sepultus est. Anno 1268. Pro hoc Privilegio autem constat Ecclesiam hanc Plebanum suum habuisse. Anno 1793. W3 Nicolaus Stanislaus Sbigneus Gorka Cracoviæ Episcopus quievit et in Sacrario Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis sepultus est. Anno 1268. Pro hoc Privilegio autem constat Ecclesiam hanc Plebanum suum habuisse. Anno 1793.

in quodam bello contra Hungaros instructo et fideliter devi-
ctis hostibus obtento Lunam menstruatam cum stella, ad quo-
rum ortum pugnabant, et qualis tunc erat menstruatio
Lunae a Vladislao Lokietek Poloniae Rege in signum
virilitatis tunc ostensae praemiati sunt, et processu tem-
poris ab eodem Rege et filio suo Casimiro plerique ex eis pro-
pter Eorum factivitatem et prudentiam et signanter
quidam Spiczimerus, Haereditatibus, donationibus et Ma-
gistratibus aucti, castra tria Melsztyn, Tarnow et Jaro-
slaw sua factivitate, suisque sumptibus pulchro opere fa-
bricarunt. Et ultra caeteros Barones Regni Poloniae coeperunt
eminere. - Erat autem Jus patronatus dictae Ecclesiae
Omnium Sanctorum per annos plures et tempora generi
et Domui praefatae etiam diviti quam pauperi commune
et unum. Ex post vero interditiores et pauperes coorta
super dicto Jure Patronatus discordia, et aliquanto tempore
ventilata, tandem ea conditione direpta est: ut Barones
qui tunc, quemadmodum et in praesentiarum tam castra videlicet
Melsztyn, Tarnow et Jaroslaw obtinentes unius par-
tis dictae Ecclesiae Omnium Sanctorum integram habeant praesen-
tationem quae tunc et hodie vocatur murata. Joannes
enim Canonicus Tarnoviensis ad ipsam Partem medietatis
Ecclesiae Omnium Sanctorum ex praesentatione praefatorum trium Ba-
ronum institutus Plebanus, activus ipse et locuples in
areis praefatae Ecclesiae Omnium Sanctorum tres Domos latere muravit.
Alteram vero partem et collationem haberent alij Milites
magis tenues et pauperes Haeredes de Parva et magna
Piasek, Slupow, et Gadawa, quae in hactenus vocatur
lignea, ab eoque tempore dignitas Plebanalis dictae Ecclesiae
fuit distracta et divisa usque in diem praesentem. Utrique tamen
Patroni in utraque parte Plebanali communes et confusas ha-
bent voces propter villas et haereditates, ex quibus Jus utri-
usque Ecclesiae quaeritur in quas successerant. Est autem

nunc

nunc unius partis dictae Ecclesiae OOm SSm quae vocatur murata Plebanus Joannes de Tarnow nobilis de domo Leliwa Canonicus Cracoviensis, alterius vero partis quae vocatur Lignea Plebanus est M. Arnolphus de Mirzenice Decretorum Doctor Canonicus Cracoviensis alterius vero partis &.

Proventus Eccle OOm SSm mediae partis muratae

Podskalany villa sub Parochia de Modlnica sita in qua est unicum Praedium habens agros et prata, cujus proprietas omni jure ad Plebanum OO SSm mediae partis muratae pertinet. Ibi item sunt tres hortulaniae et quilibet Hortulanus laborat unum diem in Septimana pedester, et unum fertonem pro censu solvit. Decimam autem manipularem de hujdi Praedio nulli solvit sed eam solus percipit et in horreum suum inducit. Wielgawies villa sub Parochia de alba Ecclesia sita, cujus proprietas ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt septem decem Lanei Cmethonales, Item taberna una habens agros, Item hortulania una non habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur Decima manipularis et Canapalis pro Plebania mediae partis muratae OO SSm. Item Praedium unum. Biatykosciol villa habens in se Parochialem Ecclesiam lapide muratam Sae Mariae Magdalenae dicatam. Cujus proprietas Joannis Korzekwicki de domo Styrokomla. In qua sunt Quindecem Lanei Cmethonales. Item Scultetia habens duos laneos, Item Tabernae duae una Plebani altera Haeredis, Item Hortulani de quibus omnibus solvitur et conducitur Decima manipularis et canapalis pro Plebania mediae partis OOm SSm in Cracovia. Item Praedium. Item Plebanus ejusdem villae Biaty Kosciol habet ibi agros proprios liberos et prata pro suo Praedio et necessitate. Wierzchowisko villa sub Parochia de alba Ecclesia sita cujus proprietas ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet in qua non sunt nisi unus Laneus Cmethonalis Item Ta-

berna non habens agros. Item Hortulanie sex habentes agros. Item Predium non est in eadem villa. Ex quibus omnibus solvitur et conducitur Decima manipularis, et canapatis pro Ecclesia medie partis Obm Sm in Sracovia

Zelna alias Wola circa Lamostrzedlna Karczma Villa sub Parochia Ecclesie de Sancto Jacobo in Casimiria sita, cujus proprietas ad Hospitale S. Spiritus in Sracovia pertinet in qua sunt Viginti duo Lanei smethonales. Item taberna. Item Hortulanie, de quibus omnibus solvitur et conducitur Decima manipularis et canapatis pro Ecclesia medie partis Omnium Sanctorum in Sracovia. Item Predium non est ibi.

Wischowa alias Wisowa Villa sub Parochia Ecclesie de alba Ecclesia sita, cujus proprietas ad Serenissimum Polonie Regem pertinet, in qua sunt non aliqui Lanei smethonales, Item taberna una habens agros. Item Hortulanie non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur Decima manipularis et canapatis pro Ecclesia medie partis Obm Sm in Sracovia. Item Predium non est.

Zelkow Villa sub Parochia de Bolechowice sita, cujus proprietas quantum ad Scultetiam ad Monasterium S. Marci in Sracovia alias ad Monasterium S. Marci in Dreiana Ord. S. Augustini de Sententia Beatorum Martyrum: medietas vero Ville ad Polonie Regem in qua sunt Lanei smethonales, Item taberna una Scultetii habens agros, Item Hortulanie non sunt, de quibus omnibus solvit et conducitur decima manipularis et canapalis pro Ecclesia medie partis Obm Sm in Sracovia. Item Predium Scultetiale sed Sanctuariale.

Bambel Villa sub Parochia de alba Ecclesia sita cujus proprietas ad Serenissimum Polonie Regem pertinet. In qua sunt Lanei smethonales, Item taberna Wisowa Item Hortulanie non sunt, de quibus omnibus solvit et conducitur Decima manipularis et canapalis Ecclesie medie partis Obm in Sracovia. Item Predium non est. Decime Decani-

ales Ecclesie Obm Sm de Sracovia medie partis murato-

x Collationavit Josephus Sj. nowo Sypniu

Dlaszk magna Villa sub in se Parochialem Ecclesiam

Aplicus et Sllmi Capli Cathlis Crac Notarius

alio lapide

albo lapide per Spicmerum Castellanum Cracoviensem de armis Leliwa muratam et Sancto N. dicatam, cujus Hæres Spytko de Melsztyn de armis Leliwa. in qua sunt Lanei Cmethonales de quibus solvitur Decima ~~manipularis~~ Pecuniaria Ecclesiæ OOm SSm in Cracovia mediæ partis muratæ de quolibet laneo per octo grossos. Item est ibi Prædium unum militare, de cujus agris solvitur Decima manipularis Ecclesiæ in Piasek &c. Zagaiow villa sub Parochia de magna Piasek sita, cujus Hæres Spytko de Melsztyn. In qua sunt Lanei Cmethonales. Item taberna una habens agros, et de quolibet solvitur Ecclesiæ OOm SSm mediæ partis in Cracovia per octo grossos. Item est ibi Taberna una habens agros et ad proprietatem Plebani de magna Piasek pertinens, de qua sibi solvuntur pro censu tres marcæ. Domus prima murata Cæmeterio S. Francisci contigua in acie sitt et per Joannem Canonicum Tarnoviensem late fabricata in qua Plebanus præfatæ partis muratæ cum suis Vicariis et Sacerdotibus habet domicilium et mansionem. Secunda Domus contigua eidem aciali Domui in medio plateæ eundo versus Ecclesiam OO SSm sita etiam per eundem Joannem Canonicum Tarnoviensem murata, quæ arendata solvit pro censu quatuor marcas cum media. Tertia Domus eidem Secundæ Domui contigua et per eundem Joannem Canonicum Tarnoviensem murata, et Cæmeterio immediatæ vicina, quæ arendata solvit quatuor marcas. Habet insuper eadem Ecclesia mediæ partis muratæ Domos in platea lata incipiendo a Domo aciali ante monasterium Sæ Trinitatis usq ad plateæ Castrensis longe finem et sunt omnes Domus muratæ latere et solvunt Terrestrem censum Ecclesiæ OOm SSm præfatæ mediæ partis muratæ annis singulis modo infrascripto. prima, 2da, 3tia, quarta, 5ta, sexta. Offertorium et Columbatio singulis annis importabunt citra vel ultra octo marcas.

Proventus Ecclæ OO SSm in Crac: alterius partis quæ vocatur Lignea. Przegorzały villa sub Parochia Sancti Salvatoris de Zwierzyniec sita, quæ est fundus principalis Ecclesiæ OOm SSm mediæ partis ligneæ, in qua sunt quatuor Lanei Cme-

thonales, qui non vocantur Lanei, sed hortulaniae et solvit quilibet viginti grossos, viginti ova, duos capones, duos caseos, et unum diem quilibet in septimana laborat, quidquid sibi mandatur. Item lacus optimus ubi olim fluebat Wisla, et superiorem partem habet monasterium de Zwierzyniec, inferiorem Jacobus de Koniecpole, medium vero in quo sunt duo stadia aquae alias duae Tonie habet Plebanus mediae partis ligneae. Ad piscandum autem pisces in hujusmodi lacu tenentur ire omnes quatuor hortulani praeter diem. Item habet ibi Plebania praefata sylvam notabilem cum pratis et ripa fluvij Wislae dicta Pasiczka in una parte Wislae juxta metas Villae Bielany, ex alia vero parte Villae, habet aliam sylvam notabilem longam et latam dictam vulgariter Koło cum pratis et lacubus jacentem et se extendentem inter Bona Kostrzec et Tyniec ubi etiam habet ripam Wislae. Item est in eadem Villa Praedium praefatae Plebaniae de cujus agris nulli solvit Decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item Monasterium de Zwierzyniec habet ibi in una parte Laneum, Item unam tabernam habentem agros, Item Praedium Item Hortulanias, Item molendinum. Item Jacobus de Koniecpole de Domo Pobodze habet ibi Laneos Cmethonales Item de Obus agris praefatae Villae quae ad Plebanum SSm Obm quam ad Monasterium Zwierzynecense quam ad Jacobum de Koniecpole spectantibus, de Praedys Tabernis et hortulanijs solvitur et conducitur Decima Manipularis et Canapalis pro Plebano Obm SSm partis mediae Ligneae et valor ejus aestimatur. Item est in eadem Villa Laneus unus specialis ad Clericaturam S. Michaelis in Castro Crac pertinens, de quo solvuntur Clericaturae duae Marcae pro censu et etiam Decima Manipularis eidem Clerico. Bielany Villa sub Parochia de Zwierzyniec sita, cujus proprietas ad Monasterium Zwierzynecen pertinet quantum ad unum Praedium, quantum vero ad Cmethones, Hortulanias, tabernas, molendinum, et aliud Praedium pertinet ad Nicolaum Zarogowski Consulem Crac: Nobilem de Domo Ostoia. In qua sunt quinque Lanei Cmethonales Item tabernae duae habentes agros, Item hortulaniae quatuor habentes agros.

tes agros, Item Predium secundum, de quibus omnibus solvi
et conducitur Decima manipularis et canapalis pro Plebania tam
Item partis Lignee Stupow Villa sub Parochia Ecclesie de
Dratoszyce sita. Cujus Hæredes Jacobus Stupowski et Zaklika
Miedzygorski de armis bipennium, in qua sunt quatuor Lanei
Smethonales. Item duo Hortulania habentes agros. Item Predium
optimum sufficientes habens agros, de quibus omnibus solvi
et conducit Decima manipularis et canapalis pro Ecclesia Obm Item
medie partis Lignee. Item sunt in eadem villa Lanei. Czechy
Villa sub Parochia Niegardow sita. Cujus Hæredes Jacobus Stu
powski et Vladislaus Czechowski de armis Lelima In qua
sunt tres Lanei Smethonales de quibus pro censu et Decima
manipulari stabendo frac: qua Szechowska vocatur Solvunt
16. cum media marca. Item sunt ibi duo Predia militaria
Stavorum Jacobi et Vladislai, et utrumq solvit Decimam Mani.
pularem Ecclesie Obm Item media Partis Lignee. Item sunt
ibi alij quatuor Lanei Smethonales. Item una Taberna hns a.
gros Item quatuor Hortulania habentes agros ad mihtes & Istos
pertinentes, de quibus obus solvitur et conducit Decima Manipula-
ris et canapalis pro Ecclesia in Niegardow. † Sadowa
Villa sub Parochia de Dobrowoda sita. Cujus Hæres Joannes
Czech de Jarnow de Domo Lelima in qua sunt sex Lanei Smetho-
nales de quibus solvit et conducit Decima Manipularis et canapalis pro
stodia Vicariensis Item est ibi Predium unum Militare Item una
Hortulania habens agros, de quibus solvit Decima manipularis
Ecclesie Obm Item media partis Domus Lignee Piasek
Villa cognominata parva sub Parochia de magna Piasek sita
Cujus Hæres Szyttke Melsztynski, in qua sunt Lanei Smethona-
les. de quibus solvit et conducit Xma manipularis et canapalis
pro Episcopatu Cracc Item est ibi unum Predium Militare de cu-
jus dupis decimas Ecclesie Obm in Cracovia media pars Lignee
Lipka sub Parochia de Kije sita. Cujus Hæres Zawiszacho-
wski de Domo Otolok et Raphael de Domo Lelima In qua
sunt tres Lanei Smethonales, Item una taberna habens
agros pro de quibus solvit et conducit Decima manipularis et

† Collationa vi Josephus Sprowski Szyszyński Aplicus et Illmi Capli cathdis Cracę Notarius mpp

Parva Piasek

† Collatio nave Josephus Sprowski Szyszyński Aplicus et Illmi Capli cathdis Cracę Notarius mpp

Canapalis pro Prebenda Kielcensi quae vocatur Brzechowska. Item sunt ibi duo Praedia Militaria unum Raphaelis et alterum Zawissyi de quibus solvitur Decima manipularis Plebaniae mediae partis Ligneae Obm Sm in Cracovia. Karsy villa sub Parochia de Kiesita cujus Haeres Zawissius Lipski de armis otobok in qua sunt tres Lanei Smethonales et una taberna habens agros de quibus solvitur decima manipularis et Canapalis pro Prebenda Kielcensi Brzechowska. Item est ibi Praedium unum Militare de cujus agris solvitur Decima manipularis Ecclesiae mediae partis ligneae Ob. Sm in Cracovia. # Domus lignea in Platea Monasterij S. Francisci confrontata sita, cujus proprietas ad Plebanum Obm Sm in Cracovia alterius partis ligneae pertinet. Quam post combustionem incineratam reaedificavit ligno ejusdem Ecclesiae mediae partis ligneae Plebanus Arnolphus de Mirzeniec Decretorum Doctor Canonicus Crac: in qua Plebanus ejusdem Partis habitare consuevit, quae nunc quoniam in duas partes divisa est arendata solvit octo marcas. Item eadem Ecclesia mediae partis Ligneae habet ex alia parte plateae Castrensis usq ad Domum praefatam Plebanalem Domos ex quibus sibi solvuntur annis singulis census terrestres. Prima Domus solvit unum fertonem Secunda Domus solvit undecem grossos. Tertia Domus solvit septem grossos Quarta Domus solvit Decem grossos. Quinta Domus quae est parva lapidea respectu aliarum solvit Quatuor grossos: De Offertorio proveniunt annis singulis Plebano praefatae partis Ligneae quatuor marcae vel ultra. De columbatione proveniunt eidem Plebano annis singulis etiam quatuor marcae vel citra.

De Decima in Chroscice vide folio 18

Ex Libro Beneficiorum Ecclesiarum Parochialium Diaecesis Cracoviensis desumptum

Proventus Ecclesiæ OO SSm ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diœcesis Cracovien? 1529

Præpositura in Ecclesia OOm SSm Crac: cujus Possessor Venerabilis Dominus Paulus Kraszowski Canonicus Crac: juravit. In Wielkawies tota Marcæ 8. in Białykosciol tota marcæ 2. in Wierzchowiska tota marca 1. grossi 12, in taberna dicta Cilo grossi 30. In Zelkow et Badlo Decima pecuniaria marcæ 3. grossi 6. In Piasek decima pecuniaria Marcæ 4 grossi 36. In domo murata penes Domum Præpositi in Cracovia census arendæ Marcæ 5. In domo in platea Castrensi penes Domum Pictoris Joachymi marca 1. Canapalia grossi 19.

Vicaria perpetua in Ecclesia Collegiata SSm OO. in Cracovia, quorum sex sunt numero, et eorum nomine comparuit Ablis Martinus de Mnichocin qui juravit . . . In Cracovia de certis domibus circumquaque Ecclesiam OO SSm et sub eadem Parochia subsistent. Census perpetuus Marcæ 20. Columbationis pecuniariæ de tota Parochia marcæ 10. Valor Vicariorum marcæ 30.

Altare tituli SSm Antonij et Leonardi in Ecclesia Collegiata SSm OOm in Civitate Crac. cujus Possessor Vblis Dominus Joannes Lubowiecki Canonicus Posnaniensis. In Piotrkowice sex agris Prædialibus Decima manipularis de majori eorum parte Marcæ 9. Valor Altaris marcæ 9.

Altare seu Præbenda tituli Corporis Christi in Ecclesia Collegiata SSm OOm in Cracovia cujus Possessor Vblis Petrus Gamrath Decanus Plocensis. In domo Aciali penes Cæmeterium OOm SSm Marcæ 18. valoris.

Altare seu Præbenda tituli Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in Ecclesia Collegiata SSm OOm, in Olpiny census in Vini Reemptionis Marcæ 14.

Altare tituli SSm Evangelistarum in Ecclesia Collegiata

Sanctorum Omnium in Prymnik de molendino altaris census perpetuus Marcæ Octo.

Altare seu Prebenda tituli Assumptionis Beatæ Mariæ Vgs secundi Ministerij in Ecclesia Collegiata SSm Obm in Cracovia cujus Possessor Vblis Andreas de Cracovia Predicator ejusdem Ecclesiæ qui juravit, in Zawadka et Wilgoszcza census in Vmi Reemptionis Marc 12.

Altare tituli SSm Annæ et Catharinæ in Ecclesia Collegiata SSm Obm in Cracovia. Possessor Joannes Tylman de Sendomierz juravit. In Oppido Nowagora census in Vmi Reemptionis marcæ 8. In Campa Radzyna et Chorążyce similis census Marc 8.

Altare tituli assumptionis Bæ Mariæ Vgs in Ecclesia Collegiata SSm Obm prope Ambonam cujus Possessor Vblis Dominus Simon de Szamotuły Artium et Medicinæ Doctor juravit. In Zathor ex Prætorio census in Vmi Reemptionis marc 15.

Altare tituli assumptionis Bæ Mariæ Vgs Fraternitatis Pauperum in Ecclesia Collegiata SSm Obm in Cracovia cujus Possessor est Gratus Dominus Kraszewski juravit In Scultetia Lubocza census in Vmi Reemptionis Marcæ 8.

Altare tituli Sancti Spiritus in Ecclesia Collegiata Obm SSm in Cracovia. Cujus Possessor Joannes Korbel de Jezow juravit. In Fossata platea prope Ecclesiam S. Nicolai in Viginti tribus Domibus census Marc 8. In Rupella à Conventu sexagena latorum grossorum quæ facit Marcam 1½ grossos 8.

Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diœcesis Cracoviensis desumptum

Jen

De Origine Ecclesiæ SSm Obm
Ex Libro Petri Pruszcz Alumni Acad. 1650.

Kościoł wszystkich świętych. Ten na Grodzkiey Ulicy iest zbudowany wprzod drzewiany a przynależał do świętey Troyce Farnego na ten czas Kościoła. Potym zmurowany y nadany od Jakuba Bobole człeka pobożnego y w sprawach Rycerskich zasłużonego. Ten wiele kosztownych apparatow temuż Kościołowi zostawił. Ma ten Kościoł odpusty wielkie na czasy pewne, ma y Reliquie świętych Bożych mianowicie z Towarzyszek S. Urszule iedną głowę, y w mnieyszych partykułach świętych Panien y Męczenniczek, iest y S. Stanisława znaczna Reliquia, y cząstka drzewa Krzyża świętego, Ma Proboszcza zawsze Professora Akademiy krakowskiey, Dziekana Kanonikow także wikaryow. Ten Kościoł ozdobiony y wielki Ołtarz y innych niemało, a mianowicie przy drzwiach wschodnich iest Ołtarz SS. Kryspina y Kryspiniana Męczennikow Mistrzow Lecha Rzemiesła Szewskiego dziwnie piękney Struktury. Ma ten ołtarz Reliquie świętych y odpusty, ma także zegar głośny za staraniem X. Jakuba Zakrystyana zmarłego sprawiony. Jest szkoła od Macieia Miechowity Kanonika krakowskiego y Chronikarza starego zmurowana. Jest y Obraz Panny Nayświętszey przybrany, a ten przyniesiony z Węgier przez tamecznego szlachcica Roku 1647 y tutecznemu Kościołowi z Funduszem darowany, iest y drugi także cudowny. — Ex eodem Authore desumptum

Item Bielscius sub Anno 1333 Scribit.

Jacobus Bobola Miles Ordinis in Regno Hispaniæ celeberrimi Hierosolymitanus, qui Toga utebatur candida longa cum sua tota Familia mascula. Unde collegitur Virum fuisse Militarem et Strenuum, atq in exteris nationibus exercitatum,

in Marte et pietate. Erat Fundator Ecclesiae Sanctorum Omnium Cracoviae sub Vladislao Lokietek, ubi Praeposituram fundavit ut Literae Fundationis ibidem testantur, cujus Fundationis Jus patronatus penes Lelivitas consistit. Et Tomus 2. Simonis Okulski

Item Martinus Cromerus Historicus Polonus de hac Ecclesia sic habet sub Anno Dni 1345.

Nec illud sane silentio praetereundum est quod eodem Anno apud Cracoviam accidit. Nam cum conscelerati quidam homines sacrilega cupiditate adducti Sanctissimum Corpus Christi sub forma panis reconditum cum ferculo suo è Templo Omnium Sanctorum memoriae dicato suffurati essent, atq; id ferculum non aureum ut crediderant sed aereum incuratum esse comperissent apud Bubalum sive Bavolum Pagum suburbanum, qui erat in ditione Collegij Basilicae Cracoviensis in coenosam paludem id irreverenter abjecerunt. Mox locus crebris ignibus atq; faculis dies noctesq; aliquot perpetes collustratus est. Id miraculum cum ad Episcopum perlatum esset, neq; causa ejus pateret post indictum triduanum jejunium Episcopus eo cum solenni pompa sacerdotum et supplicationibus profectus est, repertamq; Sanctissimam Eucharistiam ingenti cum veneratione eo, unde sublata erat retulit. In eo loco ubi ea reperta est Casimirus insequenti Anno Augustum Templum titulo Corporis Christi de coctis lateribus aedificavit. Haec Cromerus

1482.

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo secundo, Mercurij die Undecima Mensis Decembris Cracoviae.

Plebanus Eccleae OO. SS. proponit contra Altaristas

ejusd. Ecclesiae negligentes in Officijs suis.

Coram Reverendissimo Domino Episcopo judicialiter pro Tribunali praesidenti Venerabiles Domini Decretorum Doctores Arnolphus de Mierzyniec Cancus Crac: et Plebanus unius partis Parochialis Ecclesiae Obm Sanctorum Cracoviae, et Valentinus de Illusz in Eadem Ecclesia Parochiali alterius partis Commendarius et Viceplebanus contra Discretos Stanislaum Kitha de Cracovia Altaristam Altaris Sae Mariae fraternitatis Pauperum mendicorum, et Joannem de Scarbimiria Lectorem Missarum Altaris sub Organo in Ofata Ecclesia Omnium Sanctorum ibidem praesentes et ad hoc de mandato Domini per discretum Stanislaum Presbyterum de Smigrod ejusdem Ecclesiae Vicarium, et contra quamlibet personam pro eisdem communiter vel divisim Judicialiter intervenientem proposuerunt. Quia ipsi tanquam propriae Salutis immemores, Deum non timentes, homines non verentur transgrediuntur leges Salutares in Privilegijs fundationis erectionis et dotationis Altarium praedictorum conscriptas, necnon laudabiles consuetudines per Altaristas eorumq vices gerentes Ecclesiarum per et infra Civitates et Diaecesim Crac. et aliarum ~~Ecclesiarum~~ Diaecesum ubiq consistentium laudabiliter observatas, damnabiliter infringere ausse temerario non verentur. Nam non complent Missas Vigilias et alia Officia Ecclesiastica pro vivis et defunctis eo modo et ordine, quo sunt per Loci Ordinarios ad petitionem Fundatorum et Dotatorum in ipsorum Privilegijs et Erectionibus instituta et conscripta. Ad quae Privilegia fundationes et Erectiones praedictorum Altarium et signanter Altaris Fraternitatis Pauperum, ipsiusq

originalis Institutionis per olim bonae memoriae Dnum Sbigneum Epum Cracoviensem factae se referunt praedicti Actores et ea volunt hic habere pro insertis contemnunt. Insuper praefati Stanislaus Kitha Altarista et Joannes Vicealtarista interesse processionibus, Stationibus, thurificationibus cerimonijs et alijs Officijs Ecclesiasticis diurnis et nocturnis, quae de usu more et antiqua et laudabili consuetudine solita sunt fieri in Ecclesia praefata et alijs. Praeterea praedicti Presbyteri Altarista et Vicealtarista suorum altarium praedictorum cultum ornatum, et decorem ad Dei laudem et hominum aedificationem salubriter introductum non attendunt nec promovent. imo diminuunt quantum possunt in ipsorum salutis dispendium et Christi fidelium scandalum plurimorum. Unde in hoc sacratissimo tempore quo adventus Filij Dei in carnem per totum orbem solenniter recolitur sub officio et cantu communiter dicto Rorate Coeli raro vel nunquam debite intersunt in Ecclesia praefata, nec in ipsorum altaribus per septem candelas comparant et accendunt, prout alij Altaristae omnium Ecclesiarum comparant et accendunt, sicut et ipsi ipsorumque Praedecessores comparabant et accendebant per et infra praefatum Officium Rorate. Quare Actores supradicti praedictos altaristam et Vicealtaristam de praedictis ipsorum excessibus culpis et negligentijs puniri et compesci cum instantia petierunt. Et insuper ad supplenda ea quae per eos omissa sunt, et omnia facienda juxta fundationes originales ipsorum altarium praedictorum, et secundum usum morem et antiquam consuetudinem legitime praescripta Ecclesiae praefatae aliarumque Ecclesiarum per et infra Civitatem et Diaecesim Cracoviensem consistentium, et signanter ad comparandum et accendendum

Septem

per septem candelas in ipsorum Altaribus præfatis cogendos esse cogiq et compelli debere justitia mediante judicialiter postularunt. Ubiq mox et in continenti præfati Altarista et Vicealtarista animo litem contestandi negarunt narrata de ipsorum culpis et negligentijs et excessibus prout narrata sunt, offerentes se probaturos quod omnia ipsorum Officia et onera præfata debitè impleverunt et implent secundum Privilegia fundationis dotationis et Erectionis ipsorum Altarium. Ad quæ se referebant pro verificatione ipsorum responsionis et secundum laudabiles consuetudines Ecclesiæ præfatæ, aliorumque consimilium, salvò hôc et excepto, quia ipse Joannes Vicealtarista dixit se non posse cogi ad comparand et accendend septem candelas in Altari suo pro eo et ex eo, quia dixit se esse et fuisse manualem Lectorem duntaxat de tribus marcis ad tres missas statutum et ordinatum per altaristam Principalem videlicet Honorabilem Dnum Joannem Creydler Plebanum in Biecz qui interim est absens, In cujus absentia ipse asseruit se nihil habere in manibus de proventibus et pecunijs præfati Altaristæ et Altaris, sed quendam Joannem Faber Presbyterum vices ipsius Altaristæ exercere et ejus pecunias colligere conservare et dispensare. Tamen confessus est quia de antiqua consuetudine laudabili ad Altare suum septem candelæ comparabant et accendebantur per altaristam vel suum factorem per et infra Officium rorate. præfatus autem Stanislaus Kitha Altarista allegavit et dixit ad comparand et accendend septem candelas in Altari suo supradicto se non teneri nec debere cogi pro eo et ex eo, quia sacristianus pro tempore existens de petitione publica quæ fit nomine Ecclesiæ comparabat et accendebat septem candelas in Altari prædicto, sicq

legitime actum est et praescriptum super praedictis candelis
Et ad probandum haec et alia superius expressa petivit se
admitti, praefatis Dnis Actoribus allegantibus et dicentibus
quod haec consuetudo si probaret prout non credit esse vera
et legitime introducta, fieret contraria omnibus Ecclesiis per
et infra Civitatem et Diaecesim constitutis Quia de omni-
bus Ecclesiis Collegiatis et Regularibus Monasteriis Parrochiis
imo et Capellis fit quolibet Anno fit petitio publica pro
consimilibus candelis, et tamen nulla Ecclesia et ejus
Sacristianus providet de candelis Altaristis vel eorum alta-
ribus sed ipsimet Altaristae provident de ipsorum proventibus
prout et in Ecclesia praefata circa eadem altaria sunt et est
tentum observatum et legitime praescriptum. Et insuper
quia communiter ad Altare praedictum Sanctae Mariae Fra-
ternitatis Pauperum mendicorum in praefata Ecclesia fun-
datum dotatum et erectum Sacristianus ejusdem Ecclesiae pro
tempore existens praesentabat per Confratres ejusdem Fra-
ternitatis et instituebat per Loci Ordinarium. Et ideo si
quando Sacristianus comparabat et accendebat candelas
ad Altare praedictum, non tanquam Sacristianus sed tanquam
Altarista pro tempore existens Altaris praedicti. Insuper
quia onera et proventus Altaris praedicti quasi connexi
sunt inter Sacristianum et Altaristam ~~Altaris~~ praedictae Fra-
ternitatis prout credit esse expressum et descriptum in
Originali fundationis et institutionis Fraternitatis praedi-
ctae et sui Altaristae per olim bonae memoriae Dnum
Cardinalem Epum Crac. facett. ad quae se referunt Actores
praedicti et volunt ea habere hic pro expressis et productis.
Ideo haec non obsunt intentionibus eorum. Et datur ad
probandum eidem Stanislao Kysha ad diem Sabbathi
primum. Praesentibus ibidem Cancellario Doctore et Notariis Curiae
Ex actis Actorum Rdmi Dni Joannis de Rze-
szow Episcopi Cracoviensis extractum.

Proventus Scholæ et Rectoris Scholarium ad Eccle: Collegiatam SSm OOm.

Scholam Sanctorum omnium seu Domum muratam pro mansione Scholarium extruxit Perillustris et Reverendissimus olim Mathias Miechovius Canonicus Cracoviensis, Historicus Polonus, quemadmodum et alias Scholas Parochiales in Civitate Craccoviensi: ut patet clarè ex Historia seu Cracoviæ descriptione Petri Pruszcz Alumni Academiæ, Item ex Libro cui titulus Centuria Virorum Illustrium Poloniæ. Habuit hæc eadem Schola quosdam Census pro commoditate Scholarium in ea manentium per memoratum Mathiam Miechovium assignatos, sed de ijs ad præsens non constat. Notandum priusquam stetisset Schola murata, fuisse ibidem (alias in fundo Plebanali:) Scholam ligneam statim cum Ecclesia Parochialis constituta est, ædificatam per Rectores Ecclesiæ SSm OOm, prout clarè liquet ex Erectione Altaris SS. Antonij et Leonardi in eadem Ecclesia SSOOm facta Anno Domini 1386.x ubi tertia pars Decimæ Prædialis in Piotrkowice Præsidi Scholæ Sanctorum Omnium sub certis oneribus assignatur: ut videre est in descriptione ejusdem Altaris.

x hic p. 421.

In Erectione Altaris SSm Antonij et Leonardi de Scholaribus et Rectore Scholæ habetur sic.

Ut autem dictus Strenuus Vir Joannes de Melsztyn Fundator suæ Fundationis consequi mereatur fructum statuimus et ordinamus quod Altarista Altaris Ꝑfati pro tempore existens Missas infrascriptas per se aut per alium videlicet ferijs secundis pro remissione peccatorum et felici statu Regni Poloniæ

et Omnium Statuum. Ferys vero Sextis pro animabus Fundatoris (: Si ei acciderit vita fungi quod sero eveniat) Predecessorum et Parentum illius legere et complere, Superpelliceatus quoq consuetis Processionibus in Ecclesia eadem Sanctorum OOm interesse. Preses itidem Scholae cum suis Scholaribus Presbyteros in Divinis officijs juvare, predictas Missas cum Scholaribus audire et pro tunc Cantilenam Boga Rodica Duowica sive aliam piam -- accommodam prosam canere teneantur et sint adstricti -- duraturis:

In Erectione Ecclesiae Collegiatae SSm OOm habetur sic.

Item Rector Scholarum cum suis Scholaribus Dominicis et 1490.
festivis ac celebribus diebus matutinas prout ante fuit consuetum cantari, Primam, Vesperas primas et Secundas cum Completorio et Salve Regina. Similiter et tempore Quadragesimae, matutinas diebus ferialibus tribus ante Pascha quas tenebrosas plerique appellant cantabit, Etiam per totum tempus in adventu Christi Rorate omni die cum Scholaribus cantabit, et tempore Quadragesimae dando tres aut quatuor Socios et hoc propter occupationem Vicariorum circa Confessiones dictae Ecclesiae Subditorum explebit. Item Vigilias novem lectionum circa mortuorum exequias, aut ubi se necessitas vel occasio obtulerit decantare sit adstrictus. Volumus statuimus et ordinamus. Volumus tamen ut Vicarij Magistro Scholae de portione Vigiliarum cum ex Consuetudine contingent respondeant.

Reparatio Scholae spectat ad DD Praepositum et Decanum et electio atque locatio Magistri.

Qui Decanus Scholam cum suis Structuris una cum Praeposito tempore necessitatis reformabunt, et ipsi soli Magistrum Scholae locabunt et praeficient. Ex erectione Ecclesiae SSmae OOm desumptum

Item

Item Perillustres Præpositum et Decanum dedisse impensas pro reparatione Scholæ constat ex Actis Consistorij Cracoviensis Rdsmi olim Martini Izbinski Officialis Crac. Mercurij 27 Maij Anno Domini 1576. Vide infra +

Item ex Actu Judiciali infrascripto ex actis Joannis de Schebnia Custodis et Officialis Crac desumpto. de Anno 1492 Sabbath: 28 Julij

Item ex Actu Visitationis Kazimirscianæ de A.D. 1596. Perillustres Domini Præpositus et Decanus possunt pro libitu suo amovere Magistrum à regimine Scholæ

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Secundo Die Sabbathi Vigesima Octava Julij 1492

Venerabilis Dominus Joannes Wysocki Decretorum Doctor Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Obm Sanctorum in Cracovia, licentiando ut asseruit de mandato DD. Nicolai Gromadzki Præpositi et Joannis Bostowski Decani ejusdem Ecclesiæ à Regimine Scholæ ipsius Ecclesiæ à festo S. Jacobi Apostoli Honorabilem Magistrum Stanislaum Rectorem Scholæ ejusdem, licèt allegantem eosdem Prælatos sibi in nonnullis Summis pecuniarum, tum ratione Salarij deserviti retenti, tum etiam ædificiorum circa restaurationem Scholæ ejusdem de proprijs impensarum obligatt, obligat et cavit se etiam principalem ponendo, quod ipsi Dni Præpositus et Decanus omnia hujusmodi debita sibi retenta quæ aliàs de jure debebunt sibi solvent cum effectu. Aliàs ipse Dominus Doctor per se in casu, quo ipsi solvere nollent, et cum occasione præmissarum n' evincent sive indemnem non reddent, solvere debebit totum id quod jus decernet eidem Mgro Stanislao sub pœna excommunicationis. + Salarium III

In quam vim dictus ~~Dominus~~ Mgr Stanislaus de Scholis eisdem exire se obtulit. Cui quidem Mgro Stanislao praefatus Doctor Wysocki nomine Nicolai Gromadzki Praepositi sui dicti dedit et solvit tres fertones, quos ipse ab eo recepit numeratos praesentibus circa obligationem et cautionem hujusmodi Dominis Joanne Baruchowski Archidiacono Crac. Nicolao Vicedecano dictae Ecclesiae et alijs quam plurimis Testibus circa praemissa Actum die Mercurij 25 Julij hora vesperarum, circa verò solutionem trium fertonum et eorum receptionem Petro Wapowski Vincentio Przerembski et Joanne Lubranski Canonicis Crac.

Ex Actis Actorum Rdi olim Dni Joannis Schebnia Custodis, Vicarij in spiritu et Officialis Gnrlis Crac extractum

Proventus Magistri Scholae et Scholarium

1 Magister Scholae primitus accipiebat à Dnis Praeposito et Decano Salarium, nimirum sex fertones, ab unoquoque Praelato tres. ut patet ex antecedenti actu et subsequenti de Anno Domini 1493. ubi mentionatur Magistrum Scholae habuisse quoddam Salarium.

2 Magister Scholae habebat et percipiebat pro se Decimam Manipularem Praedialem ex Villa Piotrkowice sub Parochia Niegardowo sita, aliàs ex tertia parte agrorum, prout constat ex multiplicatis actibus descriptis inter proventus Altaris SS. Antonij et Leonardi Confessorum; quos videre licèt ~~ut fra~~ suo loco. Item ex Actu subsequenti, aliàs Puncto ex Erectione Altaris praefati desumpto.

Decimam quoque praedictam in Piotrkowice Praedialem tripartitim ut praemissum est divisam praefato Altari SSmi Antonij

Antonij et Leonardi in Ecclesia praefata sitt et ipsius pro tempore existentibus Altaristis quo ad duas partes priores, quo ad tertiam eam Praesidi Scholae Parochialis in Xenium pro debita Scholarium in pietate exercitatione annectimus incorporamus appropriamus adscribimus, per ipsos Altaristam et Scholae praefatae Praesidem perpetuis temporibus exigendam, tollendam levandam percipiendam ac in eorum usus beneplacitos convertendam, decernentes ut deinceps praefata Xma Ecclesiasticae immunitati subjaceat, et quod pro ejus evictione sive recuperatione nonnisi ad forum Ecclesiasticum habeat recursus. 113

Plura ibidem videre licet 113 Item Studiosi habent à Procuratore Universitatis ex pecunia Staringelij florenos 10 ex quibus semori cedit flo. 1.

3. Magister Scholae habet quasdam Obventiones ex perceptis nonnullis Vicariorum Ecclesiae Collegi. Ssm Obm.

Anno Domini 1493. Jovis ultima mensis Februarij Oblatum in vim probationis de Intentione Questoris Subortae inter Honorabilem Magistrum Jacobum de Schadek Rectorem Scholae ad Omnes Sanctos in Cracovia ex una, et Universitatem Vicariorum in ibidem partibus ab altera coram Venerabili Viro Domino Joanne de Lathoszyn Sacrae Theologiae et Decretorum Doctore Canonico et Officiali Crac Generali. Qui Dominus auditis propositis et responsis dictarum partium, attento etiam onere imposito, Magistro Scholae et suis Scholaribus et tenuitate Salarij sui decrevit hoc, quod Magister de oblationibus et reditibus ac columbatione, alijsq accidentibus, obventionibus quae nomine distributionum censentur undecunq proveniant ex quaestibus Ecclesiae, debet habere aequalem partem sicut aliquis ex Vicarijs, illos vero

Salarium

census et redditus qui ad fundum Vicariorum pertinent scilicet Censibus terrestribus, terragijs et Decimis si quae sunt, universaliter de censibus qui debentur Vicarijs non Praelatis vel Canonicis, ab illis Magister debet esse alienus nec de illis debet participare. — Et hoc Dominus decrevit tenendum et observandum. Item decrevit quod Magister teneat onera secundum tenorem Privilegij et Constitutionis Praelatorum ac Canonicorum aliàs Capituli hujus Ecclesiae, quo ad cantus laudum versiculorum Matutini et aliarum Horarum juxta morem et consuetudinem aliarum Ecclesiarum Collegiatarum in Diœcesi Cracoviensi consistentium. Quod quidem Decretum et praemissa omnia servanda ipse Dominus Officialis ipsis Partibus tenere observareq; sub censuris Ecclesiasticis mandavit. Praesentibus Dominis Joanne Wysocki Decretorum Doctore Canonicoq; Ecclesiae SSm OOm praefatae praemissa nomine Capituli instigante, Stanislao de Przeworsko Plebano in Gdow Stanislao de Klonicze Bartholomaeo de Biskupie Notarys publicis testibus circa praemissa.

Ex Actis Sententiarum Joannis de Latoszyn Canonici Vicarij in spiritualibus et Offis Gnrlis Crac. extractt.

Compositio inter Vicarios Ecclesiae Collegiatae

1510 OOm SSm Crac. et Magistrum Scholae ejusdem Ecclesiae ratione quarundam infracontentarum obventionum. aliàs Sententia Arbitralis AD 1510

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Die Jovis quarta Mensis Julij post Visitationis Beatissimae Mariae Virginis proxima.

Honorabilis Mathias de Miechocin Vicepropositus et Mathias de

de magna Opatow, Joannes de Opoczno, Gregorius de Kalisz
Jacobus de Posnania et Mathias de Wislica Vicarij perpetui
Ecclesiæ Collegiatæ Obm Sanctorum in Cracovia ex una, et Gra-
smus Artium Liberalium Magister, Rector Scholarium ejus-
dem Ecclesiæ Collegiatæ partibus ex altera coram Domino et
apud Acta præsentia personaliter constituti recognoverunt et
eorum quilibet recognovit se concordiam et amicabilem
compositionem per medium Venerabilium Dominorum vide-
licet Stanislai Szalwa Præpositi et Stanislai Zelik Deca-
ni, Prælatorum Principalium Ecclesiæ Collegiatæ Omnium San-
ctorum in Cracovia, de et super certis decantandis Horis
Divinis et Salario et alijs injurijs latius in Sententia arbi-
trali descriptis inferius contenta fecisse in hunc qui sequi-
tur modum. — — Christi nomine invocato et ipsum
solum Deum præ oculis habentes de consensu et Consilio Co-
arbitrorum nostrorum inter Honorabiles præfatos Vicarios perpe-
tuos ex una et Magistrum Erasmum Rectorem Scholæ præ-
fatum de et super decantandis Divinis horis et Salario de
Ecclesia præfata proveniente et illorum occasione partibus
ex altera per hanc nostram Sententiam Arbitralem, quam
de alto et basso ex his quæ vidimus et ex propositis et respon-
sis Partium audivimus dicimus pronuntiamus Sententiamus
et arbitramur, omnes et singulas lites controversias quo-
modolibet occasione præfatæ decantationis Divinarum horarum ac salarij
pro Rectore Scholarium et Vicarijs Ecclesiæ Collegiatæ præfatæ
omnium Sanctorum in Cracovia provenien coram quibuscunq
Judicibus mott et intentatt sopiendas et extinguendas
fore prout extinguimus. Item dicimus decernimus et
arbitramur quia ipse Erasmus Rector Scholarium et alij
pro tempore existentes Rectores Scholarium Scholæ præfatæ
Ecclesiæ Collegiatæ Obm Sanctorum ratione laborum et cantus
matutinarum horarum omnium, Vesperarum Completoriorum
maturæ, ut in privilegio latius continetur, cum Vicarijs perpetuis,

seu Universitate Vicariorum Ptatæ Ecclesiæ Obm Stm de omni offertorio de Ecclesia quomodolibet provenienti, de columbatione parochiali, Spoly Panni et alys Spolys cujuscunq generis et speciei fuerint post funeralia, et Psalterij circa funeralia semper æqualiter cum Vicarys Ptatis accipiet partem, Et quia ad cantandum Psalterium loco sui pro hora sua Studentem idoneum locare et Statuere et similiter pro matura, et Juvenes ad decantandos versiculos diebus festis mittere debebit et sit adstrictus. Et Insuper ipse Magister cum Studentibus similiter sui Successores Rorate semper per totum adventum, et Maturam per totam Quadragesimam, et Festis Christi Solennibus et Beatæ Mariæ Vgs ut ex antiquo fuit cantare propter occupationem Vicariorum circa confessiones audiendas et administranda Sacramenta Ecclesiastica, et alios labores Ecclesiasticos ut ex antiquo et in Privilegio contenta sunt facere tenebitur. Item ipse Rector Scholarium et Successores sui quotiescunq Vigilias mortuorum sive in Ecclesia sive extra eam ubicunque peragere contigerit cum Scholaribus decantare, medietatem Vigiliarum pro se accipiet, et medietatem Salarij pro eisdem Vigilijs alteram Vicarys perpetuis Ecclesiæ Ptatæ cedere debebit exceptis tamen Vigilys Anniversarys et eorum conductu mortuorum pro Pdictis Vicarys solum fundatt aut pro semetipsis cantandis, et similiter Psalteria pro semetipsis tantum quæ per se soli complere et peragere solent, soli etiam per se Salaria pro eisdem recipere, et in usus suos convertere debent. Item dicimus sententiamus et arbitramur quia si et inquantum Salarium sex grossorum aut minus daretur pro decantatione extunc Cantor cum Scholaribus seu Studentibus cantans integre recipere pro se debet, excedens vero Salarium sex grossorum et si etiam Vicarij Ptati perpetui cum Substituto Magistri cantabunt, et Salarium æqualiter tollent. Item dicimus et arbitramur, quod ipse Rector Scholarium occurrente funere diebus festis Scholares ad decantandum Requiem mittere et illum grossum recipere ab illo qui instat pro decantatione

exigere

exigere debebit et tenebitur, ab alijs verò Requiem decantandis ut quatuor temporibus et alijs ut ex antiquo fuit, nihil exiget. Item decernimus arbitramur et sententiamus quia Domini Vicarij perpetui omnes et singulos census reditus et alios omnes proventus ~~quam~~ tam Terrarios quam terrestres aut Decimas si quas in posterum habebunt, quae Decimae et hujusmodi census ac proventus ad fundum ipsorum Vicariorum perpetuorum pertinent seu pertinere dignoscuntur per Patronos seu Prelatos et Canonicos ultra altaristas eorumque introductiones pro ipsis Vicarijs quomodolibet donari seu donandos et etiam quaestus Ecclesiae ratione curae animarum ~~omnes~~ eis porrectos pro se duntaxat habere et in usus suos convertere debent. Magister verò Scholae et ipsius successores nihil habere debebunt ad hujusmodi census, proventus, quaestus, obventiones et introductiones Prelatorum supra expressos; duntaxat quae sunt supraexpressa et Decimam manipularem in Piotrkowice sub Parochiali Ecclesia in Niegardow sitam. Item decimus sententiamus et arbitramur hujusmodi nostram sententiam seu ordinationem per partes supradictas in omnibus et singulis clausulis, punctis et conditionibus sub poena centum florenorum per partem contravenientem, medietatem Ecclesiae collegiatae praefatae et medietatem parti tenendae ac censurae Ecclesiasticae per Dominos in spiritualibus Vicarium aut Officialem pro tempore existentes Cracoviae ipso facto fulminandae tenere et observare debebunt.

Ex Actis Actorum Adm^e Rdi olim ~~Ga~~ ac Domini Galli de Jadra Custodis Vicarij in Spiritualibus et Officialis Gnrlis Cracoviensis extractum

NB Actorum horum sexternio est penes volumen in folio Rdmi Officialis de Targowisko Anno 1505.

A 1749 area hæc est deoccupata per G. Olearski et Census periit

4 Magister Scholæ habet pro censu terragio, ex Postico Domus Lapideæ Nobilis Clarissimi Ignatij Michalowski Medicinæ Doctoris super area Scholæ ~~est~~ extructæ, annuatim florenos duos monetæ Polonicalis. Cessavit, nam Domus demolita

5 Magister Scholæ a qualibet processione funebri, quoties pueri Scholares exeunt et Crucem deportant habet et percipit à Rdo Sacristiano florenum Unum ut docent Regestra Perceptorum et expositorum Ecclesiæ Collegiatæ SSm Obm

6 Magister Scholæ cum suis Scholaribus percipit bis in anno aliquot florenos pro aromatibus a Judæis seu Synagoga Judæorum Cracoviensium per manus Perillustris Procuratoris Universitatis, idq juxta Compositionem ejusdem Universitatis cum ysdem Judæis ad annos 24 initam.

7 Magister Scholæ cum suis Scholaribus * a Lutheranis et Judæis intra Parochiam Ecclesiæ SSm Obm manentibus, ~~quo~~ uti a Judæis Hortorum Regij et Capitanealis, quotiescunq aliquem ex Lutheranis aut Judæis mori contigerit, totum accidens, aliquando minus aliquando majus juxta proportionem ~~mortui~~ substantiæ mortui.

8. Magister Scholæ cum Scholaribus habent collectam ex Strena à pijs Parochianis bis in anno, semel in festo Omnium Sanctorum secundò in festo Sanctæ Catharinæ Virginis et Martyris oblatam.

9. Magister Scholæ habebat censum Annuum 80 florenorum ab Illustrissimo olim Wielopolski Cancellario Regni ratione obumbrationis fenestrarum et Habitationum Scholæ ~~constitutum~~ per erectionem Palatij, constitutum, ~~et~~ sed modo nihil percipitq, quia

Jus petendi non est ad manum, supponitur fuisse aliquam Obligationem in Scripto ex conventione ejusdem Illustrissimi Cancellarij cum Praeposito et Decano pro illo tempore factam, sed de eadem non constat. Habenda est interim patientia, aut supplicandum almae Universitati, si in Archivo ejusdem Universitatis penes documenta et Jura Praepositurae OO. SSmi aliquod jus ad hunc censum non reperitur. Pro illo enim tempore Praepositus Ecclesiae Collegiatae OOm SSmi concessit tertiam Lapideam suam Praepositurale demoliendam propter capacitatem majorem loci et prospectum Palatij: NB Notandum quod hunc censum seu pensionem accipiebat ab Illmis Urzelopolskie Clarissimus olim Casimirus Kelezinski stante suo Senioratu per annos 15.

10. Magister Scholae cum Scholaribus pro decantatione Officij defunctorum ex censu 60 florenorum super lapidea Cyrusowska in Praetorio Crac: 18 Octobris 1660. inscripto, et per Illmum Epum Crac die 2 Maij A D 1691. approbato habent ab Ardo Sacristiano Ecclesiae Coll. SSmi OOm florenos tres annuatim. +

11. Magister Scholae cum Scholaribus pro simili labore, ex censu 30 florenorum super Lapidea Zaigliczowska nunc Dni Joannis Miaczynski in Platea Stawkoviens. sitt die 5ta Octobris Anno Dni 1669 inscripto, et similiter per Illmum Epum Crac 2 Maij 1691 approbato habent florenos tres annuatim. +

12. Magister Scholae ex Fundatione Smolensciana, ex vicinus attendere debet cantui Studiosorum et Cantoris cum Patre annuatim ex manibus Illustris Procuratoris & Capituli percipit florenos quinque juxta Ordinationem Illmi Trzebieski Veneris 14 Martij Anno 1670 Kielcys factam. +

p. 647. n. 12
p. 646. n. 5. 6
p. 648. n. 18.

13. Studiosi quatuor cum Patre quinto Scholam inhabitantes qui tenebunt Cantorem adjuvare in decantandis Missis ex fundatione Smolinsciana, unicuiq per florenos duos quartualatim, habebunt florenos quadraginta quatuor.

14 Cantor Ecclesiae vel Pater Scholae quarus cantus, pro exercitatione in cantu sex Studiosorum pauperum ex eadem fundatione habet annuatim florenos quadraginta.

15. Scholares Scholam Ecclesiae Collegiatae OO. SSm Parochialem inhabitantes ex fundatione Perillustris olim Laurentij Pontificij Medicinae Doctoris et Canci S. Michaelis Ecclesiae Collegiatae juxta ordinationem coram Actis Officialatus Crac: die 24 Januarii Anno Domini 1590 factam quolibet quartuali habent grossos 15. annuatim florenos duos.

16 Magister Scholae cum Scholaribus habent censum annuum florenorum 10 pro summa Capitali florenorum 200. pro lignis ad Scholam calefaciendam fundatum, et in ac super Domo Lapidea Goryszowska in platea Sae Annae sitt nunc Haereditatis ac possessionis Magnificorum Stoinskich seu Stronskich inscriptum juxta sequentem Inscriptionem

Actum in Praetorio Crac: Fer: 3. post Dnicam Laetare pxma Anno Domini Millesimo sexcentesimo nono.

Coram Officio Consulari Crac personaliter comparentes Famati Hieronymus Jedwath, Joannes Lang, et Christophorus Turnay Cives Crac: Famati olim Goryszowski Civis Crac Bonorum et Liberorum Tutores Testamentarij palam ultro, libereq recognoverunt. Quia ipsi inhaerentes consensui à Spectabili Senatu Cracoviensi ad infrascripta non ita pridem dato super Domo lapidea integra Cracoviae in platea Sanctae Annae consistente suprascripti olim Joannis Goryszowski propria de facto vendunt in vim reemptionis hoc est na Widerkauff Censum annuum reemptionalem florenorum Decem idq pro Summa Ducentorum florenorum

Polo

Polonicalis similiter recemptionali per Magnificum ac Reverendum Dnum Adamum Talecki Academiæ Cracoviensis Rectorem, atq Ecclesiæ Collegiatæ SS. Trinitatis Cracoviæ Scholæ Propositum die hodierna pro recognoscentibus per ipsum numerata. Qui quidem Rectus ac Reverendus Dominus Rector ad Summam Trecentorum marcarum ab Honorato Dño Martino Reiz Civi Polonico Juris Supremi Magdeburgensis Scabino et Bonis ipsius posita Acta Officij ejusdem Consularis percepta[m] f: quæ ibidem in vim Recemptionis in Bonis ejus posita fuerat:) Florenos quadringenta Polonicales adjunxit. Quamquidem Trecentorum Florenorum Polonicalium Summam una cum ejusdem Recemptionali Florenorum Decem ipsem Recognoscentes nomine quo supra inscribunt et hypothecant in prænominata Domo Lapidea Gigantes Sese et Octacto Lapideo Heredes talem censum Decem Florenorum singulis annis Solvturos, ad duas rathas primam Rathan pro festo S. Michaëlis Archangeli in anno currenti Millesimo Sexcentesimo nono venturo Florenorum quindecim, et alteram pro festo Sacri Paschatis in anno immineuti 1610. Florenorum quindecim quinque atq sic consequenter de anno in annum prout quotalis census et Summa Capitalis super his bonis extiterit. Si vero dicti Recognoscentes veletiam Heredes Lapideæ memoratæ talem census solutionem neglexerint, et tunc ad primam requisitionem ad Officium Consulare Cracoviense censum Recemptionalem rationem Summamq; ipsam Capitalem Trecentorum Florenorum Polonicalium promptam et paratam pecuniâ in manus supramemorati Magnifici et Reverendi Rectoris sive Senioris Scholæ Sanctæ pro tempore existentis solvere tenebuntur. Quia quietatione manuali. Illa vero pecunia videlicet census Recemptionalis pro lignis Octacta Scholæ convertidebebit, Quodsi autem Octati Recognoscentes seu etiam Lapideæ Octæ Heredes adeitari prevenire non possent, aut alterius Judicionis subjecti essent, extunc antedictus Rectus et Reverendus pro tempore existens plena debebit potestatem et facultatem in defectu solutionis census omnes possessionis Judiciosgradus in domum antenominatam juris Pleno Titulo apprehendere eamq; possidere, ac omnes census inde provenientes percipere tantos per, quoad ipsi solutio census retenti etiam Summa Capitalis

recomphonalis ducentorum florenorum parata pecunia praestita non fuerit. Insuper suprascripti Recognoscentes nomine quo supra se, suosq Heredes, tum etiam Lapideae Possessores obligant tenore praesentium sub hyppotheca universorum bonorum suorum mobilium et immobilium, quod eundem Mfcum ac Rdum Dnum Rectorem successoresq ejus ab omnibus exactionibus Regalibus et Civilibus antiquis et noviter ex quavis Reipublicae Regni aut Civitatis necessitate per Sacram Majestatem Regiam vel Comitia Regni impositis et imponendis, expeditione item bellica, ac in universum ab omnibus impedimentis et oneribus, quo ad praefatam ducentorum florenorum Capitalem summam et Censum Annuum 10 florenorum semper ac ubiq tueri, se ipsos interponere, eliberare atq omnia onera in se suscipere erunt adstricti, aut alias in defectu horum summam praetactam Capitalem una cum censu tempori correspondentem actualiter reponere tenebunt. Deniq supedicti Recognoscentes nomine uti praemissum est pupillam agentes sese in bonis eorum generaliter omnibus immobilibus et mobilibus obligaverunt, quod adversus praesentem obligationem nullis utentur dilationibus appellationibus exceptionibus aut quibusvis juris vel facti beneficijs, Regijs mandatis, literis salvi conductus moratorijs relaxatorijs et alijs omnibus juridicis et extrajuridicis humana industria excogitatis et excogitandis, quibus omnibus per expressum renuntiant renuntiatumq esse volunt, perinde acsi ea omnia Decreto Sae Regiae Majestatis aut aliorum ultimae instantiae judicum pro irritis et inanibus cognita decisa, ac declarataq forent, casibus saltim fortuitis et eis notabilibus (: quos Deus avertat :) exceptis, tunc enim arbitri ex utraq parte electi id quod justum aequumq fuerit decernent, partesq in eo, acquiescere debebunt. Quando autem supraconsiti Recognoscentes vel illorum Successores et Domus praenominatae lapideae Possessores redimere hunc censum (: uti praemissum est venditum :) voluerint, tunc sex mensibus ante id tempus memorato Mfco et Rdo Dno Rectori pro tempore existenti denuntiare tenebunt. Qui quidem Mfcus et Rdus Dnus Rector pro tempore existens accepta summa Capitali una cum censu tunc provenient, de eadem quietare, et bona suprascripta

ex hoc

ex hoc obligationis onere munda et libera pronuntiare debebit, et erit adstrictus. Ex actis Officij Consul: Crac extractum L. S.

NB Anno 1696 23 9bris coram Officio Consulari Jacobus Skalski vendit Sortem ejusdem Lapideae Mfco Adamo Jedlinski Pocillatori Czerniechowicz. Item eodem Anno 1696. 20 Xbris Idem Jacobus Skalski aliam Sortem eidem vendit, coram eodem Officio Consulari Cracoviae.

Decretum Solutionis ejusdem Census Consistoriale.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto Die Lunae Decima quarta Mensis Decembris.

In publica causarum audientia comparens personaliter Excellens Sebastianus Muszewicz Ph. Dr Scholae ad Aedes Ecclesiae Collegiatae SSm OOm Crac ~~pri~~ Senior Principalis actor, in termino hodierno ex citatione debitè ut a tergo ipsius apparebat executa provenien contra Citatos infrascriptos verbo proposuit, Quia ipsi Censum Annum reemptionalem quinque Florenorum Polonicalium pro Summa Capitali centum florenorum similium quotannis provenien in et super Lapidea possessionis citatorum infrascriptt ad actorem ipsiusq Scholam de jure et antiqua possessione spectan et pertinen pro Annis quinque alias ab ultima quietatione retentum multoties requisiti solvere nolunt et recusant, ipsosq ad Solutionem hujusmodi Census retenti juris medijs Stringi ac in damnis et litis expensis condemnari debita cum instantia postulavit. In praesentia Famati Joannis Skalski Civis Crac suo et Jacobi Fratris sui nomine Sortium suarum Lapideae Gorzyckowska dictae in platea Sanctae Annae Sitae Possessorum Citati ex adverso Principalis inordinatam esse Citationem, quoniam alij Compossessores ejusdem Lapideae non sunt adcitati, verbo excipien, eosdemq ad Causam praesentem adcitari peten. In contrarium Actor legitimam esse Citationem et conventionem respectu suarum Sortium, ex quibus ad Solutionem census controversi Citati tenen replican, ideo directam responsionem decerni petijt. Perillustris et Rdnsmus D.

Nicolaus Oborski Dei et Apostolicae Sedis gratiâ Episcopus Laodicensis Suffraganeus et Scholasticus, Vicarius in Spiritualibus et Officialis Gnrlis Crac: quoniam respectu suarum Sortium praedictae Lapideae super quibus Centum Floreni Polonicales sunt inscripti Citati conveniunt, ideo adinventa competenti Citatione directam responsionem decrevit. Tandem suprascriptus Citatus in vim directae responsionis nomine mine quo supra dixit se non teneri ad solutionem census pro Annis in propositione specificatis, imo et in futurum siquidem notabiles summas in restaurationem ejusdem lapideae ad Quadringentos nonaginta tres florenos ascendentes una cum Fratre suo exposuerunt, ad quod probandum se admitti petierunt. Actor ex adverso quoniam Citati propria authoritate in majus suum commodum non avisato se actore assertam reparationem attentarunt, ad quem alij Compossessores Lapideae simultaneo ~~influx~~ concursu influxerunt, ideo non obstante praetensa exceptione ut supra instante Qui Perillustris et Rdmus Dnus Suffraganeus et Officialis supramemoratus eo attento, quoniam reparatio Lapideae per alios Compossessores ejusdem fuit facta, nec ad eandem faciendam avisatus fuit Actor, ideo non attenta allegata reparatione solutionem census viginti quinque florenorum Polonicalium per Citatos Actori praestandum decrevit ad quem effectum Literas Executoriales cum termino sex dierum extradi mandavit. Praesentibus Adm Rdis Samuele Formankowicz in Przemyskow Parscho, Sebastiano Piskorski JU Doctoribus Protonotarijs Aplicis, SSm Ob. Crac Canonicis, et me Petro Stanislao Orlowski SSm Obm Crac Scholastico, Tarnoviensi Ecclesiarum Colleg. Cantore S. Regiae Majestatis Secretario, Apostolico et Consistorij Crac Notario actuario.

Ex Actis Actorum Officialatus Cracovien extractum

Aliud Decretum subsecutum est cum Mfco Stronski. A 1741 et 1742

Videatur in actis

Decretum rne Reparationis Scholae. Anno

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto
Martis Vigesima Secunda Mcij.

Venerabilis Dominus Stanislaus, Collegiatae Ecclesiae Sanctorum OOm Praepositus, et Custos Regij Thesauri Cracoviens personaliter constitutus parendo certae conventioni per ipsum cum Vbli Domino Alberto Chociszewski ejusd Ecclesiae Decano occasione reparationis Scholae praedictae Ecclesiae OOm SSm factae quinque marcas cum media usitatae monetae seu pecuniae ex proventibus Praepositurae praedictae per ipsum perceptis praefato Domino Alberto Chociszewski Decano in reparationem aedificiorum Scholae praedictae dedit et numeravit. Et nihilominus dimidiam partem, omnium impensarum, quae praefatus Dnus Albertus Chociszewski in reparationem praedictae Scholae et illius quorumcunq aedificiorum expenderit, ipsum tanqm Praepositum concurrentem ex proventibus futuris ejusdem Praepositurae per eum percipiendis dicto Dno Alberto Chociszewski dare et solvere promisit, et ad solutionem praestandam, se atq suos successores dictae Praepositurae Possessores pro tempore futuros, renuntiando quibusvis exceptionibus ac juris factiq remedijs sub Censuris Ecclesiasticis efficaciter obligavit, et obligatos esse voluit. Qui quidem Vbtus Dnus Albertus Chociszewski supradictus ibidem personaliter compareus supradictas quinque cum media marcas pecuniae à praefato Dno Stanislao Praeposito accepit, ipsumq de eisdem quietavit, et aedificia ruinosa Scholae praedictae sumptibus et impensis suis juxta conventionem desuper factam reficere et reformare curare se obtulit ac promisit. Praesentibus Nbbus Nicolao Wolski, Alberto Drwalewski et Gasparo Reichel Testibus et Martino Sandomiriensi, Nrio Actuario

Ex Actis Actorum Rndmi Martini Izbinski Offi: Crac extractum.

Anno Domini 1544 Die Veneris 14ta Novembris.

Generosus Dnus Georgius Niemstha tres marcas pecuniarum pro Decima Manipulari de Piotrkowice Magistro Scholae Omnium Sanctorum in Cracovia ad Acta Praesentia reposuit, petens quod non extradantur ab Actis praesentibus donec Honorabilem Dominum Gasparum ab Actione occasione Decimae liberum dimitteret, et non aliàs nec alio modo in extraditionem consensit pecuniae praedictae. Praesentibus Notarijs.

Ex Actis Actorum Rmi Pauli Kraszowski Offlis Crac extractt.

Anno Dni 1544 Mercurij 26 Novembris

Ubi Domini Martini de Brzeziny Artium Liberalium Magistri Scholae Obm Sanctorum Rectoris, nomine M. Albertus Modrzewski ipsius Procurator juxta terminum ex advocatione Causae a Rndo Dno Paulo Kraszowski Canco et Officiali Crac. generali per Rndmum Dnum Archiepum Gnesnens ac Epum Crac facta ad diem hodiernam cadentis exigentiam petyt compelli Dnum Gasparum Mansionarium in Krzcięcice per Suam Rmam Dominationem de consensu VV. Dominorum Alexij Decretorum Doctoris Archidiaconi Crac. et Pauli Mękolinensis S. Michaelis in Arce Cracoviensi Canonici occasione Praebendae seu Altaris S. Antonij in Ecclesia Coll. SSm Obm siti collitigantium Commendarium dicti Altaris deputatum ad restituendum Xmam Manipularem ex agris Praedialibus in Piotrkowice excrescens ad Magistrum Scholae in Cracovia Obm SSm ex antiquo pertinens, quam ipse Gaspar vigore hujusmodi commendae decimavit et recepit valoris triginta Marcarum. In praesentia M. Laurenty Cizowski dictorum Dominorum Alexij Doctoris et Pauli Makolinens occasione dicti Altaris collitigantium Procuratoris allegantis occasione dicti Altaris Causam esse coram Rndmo Dno motam et hactenus pendentem indecisam. Ad quod quidem Altare dicta

Archidiaco

Decima in Rotrkowice ab antiquo spectare et pertinere dignoscitur allegantis. Item dictum Gasparum Commendarium non suo nomine sed mandato Suae Rdmae Dnationis ad decisionem Causae ipsam Decimam ad dictum Altare spectans recepisse, et propterea dicto Martino Rectori Scholae nulla Actio occasione hujusmodi Decimae competit nisi cum legitimo dicti Altaris possessore, petens in Causa praesenti fa hujusmodi supersederi usq ad ejus decisionem. Magistro Alberto Modrzewski offerente se probaturum quod ipsa Xma ad Magistrum Scholae ex antiquo spectat et pertinet. Et Dominus ipsos Collitigantes vocari ad primam diem Juridicam mandavit, ipsisq terminum unum Mensem terminandi ipsam Causam praefixit, infra quem terminum ipsi collitigantes allegata jura quaecunq habent producere debeant, ipsiq Rectori Scholae allegationem suam infra hunc terminum ante decisionem hujusmodi Causae probandam mandavit

Ex Actis Actorum Rmi Petri de Gamratis Episcopi Crac extractt.

Anno 1506. Jovis 26 February

Judaeorum ex una et Mgri Noskowski Rectoris Scholae Obm Sm ex altera partibus in Causa. Dominus Vicarius dicto Rectori mandavit, quatenus obus Scholaribus sub jugo ipsius existentibus prohibeat Judaeos ipsos perentere molestare et infestare, alias Dominus si probatum fuerit eum non correxisse ipsos suos Scholares, contra ipsum Rectorem procedet ad poenam officii. Nihilominus Dnus Vicarius decrevit ut ipsi Judaei ad brachium saeculare Dominorum Consulum pro corrigendis excessibus dictarum ipsos Judaeos depraedantium confugiant. Praesentibus Notariis.

Ex Actis Actorum Sigismundi de Targowisko Vicarij Curiae Cracoviensis extractum in folio

Schola Ssm Obm in statu desolationis constituta, reparata est et quasi aedificata sumptibus pp Praelatorum Praepositi et Decani Anno Dni 1748.

Quod Seniori Scholæ debeatur Salarium a Dñis Prælatis Ecclesiæ Collegiæ SS. Obm et Ligna Scholaribus pro Hyeme.

Et probant depositiones Testium sub tempus Visitationis Ecclesiæ examinatorum A 1568 Vide Supra fol. 8 ibi-Prælati. fol. 10 - ibi in Schola. fol. 11. ibi - Scholam Magister fol. 12 ibi-Prælati deberent fol. 13. ibi-Provisionem Scholæ. fol. 14. ibi- Scholares. fol. 15. ibi De Rectore fol 16. ibi- De Schola licet habeat Magistrum. fol 17 ibi-Scholam dixit

Series Seniorum Scholæ SSm OOm

Anno 1422 et infra fuit. Mgr Nicolaus Rector Scholæ Anno eodem 18 Martij M. Michael de Radziejow.

Anno 1761. Mr Cholewinski.

A. 1764. Mr Mathias Potaczewski

A. 1767. Mr Joannes Felkier

A. 1769. Mr Antonius Komorowski Emeritus.

A. 1785. Mr Blasius Zygmuntowicz recessit.

A. 1792. Mr Carolus Weiss. Pniæ Dr Not. Aplicus Collæ OO. SS. Canonæ tit. SS. Antonii & Leonardi vindicaturus Decimam ex Bonis Piotrkowice ne absentia Senioris, Processum in Iure, re protelari faciat, cum etiam pro Seniore, certa Portio Proventus decimalis cedat; ideo titulum Senioris Scholæ, mediante Instrumento Mfci Rectoris Universitatis Cracoviæ officiosè extraditò, Suscepit. Mortuus

A. 1796. 1 Julii Mr Dominicus H. Markiewicz S. Theologiae & Phiae Dr, Cathedr. Livoniae & Colltae OO. SS. Crac. Canonicus, ejusdem Colltae Secretarius, Procurator & Regens Archivi, in Seminario Acad. Theologiae Dogmaticae, in Gymnasio Eloquentiae Prfr et Secretarius, Nrius Aplicus, Ecclesiæ B.V.M. Poenitentiarius, in Plaza Curatus, amore Boni publici hoc Munus suscepit.

58 152

Decretum contra Studiosos Scholae SSmi Obm ad Processiones et Officia Ecclesiae non venientes

Anno Domini 1738 Die Merc: 13 Mensis Junij

O Coram Mfco Perillustri et Adm Rndo Dno M. Petro Szymakowski S. T. Pfre, Collega Majore, S. Floriani Canonico Siradiensis Cancellario Parochialis Nasiechoviensis Praepto q Studij gnlis Unitis Cracoviensis Rectore, ac in publica Causarum ejus audientia in termino excitatione verbali legitime executt proveniens et in diem hodiernam incidens personaliter comparens Illus Clrus et Adm Rndus M. Casimirus Jarmundowicz Phiae Dr Tylicianus Eloquentiae Pfr Collega Minor Ecclae Collgtae SSmi Ob Crae Canonicus et ejusdem Ubliscapti Procurator accusata contumacia Ubliorum Antonij Mendakiewicz Majorum Ordinum subdiaconi et Joseph. Domiechowski MM Ob Clerici dictae Ecclesiae Collegiatae SSmi Ob Crae Scholarium si et in quantum non comparentium accusant in et contra eosdem proposuit: Quia ipsi commodum ex mansione praefatae Scholae SS Ob Crae et ex ipsa Ecclesia sentientes aliqua incommoda seu obsequiatam Scholae qui Ecclesiae non solum de more et consuetudine aliarum Scholarum sed etiam ex praescripto Legum sufferre et praestare debent die hesterna in assistentiam Processioni publicae toties invitati venire noluerunt, ta-literque se indignos mansione praefatae Scholae reddiderunt, ipsos eadem mansione privari seu ex praefata Schola tamquam inobedientes instantanee excludi petit, et debita cum instantia postulavit. — In praesentia quorum supra citatorum et se non ex contemptu aliquo legum aut ajuspiam alterius illatam per Illustrem non assistentiam Processioni publicae non praebuisse. Sed se a Ubli Senione Scholae adornatione altaris

in porta Scholae quotannis extrui solitt Expeditos fa-
isse dicentium, seq liberos a termino et causa pro-
nuntiari petentium ac dictam assistentiam tum
alia obsequia Ecclesiae promittentium. Praesente
quo supra Actore ac pro exclusione eorundem
instante. Et Infens Dnus Rector supramotus
auditis Partium propositis et responsis eoq attento
quod Citati tam Scholae qm Ecclesiae commoda
sentiant et pratis processionibus ex dicta Ecclesia
Collegiata peragi solitt assistere non soleant
eosdem tqm inobedientes legibus et superioribus
ex dicta Schola et mansionibus ejus excludendos
esse duxit prout excludit, et ut ex eadem intra
triduum migrent, serio ac sub poena proscripti-
onis ex Universitate, injunxit. Decreto praesenti ad prae-
missa mediante. Praesentibus Perillustris Clmus et Ad-
Rndis MM. Stanislao Filipowicz Casimiro Pata-
kowski S. T. Phibus Collegis majoribus. Ecclesiae
Collgtae S. Floriani Canonicis et me infrascripto
Actorum Officij Rectoralis Notario
Ex Protocollo Actorum Rectoralium extractum
et Sigillo Universitatis communitum
Locus + Sigilli M. Albertus Micinski U. P.
Actorum Rectoralium Multis Crac
Notarius manu propria

Erectio Ecclesiæ Collegiatæ SSm OOm Cracoviæ facta per Fridericum Epum Ao 1490

In Nomine Domini Amen Ad perpetuam rei memoriam: Quoniam labentium temporum cursus et consumens omnia vetustas, eorum quæ geruntur memoriam secum rapit ad submovendum oblivionis incommodum laudabilis et longævæ observationis exemplo providit antiquitas remedio scripturarum, ne edacitate temporis clara præsentibus reddantur futuris ambigua et obscura. Perit enim rerum gestarum tam memoria quam veritas, nec in notitiam posterorum plene et fideliter pervenit, quam scripturarum veritas non ostendit. Decorum itaq; et commendabile est, ut gesta atque opera humana literarum roborentur munimine. ea præsertim, quæ sunt pro laudis Divinæ augmento et salute instituta animarum. Proinde Nos Fridericus Dei et Apostolicæ Sedis providentia Electus Confirmatus Ecclesiæ Cracovien. significamus tenore præsentium quibus expedit universis præsentibus et futuris præsentium notitiam habituris, qualiter suscepti regiminis, cura, officio et munere de salubri et fructuoso Ecclesiarum statu, Divinæ quoque laudis solliciti augmento, hoc potissimum insidet cordi nostro, et ad hoc totis desiderijs aspiramus, ut in cunctis ordinationum subjectis nobis et creditis Ecclesijs ex nostro studio opem et industriam Ministrorum Christi merito et numero augeatur conditio, et fidelium animarum proveniat profectus. Sane debita animadversione consideran. quod dudum ad laudem et honorem Omnipotentis Dei sub titulo Omnium Sanctorum Ecclesia Parochialis in Civitate Cracoviensi fundata et erecta certis bonis mobilibus et immobilibus Decimis, Censibus, proventibus et redditibus

ex mera liberalitate Magnificorum Generosorumq et Nobilium de Tarnow, Melsztyn et Jarosław Hæredum dotata, ac de Jurepatronatus et Collatione eorum existens non tantum quantum meretur, et loci illius requirit dignitas Divinis laudibus honoratur, Specialis devotionis moti affectu disposuimus illam ad Supplicationem et petitionem ipsorum Dominorum Patronorum Ecclesiæ ipsius, extollere, ut in ea altissimus Deus in Horis Canonicis, cæterisq officijs jugiter abundantius laudetur, cultusq Divinus cum debita veneratione tanto Stabilior, ferventiorq et devotior perpetuo perseveret quanto Viri præstantiores ordinati fuerint in ea, et instituti prout in certis Literis dictorum Patronorum in hac re confectis, et pro majori Subsistentia coram Nobis oblatis et exhibitis, luculentius et clarius vidimus et cognovimus contineri: quarum Literarum tenor sequitur in hunc modum:

In Nomine Domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Nos Joannes de Tarnow alias de Zochow Vexillifer Terræ Cracoviensis, Spytko de Melsztyn Zawichostensis, Spytko Palatinus Sandomiriensis et Capitaneus Leopoliensis, Raphaël Castellanus et Capitaneus Sandomiriensis, Regni Poloniæ Mareschalcus Germani de Jarosław, Joannes Rabsztynski de Tenczyn Visliciensis, Joannes de Ostrorog alias de Słupow Posnaniensis Castellanus cæteriq Collatores et Patroni utriusq Partis Domus videlicet Muratæ et domus Ligneæ Ecclesiæ Parochialis Omnium Sanctorum in Cracovia, ac Altarium sive perpetuorum Beneficiorum in ipsa Ecclesia Parochiali Sanctorum Omnium consistentium infrascriptorum. Quia inter desiderabilia cordis Nostri ad hæc præcipue nostra suspirat devotio, et mentis affectus illa intensioribus prosequi desiderijs, et Sollicitudinis Studio

dirigere.

dirigeve, ut Ecclesia eadem Sanctorum Omnium Jurispatronatus et Collationis Nostre, presertim in his que honorem Dei Sanctorumq ejus Omnium et cultum Divinum in ea amplificandum concernunt et requirunt, commodumq Salutis animarum Christifidelium respiciunt, felicia temporibus Nostris susciperet incrementa, ac ea que circa talia debite fiunt et consumantur ut solida in futurum permaneant testimonio Literarum, et consensus Nostri unanimi voluntate perennentur. Proinde notum facimus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris presentium notitiam habituris, qualmodo provida deliberatione et consideratione attendentes et in animis Nostris revolventes, quod Cracoviensis civitas inclyti Poloniæ Regni capitalem locum et titulum obtinet insignioremq, et Ecclesia Parochialis Omnium Sanctorum dicta in ipsa civitate situata, cujus ex Predecessoribus Nostris ipsius Ecclesiarum Partium Fundatoribus Patroni et Collatores secundum voces et merita antehabitos observata existimus dono Dei sufficienter titulo inter alias Ecclesias majores dicte civitatis non minori gaudet insignita, altaq, sumptuose et decenter ornata, edificata, et populosa existit, per duos Plebanos pro tempore existentes regi solita et gubernari consueta, quam pro decore Dei et Divini Cultus augmento in ipsa amplificando salutemq animarum nostrarum et omnium Christifidelium non per errorem ac improvide sed matura inter nos deliberatione prehabita, de certa nostra scientia, deliberatione et voluntate altiori et eminentiori honoris titulo extollere et insigniri summo opere cupientes et satagentes, ex ipsa Parochiali Ecclesia de unanimi Nostrorum Omnium ac Venerabilium Dominorum Stanislai de Mierzimier

Sacræ Theologiæ Professoris et Decretorum Doctoris, et Nicolai Sromadzki ipsius Ecclesiæ Parochiani ambarum modernorum Lectorum et Plebanorum unanimi adhoerentia, consensu et voluntate per Illustrissimum Principem et Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Fridericum Dei gratia Electum confirmatum Ecclesiæ Cracovienſis erigendam, et titulo Ecclesiæ Parochialis quo prius gaudebat omnimodè extincto suppresso et abrogato, de novo creandam decrevimus Statuimus et deliberavimus Scz. quod Ecclesia eadem Omnium Sanctorum quondam Parochialis à modo et in antea Ecclesia Collegiata crearetur, nominetur et vocetur, quodque Dominus Nicolaus Sromadzki Plebanus Domus mutatæ deinceps Præpositus, Dominus vero Arnolphus Domus lignea Decanus. Altaristæ autem Altarium suè Beneficiorum perpetuorum in ipsa Ecclesia existentium infra scriptorum, videlicet Altaris tituli Corporis Christi Collationis et Juris patronatus Domini Spytkonis de Melsztyn. Item altaris ejusdem alterius Partis Collationis et Juris Patronatus Domini Joannis Rabsztynski. Item altaris circa anbonam collationis et Juris patronatus Dominorum Doctorum et Magistrorum Universitatis Studij Cracovien. Item altaris sub choro novæ fundationis et Juris patronatus Domini Melsztynski. Item Altaris sub Organo Collationis et Juris patronatus Dominorum Szwarcz Judæi. Item Altaris Sanctæ Mariæ Fraternitatis pauperum Collationis et Juris patronatus Seniorum Fraternitatis ejusdem. Item Altaris in Capella antigna Collationis et Juris patronatus Domini Petri olim Zuppary, Præpositi Sandomirienſis, moderni ac eorum Successores pro tempore existentes Canonici appellentur et intitulentur temporibus æternis. Et quia

Spirituala

Spiritualia sine temporalibus nequeunt subsistere, dignum censuimus proventus uniuscujusque ipsorum scilicet Praepositi Decani et Canonicorum quibus in futurum debeant gaudere praesentibus declarandi et specificandi ac succidendi lites in futurum evitandas. Unde primo Praepositus Ecclesiae ejusdem modernus et successores sui legitimi à modo et deinceps habebunt et possidebunt in fundo et sua dote dictae Praepositurae hos videlicet proventus et Decimas. Primo Praedium in Podskalany cum tribus Hortulanis Item Decimas in villis Zagaiow, in Piasek, in Zelkow, in Bąbel, in Wielka Wies, in Biały Kościół, in Wierzchowisko in Czło. Item censum Terreum apud certos Cives Cracovienses in areis et domibus quas possident in Platea Castrensi novem Marcas. Item tres Domos muratas sibi invicem conjunctas et adjacentes Caemeterio Ecclesiae ejusdem Omnium Sanctorum contiguas seu censum ex eisdem de quo annuatim secundum magis et minus possent conveniri, tamen una Caemeterio vicina ex eisdem tribus pro Vicarijs perpetuis circa Ecclesiam eandem instituendis /: de quo infra latius continetur :/ per eundem Praepositum data est et incorporata, de qua census eidem non sunt dandi in futurum. / Et consequenter census proventus et Decimae Domini Decani ipsius Ecclesiae isti esse debent per eum habendi, et perpetuo possidendi Primo Praedium cum Curia Hortulanis agris pratis hortis lacubus Sylvis ex utraq parte Wisła jacentibus una cum Decima manipulari omnis grani post agros et araturas omnium Agricultorum villae Przegorzały. Item Decimae Manipulares in villis Bielany post omnes Curiae et Cmethonum agros et araturas. In Czechy post

Praepositus SS. OO.

Decanus SS OO

duas Curias sive prædia Nobilium et Hæredum in ibidem. In Slupow post agros Curiales et quatuor Cmethonum. Gadawa post agros Curiæ Domini Tarnowski. In parva Piasek Gadawa, Lipy, et Karsij una cum Decima post Curiam Nobilis Joannis Chroscicki, in Parochia Ecclesiæ in Kije. Item habebit et possidebit idem Dnus Decanus censum terreum per certos Cives Crac: in platea Castren de Areis et domibus quas inhabitant duodecem Marcas cum uno fertone pecuniarum, quem tamen censum pro Vicarijs supradictis idem Decanus duodecem Marcarum cum fertone dedit et contulit dandum et incorporandum pro singulis annis dotem sive donum, suam Plebanalem Domus ligneæ à datia cujusvis census eisdem Vicarijs volens esse liberam et exemptam sibi et Successoribus suis, totum dominium et proprietatem in eadem reservans. / Canonici autem ex Altaribus superioribus nominatis erigendi creandi ac eorum quilibet habebunt fundos suos, in quibus diutius fundati et instituti fuere. Jusquoque Patronatus et præsentandi dictorum Præpositi et Decani dum et quoties vacatio occurreret, Nobis et Successoribus Nostris secundum morem et consuetudinem antiquitus inter Nos observatam reservan et reservare volen. Jure etiam Patronatus et Præsentandi Canonicatuum prædictorum Patronis ipsorum juxta morem antiquum tentum et observatum reservato. Et ut Ecclesiæ prædictæ Collegiatæ majus decus et honor increscat, et cultus Divinus numerusq personarum Ecclesiasticarum Deo famulantium augeatq, præfati Domini Præpositus Decanus et Canonici septem Vicarios perpetuos in Sacris Ordinibus constitutos circa Ecclesiam eandem continuam residentiam facien locare, instituere et ponere debebunt et tenebuntur, una cum Magistro Scholæ præter eos pro uno Vicario et ejus Officio computan: quibus in commune pro Salario.

Domus Vicarialis

rio annuo videlicet prædicti Domini Præpositus primò ut præfertur Domum muratam in Cœmeterio dictæ Ecclesiæ Omnium Sanctorum vicinam et contiguam pro inhabitatione continua et perpetua dictorum Vicariorum instituendorum, quam pro hac vice in Omnibus defectibus et necessarijs suis reformare proprijs sumptibus et expensis; necnon Octo marcas pecuniarum: Dominus vero Decanus quinque Decimas pro se habeat videlicet, in Parva Piasek, in Gadawa prope Wisliczam, in Lipa, et Karssy et Prædialem Joannis Chroscicki in Parochia Kicie, absque duodecem Marcis pecuniarum census sui supradicti, necnon uterque ipsorum scilicet tam Præpositus quàm Decanus totas suas partes Offertorij Columbationis et Denarij Sancti Petri quæ prius Plebani perceperunt. Canonici autem Omnes supradicti et eorum quilibet, qui alias titulo Canonicali gaudere voluerint, Salarium quod prius a lectura Missarum circa eorum Altaria memorata lectoribus dabant et solvebant à modo et in posterum pro sustentatione septem Vicariorum eorundem perpetuorum instituendorum dare debebunt et non alijs. Quos quidem Vicarios prius bene in cantu, lectura et morum idoneitate examinatos ac valentes, eorumq Vicarias quoties eas conjunctim vel divisim quomodolibet vacare contingat dicti Prælati cum Canonicis Decano præsentare debebunt per ipsum Decanum, in absentia sui per Præpositum, aut in absentia utriusq per Seniorem Canonicum instituendos ~~pur~~ et investiendos jure Parochiali curaq animarum et administratione Spiritualium Ecclesiæ ejusdem; pro meliori regimine apud ipsum vel ipsos duntaxat Prælatos qui residentiam apud Ecclesiam ipsam fecerit vel fecerint personalem unacum ipsis Vicarijs

in solidum remanent. Qui quidem Vicarij circa Ecclesiam eandem continuè residere et nullo alio Beneficio Curato sive incompatibili se onerare debebunt sub privatione ipso facto post unum Mensem absentiæ sive alterius Curati adeptionem vicariâ eâdem habitâ vel habendâ. Quique ultra alia Ecclesiæ Officia debebunt legere Missas Altarium supradictorum Canonicorum signanter illorum qui eis Salarium lectarum solit daturi erunt et dabunt. Quodq omnes prædicti Præpositus Decanus et Canonici Jure Canonicali utentes superpelliceati et almutiati almutijs de Cizynis alias Popielicze Vicarij vero de Pellibus Aspergillinis in Ecclesia eadem infra Divina Officia pro decore Ecclesiæ ejusdem et ipsas Processiones incedere teneantur. Officium vero Prædicaturæ Ecclesiæ ejusdem præfati Domini Præpositus et Decanus annis singulis æqualiter ferre et implere tenebuntur per se vel per alium idoneum Prædicatorem salariandum. Vicarij quoque antedicti in Horis Canonicis et alijs Divinis Officijs more aliarum Ecclesiarum Collegiatarum ac ejusdem et præsertim Ecclesiæ Sancti Floriani in Klepari se in omnibus conformando, cum potestate ipsis reservata statuta, quibus tam in Ecclesia et cantu quam in Domo se regere et regulari poterunt per eosdem Prælatos conficienda in forma meliori pro honore Dei et Sanctorum Omnium, quorum pijs adjuti suffragijs dum ante Thronum Divinæ Majestatis stabimus potiora retributione præmia valeamus promereri. Quodque alij Beneficiati cum suis beneficijs et Officijs volentes incorporari ad Ecclesiam prædictam juxta præmissa admittantur et incorporentur Rogan humiliter et devotè

Concionator.

eundem

eundem Illustrissimum Principem Reverendissimumq
in Christo Patrem Dominum Fridericum Dei gratia electum
Confirmatum Ecclesiae Cracovien. ut Dominatio Sua Reve-
rendissima more Pastoris vigilis ad ipsius Ecclesiae Sancto-
rum Omnium exaltationem vota Nostra et ordinationes No-
stras superius expressas suscipiat, admittat, et confirmet.
deffectusq suppleat. prout ad Suae Illustrissimae Domi-
nationis Officium pertinet Pastorale, mercedem copiosam
à Deo altissimo et Sanctis Omnibus assiduam ad Deum
intercessionem, Nostraq Obsequia et Orationes Sua Do-
minatio proinde receptura. In cujus rei testimonium
sigilla Nostra Praesentibus sunt subappensa Actum et
Datum in Conventione, Novae Civitatis Korczyn feria Tertia
proxima Ante Dominicam Laetare Jerusalem & Anno
Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo.

Authenticas has Literas vidi apud RR Vicarios Ob. Ssm

Nos itaque Fredericus Dei gratia electus con-
firmatus Cracoviensis memoratus solicitâ pectoris Nostri me-
ditatione pissq permoti Studijs cupien. ut ubiq in Nostra
Diaecesi Cracoviensi Cultus Divinus refloreat Efficere, in
praemissisq maturè et digestè procedere volentes visis
et recensitis Literis praeinsertis Ecclesiae Sanctorum Omnium
praedictae Patronorum Nostras Cridae sive Citationis Literas
juxta Patriae morem contra omnes Sua interesse putantes
et quos praesens tangere dignoscitur negotium praemissimus
exequendum: in quorum termino nullo penitus impugnan.
seu contradicen., Spontanea insuper voluntate et libero
consensu Venerabilium Virorum Arnolphi de Mirzyniec
Sacrae Theologiae et Juris Canonici Doctoris, Canonici Nostrae
Cracovien., et Nicolai Gromadzki Decani Premysliensis
Ecclesiarum, praedictaeq Ecclesiae Ob. Ssm in Cracovia

Plebanorum et Rectorum Verorum, ad id praesertim accedente resignatione ejusdem Ecclesiae ipsorum primitus per Procuratorem eorum legitimum mandatum sufficiens ad id habentem in manibus nostris factam et per nos in forma Juris consueta receptam et admissam titulum Ecclesiae Parochialis penitus et omnino extinguendum, Collegiatam Ecclesiam sub titulo et vocabulis Omnium Sanctorum in praedicta Civitate Cracoviensi, attento ejusdem Civitatis situ securo et amoeno, hominum frequentia, ac copia, ubertate, ut ex nunc et in antea Collegiata Ecclesia vocari et appellari debeat; in qua pro hac vice duos Praelatos videlicet Praepositum et Decanum, sex Canonicos tanquam membra et etiam alia altaria in ipsa Ecclesia consistentia censibus et proventibus dotata et fundata seu erecta ac in posterum dotanda et fundanda pro tempore Capitulum et Collegium ipsius Ecclesiae constituentia, facientia et repraesentantia. Et Octo Vicarios perpetuos Scholae Magistro inter eos computato, qui per se vel per suum substitutum in horis Canonicis pariformiter servire debebit censuimus erigendum, fundandum creandum et instituendum ac in Dei nomine tenore praesentium ad laudem Omnipotentis Dei ejusque Genitricis Virginis Mariae Sanctorumque Omnium sub titulo tamen et vocabulo jam saepefato fundamus erigimus creamus et instituimus per ipsos Praelatos Canonicos et Vicarios sub modo et forma infrascriptis in Divinis Officiis et cura animarum, et regimine Spiritualium ac temporalium regendum gubernandum disponendum ordinandum et regulandum. Et primo volumus statuimus ordinamus et decernimus, quod omnes et singuli Praelati Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium in Cracovia pro tempore, et eorum quilibet in solidum in sua dignitate Officio vel Jurisdictione sibi de jure vel consuetudine annexis

Sint

sint solliciti et diligentes, omnia ac singula ad suam curam pertinentia plene et integre absq omni negligentia ferendo et adimplendo, prout et in alijs Nostræ Diœcesis Cracoviensis Collegiatis Ecclesijs et signanter Sancti Floriani in Kleparz similes Prælati perficiunt et adimplent, quibus omnibus et singulis et eorum cuilibet in solidum ad suam Jurisdictionem et Officium extendentia plenam et omnimodam damus et attribuimus potestatem et authoritatem. Præposito siquidem tanquam principaliori, ut cura et administratio Spiritualium sollicite geratur, attendat. Decano ut curam et regimen Vicariorum omniumq suppositorum dictæ Ecclesiæ quantum in Divinis Officijs sint diligentes et attenti, seq in bonis moribus honeste et laudabiliter inter populum Dei conversando exercere studeant, in quo ejus conscientiam oneramus, fideliter gerat, et quod insuper cantus chori rite et laudabiliter peragatur diligenter attendat, qui Scholam in suis structuris una cum Præposito tempore necessitatis reformabunt, et ipsi soli Magistrum Scholæ locabunt et præficient. Sacristianum tenebunt qui sit, et Organista, qui Sacristianus in sua potestate Campanatores duos habebit bonos, compositos, et valentes in servitijs Ecclesiæ præfatæ. Item ut cultus Divinus diurnus pariter et nocturnus ordinate et devote in Ecclesia eadem peragatur, quatenus ordinis observantia, morumq compositio, ac Dei summi devoto culmine intuentium oculos moveant ad Divina, ipsaq corda hominum quæ refrignerunt, quomodolibet ad amandum Deum et quærendum præ omnibus Cælestia accendant statuimus et ordinamus: Quod omnes et singuli Vicarij Ecclesiæ ejusdem pro tempore; omnes Horas Canonicas diurnas pariter et nocturnas aliaq omnia et singula Divina Officia, Horas temporibus certis et deputatis ad instar et similitudinem Nostræ Cracoviensis Ecclesiæ, aut

Schola

Sacristianus

Vicarij +

ad minus more Sancti Floriani in Kilepari extra muros Cracovien et aliarum Collegiatarum Nostræ Diœcesis peragere et decantare habebunt et tenebuntur. Item videlicet quod ipsi Vicarij pro tempore omnibus diebus et Festis Duplicibus sive ferialibus Matutinas trium Lectionum vel novem decantabunt, prout pro tempore videbitur Prælatis et Canonicis circa Ecclesiam residentibus, quandocunque Scholares non cantarent, in fine tamen Ave Stella Matutina subjungendo cantabunt. Deinde Primam Tertiam Sextam et nonam Vesperas et Completorium. Scholares vero Salve Regina cum Antiphona Recordare, vel Regina Cœli cum Collecta adijciendo Summam Missam de tempore seu de die unusquisq; Vicariorum suam hebdomadam ad Altare celebran° decantet. Similiter Mamariam alias Maturam de Beata Virgine et prout ante consuetum fuit hebdomadatim prosequendo, unus ad Altare et alij cantum in choro decantando. Item unam Missam lectam in Ortu Solis ad libitum legentis, præsertim diebus ferialibus propter laboran, inter se ordine servato juxta temporis exigentiam perficiat. Clerici vero diebus Dominicis festivis et ferialibus cantum Summæ Missæ expleant. Item Rector Scholarum cum suis Scholaribus Dominicis et festivis ac celebribus diebus Matutinas prout ante fuit consuetum cantari Primam, Vesperas primas et secundas cum Completorio et Salve Regina similiter et tempore Quadragesimæ Matutinas diebus ferialibus tribus ante Pascha, quas tenebrosas plerique appellant cantabit, etiam per totum tempus in Adventu Christi Rorate omni die cum Scholaribus cantabit, et tempore Quadragesimæ, dando tres aut quatuor Socios, et hoc propter occupationem Vicariorum circa Confessiones dictæ Ecclesiæ Subditorum explebit.

explebit. Item Vigilias Novem Lectionum circa Mortuorum exequias aut ubi se necessitas vel occasio obtulerit decantare sit adstrictus. Statuimus et ordinamus, Volumus tamen ut Vicarij Ecclesiæ ejusdem perpetui Dominicis et Festivis Diebus in Missa Summa, Vesperis primis et secundis juxta ordinem suum recturam faciant, et secundum consuetudinem Ecclesiæ nostræ Cracoviensis aut Sancti Floriani in Klepart inchoent et intonent, atq Magistro Scholæ de portione Vigiliarum cum ex Consuetudine continget respondeant. Item statuimus et ordinamus quod Dominicis et Festivis diebus ac Rogationum et quoties Processiones de Jure et consuetudine aguntur, seu per nos et Nostros Successores essent indictæ, item circa thurrificationem maximè diebus solemnibus omnes Vicarij teneantur personaliter interesse, et in Missa Summa Prælato, Canonico, seu Vicario ad Altare Majus in choro celebrati duo ad minus in Dalmaticis ministrare. Item statuimus ordinamus et decernimus quod Communitas Vicariorum perpetuorum curam habeat et gerat dictæ Ecclesiæ Collegiatæ et totius Parochiæ Animarum quam et ejus exercitium in eos transfundimus, et illam ipsis tenere præsentium committimus. ita videlicet quod Hebdomadarij pro tempore existentes in ministrandis Sacramentis tam sanis quam infirmis cum omnibus secundum ordinem Vicarijs habeant curæ ejusdem exercitium et omnibus in communi incumbat cura eadem animarum. Ita quod ubi unus defecerit idiomate vel alio defectu seu impedimento notabili, aut necessitate inevitabili, alter in charitate suppleat, maximè in Confessionibus generalibus Christi Fidelium, in quibus unus alterum supportet, et modo quo poterit meliori ut salus inde proveniat animarum, occasione cujus curæ omnes quæstus Ecclesiæ

et obventiones universas una cum Offertorio habebunt et percipient quas inter se equali partientur divisione, ut nec aliquis alius in capienda portione alium Vicarium antecellat purpuris et sericeis staminibus panni, luminibus, cera aut testamentaliter legata pro reformatione et utilitate Ecclesie una cum precio a sepultura Ecclesiastica dari consueto cedere volumus exceptis. Item statuimus et ordinamus quilibet canonicus et Prelatus ex post recipiendus unam capam de Purpura aut ejus valorem trium Marcarum puri et currentis Ecclesie predicte reponat, et pro consolatione Vicariorum Prelatus Horarum et canonicus ex gressu dare teneatur infra mensem sub excommunicationis pena per Nos et Successores Nostros vel Vicarium in spiritualibus aut officialem generalem pro tempore existen. quolibet excusatione impedimento, in non solvend promulganda. Item statuimus et districte precipimus quod omnes et singuli Prelati et canonici Ecclesie predicte pro tempore residentes circa eandem Ecclesiam et Beneficia sua Divina officia sine omni negligentia et diminutione per se vel eorum Vicarios ibidem perficienda et adimplenda faciant, quodque semel in anno omnes et singuli ad Capitulum Generale in festo sanctorum Omnium in eadem sua Ecclesia singulis annis celebrabunt sub penis excommunicationis et trium Marcarum monete currentis irremissibiliter per Capitulo persolvendarum, et pro fabrica Ecclesie ipsius Collegiate applicandarum, ad quam exigendam etiam per censuram Ecclesiasticam Capitulo dicte Ecclesie damus et conferimus plenam authoritatem, conveniant, et eorum quilibet conveniat, de negotijs, rebus, et utilitatibus ejusdem Ecclesie tractaturi et provisuri, nisi eum

Capitulum Marca pro pter absentiam.

notabilis necessitas et signanter si extra Diocesim
manere illum contingeret excusavet. Item statuimus
et ordinamus quod eadem Ecclesia Collegiata una cum alijs
Beneficiatis omnibus et singulis ad modum aliarum Colle-
giatarum nostre Diocesis singulis libertatibus prerogati-
vis juribus et privilegijs et immunitatibus talibus Eccle-
sijs de jure vel consuetudine datis et concessis gaudere
debeat et videri, quodq; etiam ab omnibus oneribus et
procurationibus ac provisionibus Archidiaconi sit et
nunc et in antea penitus et omnino libera et exempta,
cenpu aut collecta denarij Sancti Petri, quem Vicarij Eccle-
sie predicte colligere et expedire tenebuntur, juxta tra-
ditam hactenus observatam, excepto, Jurisdictionem
tamen ejusdem Personarumq et Suppositorum ejus omnium
et singulorum, reformationem et correctionem nobis et
Successoribus nostris pro tempore, vel alijs per nos et Suc-
cessores nostros Episcopos Cracovien Commissarijs deputan-
reservamus. Statuimus etiam quod quilibet Prelatus
et Canonicus ejusdem Ecclesie habeat Almutium de cirri-
nis et Vicarius de aspergillinis pellibus a tempore sue
receptionis infra medium annum sub pena excommu-
nicationis per nos aut Successores nostros ferenda Item
statuimus et decernimus quod quilibet Prelatus et Cano-
nicus de novo receptus aut recipiendus in predictam Eccle-
siam civica suam receptionem per se vel suum Procuratorem
legitimum juramentum infrascriptum teneatur et tene
hoc modo: Ego N. N. juro ad Sancta Dei Evan-
gelia quod Domino meo Episcopo Crac: obediens ero, et ju-
ra consuetudines rationabiles antiquas et approbatas
ipsius Ecclesie et presertim Statutum de Almutijs, Cap-
pa et consolatoria Vicariorum pro posse et bona fide volo

servare, et consilia Capituli quæ mihi fuerint revelata ad eorum damnum vel præjudicium nulli pandam, et omnia alienata debite ad jus et proprietatem ipsius Ecclesiæ omnibus justis modis rationabilibus quibus potero revocabo sic me Deus adjuvet et hæc Sancta Dei Evangelia.

Vitrici Item quia Ecclesiam prædictam interim quo Parochialis esset novimus splendide et sufficienter in suis ornamentis structuris et necessarijs per ipsius Vitricos, quos ipsi Prælati una cum Canonicis gubernatam et ordinatam esse instituent, Quocirca erectionem hujusmodi in Collegiatam non obstante, ejus dispositionem regimen et ordinem, in administranda cera, ornamentis structuris ædificijs et quibuscunq defectibus quomodolibet eam concernentibus volumus et decernimus in authoritate, potestate et dispositione ipsorum Vitricorum remanere. Inhibentes districte ipsis Prælatis et Canonicis ne eosdem Vitricos in gubernatione ordinatione et regimine ejusdem Ecclesiæ impediant, nec ipsos tanquam fideles, devotos, sinceros, et sollicitos gubernatores perturbent quovismodo. Sepulturas, testamenta, oblationes in rebus et eleemosynas pro fabrica dictæ Ecclesiæ quomodolibet spectantes tollere et exigere permittant, per ipsos dante Domino in usus, ornamenta, vasa fabricam, decorem et necessitatem ejusdem Ecclesiæ convertenda. Claves tamen sint tres a cisticula Ecclesiæ: Præpositus vel suus vicegerens unam, Canonicus per capitulum eligendus aliam, et tertiam Vitrici habeant. Cæterum quia optat præmia quisque labor, cum neq os bovis triturantis convenit alligari, Juris quoque et æquitatis dictante eloquio: qui sentit onus sentire debet et commodum, et qui altari servit de altari vivat, Unde

Præpositum

Prepositum et Decanum de bonis, proventibus, Decimis et Predijs que hactenus ut Rectores pacifice et quiete possident, instituimus, certis jam demptis juxta Literas fundationis preinsertas. Canonicos vero sex pro hac vice, et tandem quotquot poterint haberi et commode sustentari de censibus obventionibus ac proventibus quibuscunq; ad Altaria eorum consignatos etiam instituimus et ordinamus. Jta quod Prelatus et Canonici illi presentent Patroni qui presentabant Plebanos et Altaristas ex antiquo, per nos et successores nostros instituendos Item quod Vicarij habeant unam domum prope Cimeterium ita ut possint habere transitum ad chorum pro cantandis vel legendis horis canonicis secundum Statuta eis danda per ipsos Prelatos cum canonicis et per nos confirmanda, ibidem commaneant et vivant. Pro quorum contentatione Vicariorum ipse Prepositus et Decanus dent hoc in commune quod jam in Literis fundationis continetur, et canonici id quod dabant Rectoribus Altarium et Missarum dent ad commune eorundem Vicariorum, salvo eo, quod pro Missis debitis suorum altarium poterunt explere et expedire quod eis facere licebit. Alios tamen Rectores extraneos preter Vicarios non admittendo Jta quod eandem Missas seu Lectas impleant Vicarij debite, ne Altaria vel eorum Fundatores fraudentur in eorum desiderijs. Item quod ipsi Vicarij totaliter habeant columbationem cum denario Sancti Petri excepto, quod solvere debent pro Camera Apostolica, et Offertorium etiam habebunt, aliisq; questus licitos et honestos, quos Vicarios presentabunt ipsi Prelati cum canonicis capitulariter congregati.

Proventus Vicariorum

Domus.

Proventus Vicariorum

gati et insimul circa Ecclesiam residentes pro tempore, bono modo Viros valentes ordinando, et Praedicatura annis singulis pariformiter et in Solidum inter Praepositum et Decanum compleatur. Similiter de Organista curam habeant illiq Salarium solvere etiam et Cantori tenebunt secundum antiquam consuetudinem. Sacristianum vero ipsi Praelaticum Canonicis eligent, et res Ecclesiae custodiendas eidem committant, qui habebit Officia explere secundum prius praemissa. Ut ergo praedictorum Vicariorum Universitas Virorum maturorum et eruditorum resplendeat, volumus et ordinamus ut perpetuo per Decanum, vel in absentia Decani Praepositum residentem seu in utrinsq tam Decani quam Praepositi absentia per Canonicum Seniorem ad Vicarias eorum perpetuas ad praesentationem totius Capituli ejusdem Ecclesiae Omnium Sanctorum instituantur et investiantur. Necnon pro excessibus et defectibus in Divinis Officijs ac neglectu curae Animarum occurrentibus et emergentibus corrigantur et corripiantur, aliaq omnia et singula in praeinsertis Patronorum sive Collatorum Literis contenta, ut et tanquam salubria et deifica in omnibus clausulis punctis et conditionibus approbamus admittimus, confirmamus et ratificamus roburque firmitatis obtinere decernimus temporibus perpetuo duraturis. Et nihilominus Venerabiles et Honorabiles Nicolaum Gromadzki ad Praeposituram, Arnolphum de Mirzynice Doctorem ad Decanatum, Petrum Wapowski, Stanislaum de Brzeziny Sacrae Theologiae Professorem, Georgium Szworcz de Cracovia Plebanum Sanctae Mariae Magistrum Joannem Wissocki Decretorum Doctorem, Nicolaum

Organarius & Cantor

Pater

Pater et Joannem Baccalaureum Artium ad Canonicatus et Praebend. novae Fundationis hujusmodi Ecclesiae Omnium Sanctorum instituimus et investimus per praesentes administrationem Spiritualium et regimen temporalium Dictarum Praelaturarum et Canonicatuum eisdem sigillatim et seorsim juxta effectum praemissorum committend. mandand. Vicarijs Ecclesiae ipsius Omnium Sanctorum quatenus Dominos eosdem per nos ut praefertur more commisso institutos ad possessionem realem actualem et corporalem Praelaturarum et Canonicatuum novae Fundationis inducant, et admittant, in forma juris consueta, recepto tamen primitus ab ipsis Dominis Praelatis et Canonicis seu eorum legitimis Procuratoribus de observand. Statutis et Consuetudinibus Ecclesiae praefatae Omn. Sanctorum Collegiatae corporali juramento. In quorum Omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes nostras erectionis et Confirmationis Literas sive Instrumentum Publicum per notarium nostrum Causarumq. et facti hujusmodi coram nobis scribam infrascriptum scribi et publicari, nostriq. appensione sigilli jussimus et fecimus communiri. Actum et Datum in Ilica Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo. In- 1490
dictione Octava Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Innocentij Divina providentia Papae Octavi anno ipsius sexto, Die vero Mercurij vigesima quarta Mensis Martij Horis vesperarum vel quasi: Praesentibus ibidem Venerabili et Honorabilibus Joanne de Baruchow Decretorum Doctore Archidiacono Crac: Andrea de Lublin Canonico Visliciensi, Jacobo Wolski Plebano in Woyciechow Nicolao Rzeszotho Capellanis Curiae nostrae, et alijs multis fide dignis Testibus ad praemissa.

Et ego Joannes Andreae de Gorzyce Clericus Posnaniensis Diaecesis Publicus Imperiali Auctoritate Notarius Illustrissimi Principis Reverendissimique Domini et Domini Frederici Dei gratia Electi Confirmati Ecclesiae Cracoviensis memorati, et facti hujusmodi coram ipso Scriba: quia praedictae Erectioni Fundationi, creationi, confirmationi, Ordinationi resignationi, Institutioni et Decreto, alysque omnibus et singulis praemissis dum sic ut praemittitur agerentur et fierent. una cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula praemissa sic fieri vidi et audivi ideo praesentem Erectionis et Confirmationis Literas sive Instrumentum publicum manu mea propria scriptum confeci et in hanc publicam formam redegi signo et nomine meis consuetis et solitis, una cum appensione dicti Illustrissimi et Reverendissimi Domini Electi Confirmati, et de ejus mandato speciali consignatum in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum. Et constat mihi Joanni de Gorzyce Notario praescripto de correcturis hujus privilegii in sex Locis videlicet in his verbis et sententijs cum fertone dedit et contulit. Item absque duodecem Marcis, Item pro se habeat. Item singulis aequaliter Item Praelatus florenum et Canonicus sex grossos, Item annis singulis pariformiter et in solidum, quae non ex aliquo vitio sed per errorem obmittebantur et per me correcta sunt fideliter de mandato speciali Rdmi Domini Electi Confirmati suprascripti. Idem Joannes de Gorzyce Notarius mp Ilza. Anno Dni 1571 die Veneris 15 mensis Junij Auscultatum et Collationatum cum suo Originali per me Martinum de Sandomiria Applica et Imperiali Auctoribus publicum et Conrij Crac Notarium et concordat ad verbum de quo fidem facio Idem qui supra Martinus Notarius mp

NB. Originale Erectionis hujus est in Archivo Academiae Crac.

NB. Oblata Erectionis hujus est in Actis Castri Crac. Ao 1603.

Visitatio

Visitatio Ecclesiæ Collegiatæ SSm Omnium Cracoviæ, facta per Illustrissimum Olim et Reverendissimum Dominum Casimirum à Lubna Lubinski Episcopum Crac: Ao D. 1711.

Ecclesia Collegiata Parochialis Cracovien. tituli Sanctorum Omnium murata, consecrata, cujus anniversaria Dedicationis dies Dominica Secunda Augusti celebratur. Jurispatronatus Hæredum de Tarnow, Melsztyn et Jarosław Domus Lelivitarum, necnon Collegij Majoris Juridici et Minoris Collegij Universitatis Cracovien. Post notabiles in muris ruinas hæc Ecclea in choro majori a fundamentis Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto restaurata, ab intra et extra fulcris et columnis partim lateritijs, partim lapideis testudinem sustinentibus firmata, idq ex pia Capituli liberalitate et Parochyanorum eleemosynis. Altaria habet Undecem: Majus Altare Sculptum, totum deauratum cum Imaginibus Sanctorum Omnium, et desuper Coronationis in Cœlum assumptæ Sanctæ Virginis Mariæ consecratum. Altare Minus ad cornu Epistolæ de marmore albo fabricatum Sculpturis Sanctorum a partibus deauratum non consecratum, sed in portatili celebratur. Altare Ciborij marmoreum cum adjunctis Sculpturis deauratis bene ornatum, clausum mundum et tutum pro asservando Sanctissimo Sacramento. Pixis argentea deaurata cum recentibus Hostijs reperta est: per gradus marmoreos eminentiorem habet accessum, et ad Altaris introitum gradus marmoreos, in parte inferiori subtiliter pictam Imaginem in lamnula ærea. Altare ad cornu Ciborij parvum cum imagine Bsmæ Mariæ Vgs foribus parvis claudiz non consecratum. In Capella Altare tituli Immaculatæ Conceptionis Bsmæ Mariæ Virginis

cum imagine Romana Sanctæ Mariæ Majoris et reliquijs Sanctorum ibidem reconditis consecratum. Habet fundatum censum pro summa capitali duorum millium super Lapidea in platea Castrensi inscriptum Ublibus Vicarijs pro decantandis votivis assignatum. Altare ad fores Ecclesiæ Sancti Andreæ sculptum decuratum non consecratum. Altare sub choro Musicali Sanctarum Catharinæ et Barbaræ Virginum et Martyrum non consecratum. Altare ex opposito Ciborij a parte dextra et cornu Evangelij tituli Annuntiationis Beatæ Vgs. Mariæ cum imagine ejusdem et tabellis votivis argenteis, ab antiqua miraculis et gratijs clara, hoc Altare consecratum, ad quod et fundationes Prælatis et Canonicis cum obligationibus sunt assignatæ. Ibiq ad cornu Epistolæ imago dolorosa et devota sculpta Christi Domini spinis coronati est locata decenter. Altare Sanctorum Trium Regum ad cornu Evangelij non consecratum, noviter sculpturis adornatum et decuratum, similiter cum fundatione Missarum, per Illustrem scholasticum absolvendarum. Altare Sæ Crucis et Sanctorum Crispini et Crispiani Martyrum ad fores Ecclesiæ cum Indulgentijs pro defunctis Feria secunda et sexta qualibet septimana concessis, et per Illustrissimum Dnum Loci ordinarium, 1707, die 31. Augusti admissis, non consecratum, sed super portatili celebratur. Altare Sæ Annæ sub choro Musicali non consecratum, ad quod Altarista per Nobilem ac Spectabilem Magistratum Cracoviensem præsentatur. - - - Ex utraq parte Majoris Altaris duæ Sacristiæ foribus ferratis claudunt, et ab ingressu marmore nigro cum epitaphijs Prælatorum adornatæ conspiciuntur, ab intra concamerata, in fenestris craticulis munitæ, repositoria pro asservanda suppellectili Ecclesiastica et apparamentis commodè extructa habent, unum Sacrarium ad Cornu Epistolæ

pro Prælatis

pro Prælatis assignatum est, in quo et Capitula celebrant. alterum ad cornu Evangelij pro alio Clero, in quo lavatorium fumale, et alia repositoria pro apparatu Ecclesiastico, tum fornix foribus ferreis et ligneis munitus, extat, et specula duo, tertium in loco Capitulari. Ad cornu Evangelij et parte Sacrarij olea Sacra in vasculis argenteis decenter asservantur et clauduntur. Cathedra ibidem pro Prælato celebrante commoda, Stalla ab utraq parte propter vetustatem peristromatibus ornata, pulpitum ad decantandas Horas Canonicas novum, cum repositorio pro Libris. Ambona ad concionandum nova in partibus cum Sculpturis deaurata. Super Stalla Canonicalia Imagines Mysteriorum Ssmi Rosarij Nro 16. Supra has, majores tres, Salvatoris, Flagellationis et depositionis Christi de Cruce. In medio supra figura Christi in Cruce magna Sculpta, cum tribus Personis a parte utraq in arcu stantibus. Majores imagines in Choro majori Nro 11 in circumferentia arcus circa eandem Crucem imago picta extremi Judicij. In medio majoris chori Fons Baptismalis æneus cum operimento cupreo picto mundus, clausus, cum gradibus tribus. In choro Musicali Organa. Confessionalia ad excipiendas confessiones tria commoda, scamna similiter nova, pavimentum lapide quadrato de integro tam in choro majori quam minori æqualiter stratum. Fores circumductæ ferro tres ab Oriente, ab occidente et Aquilone. cum vase marmoreo et cupreo aquæ benedictæ ad aspergendum accommodato. Habet insuper pro suo decore hæc Collegiata Ecclesiæ turrim eminentem de lapide Quadrato erectam, tegulis latericijs tectam, sed ante aliquot annos a superiori parte, in qua Horologium fuerat a tempestate cum notabili damno Ecclesiæ concussa, interim tamen ligneis scandulis restaurata

est. In hac turri tres majores Campanæ appensæ reperiuntur. Tota Ecclesia una cum Sacrario lateritijs tegulis non adeo pridem contecta, turriculam in medio lamina ærea contectam habet, cum campana minori signatura dicta. Cæmiterium muro undique cinctum, et Ossorium muratum, ad cuius ingressum tres portæ lapideæ, et cancelli in duabus lignei quercei, in tertia ferrei. Ab extra tam in fulcris Ecclesiæ quam muris et portis restauratio necessaria pro qua nulli extant proventus et fundatio, sed tantum Capitulum sua pietate et liberalitate anteactis temporibus ejusmodi ruinis succurrebat.

Suppellex Ecclesiæ

Argentum Monstratorium argenteum antiquæ formæ cum turriculis totum deauratum, in quo numismata et globuli argentei appensa sunt. -- Monstratorium alterum minus argenteum in forma solis fabricatum deauratum gemmas appensas, catenas et lapillos varij coloris in circulo Melchisedec cum Agno insignia Passionis portante habet. Pixides. 1ma argentea tota cum operculo deaurata cum nomine Jesus 2da ejusdem magnitudinis coronam cum agno pro operculo habens argentea tota deaurata. 3tia argentea alba tota cum operculo in qua sacratissimum Sacramentum ad infirmos defertur. 4tum vasculum argenteum pro oleo infirmorum distinctum. 5. duo vascula rotunda argentea rotunda quæ in arcula de lapide assis factâ et laminâ deaurata circumdata cum operculo propter infirmos asservantur. -- Calices argentei cum patenis totaliter deaurati et unus in parte superiori lapidibus ac in pede circumdatus, duo albi in parte tantum deaurati numero viginti tres. Cruces. 1ma Crux argentea magna ad medium pedis deaurata cum reliquijs et ligno S.æ Crucis. 2da alba argentea cum figura Christi, inter candelabra. 3tia Crux

cum

cum quatuor Evangelistis in partibus decurata, quinta cum Insignijs quatuor Evangelistarum, 6ta lignea cum argentea figura Christi et mysterijs Passionis. Pacificale argenteum decuratum. Pacificalia argentea rotunda duo similia in partibus decurata. Item duo cum imaginibus Jesus et Maria cum lamina decurrata et ligneo postumento. - Candelabra argentea majora quatuor. Candelabra argentea mensalia sexdecem. Lampades majores et minores cum cæteris argenterijs quinque. Ampullarum argentearum paria octo. et duæ patellæ argenteæ. Pelvis argentea cum infundibulo et operculo argenteo. Thuribulum argenteum cum navicella et cochleari. Aquiminale argenteum cum asperssorio argento circumducto. Pro intonantibus et in Processione Capitulum præcedentibus duo baculi argento circumducti a superiori parte sive à globo usque ad extremitates totaliter cooperti. In majori altari Coronæ cum lapidibus argenteæ decuratæ duæ, Spiritus Sanctus argenteus albus, et votum in forma cordis ibidem appensum est. In altari Annuntiationis Bæ Mariæ Virginis Coronæ duæ argenteæ decuratæ cum lapidibus et Angelis tenentibus, ad cujus ornamentum vestis argentea paratur, et alia vota extant in Inventario Ecclesiæ descripta. In Imagine ad latus Ciborij duæ coronæ argenteæ et aliquot vota ut in Inventario. In Capella conceptionis Bæ Mariæ Vgs Coronæ duæ argenteæ decuratæ: alij lapides et ornamenta argentea per fures ablata. In Altari Sæ Crucis sæ. Crispini et Crispiani, necnon imagine B Mariæ Virginis Custochoviensis radij argentei, coronæ duæ parvæ oblatæ. In altari Sanctæ Annæ quatuor Coronæ argenteæ.

Stannum in Sacrario antiquo, Malluvium Stannenum

secundum in novo seu loco capitulari cum pelvi aenea
Candelabrorum majorum paria septem. Urceoli ad flo-
res octo. Ampullarum paria duo. Patenae duae, Cande-
labra mensalia duo Orichalcum Corona
cum duodecem candelabris in medio chori minoris inter
stalla Canonicalia pendens. In majori altari aequalia
candelabra sex, mensalia quatuor. Figurae Crucifixi
tres. Pelvis magna pro Offertorio, lampas ante Ciborium,
tintinnabula decem. Item in alijs altaribus cande-
labra quatuor. Vasa aerea. ferrea. Coculum ad
aquam benedictam unum, ad fores Ecclesiae duo, in sa-
cristia pro aspersione populi tres, pro sevo ad lampa-
des liquefaciendo quatuor, super tribus pedibus ferre-
is pro comburendis cineribus. Formae ferrae pro prepa-
randis Hostijs cum circulari. Item duo cocula pro aqua
benedicta - - - - - - - - - Apparatus.
Casulae ex materia serica ex tela cuero texta aliqua ex
parte deteriorata albi coloris cum stolis et manipulari-
bus nro 26. rubei coloris nro 25. viridis coloris nro 5.
violacei coloris nro 12. nigri coloris nro 30. —
Antepedia albi coloris 13. rubei 9. viridis coloris
10. nigri coloris 8.
Dalmaticarum varij coloris et materiae cum deteriora-
tis paria 13. - - Bursae et palae albi coloris
11. rubei coloris 16. viridis coloris 4 violacei 7. nigri 8.
Vela albi coloris 9. rubei 11. viridis 7. violacei 8.
nigri 20. Corporalia nro 36. Albae 20.
Mappae, mantilia, involucra, purificatoria et alia
suppellex lintea ad sufficientiam et commodum munda habet.
Pluvialia albi coloris, rubei, viridis violacei, et
nigri, aliqua materiae pretiosioris, aliqua deterio-
rata nro 28.
Libri ad Chorum. Psalteriatria, Antiphonalia duo

Processio.

Processionalia duo, Agendæ tres, Canon Missæ in pargameno albo, Missalia Romana quindecem cum antiquis, Missalia pro defunctis Nro 18. Breviaria in quarto duo. Vexilla majora duo minora duo, et unum cum laterna ad infirmos. Baldachinum et Vestes violacei coloris duæ pro Ministris, Tabernaculum pro expositione SSmi Sacramenti coloris rubei unum, et duo albi coloris, Tertium pro expositione Sanctissimi in Pixide. Tabernaculum et Baldachinum albicoloris materiæ pretiosæ. Palliola pro velanda Pixide cum SSmo Sacramento sex, Vela sericea ad imagines viridis coloris par unum, rubei par unum, varij coloris paria tria. - Vela Quadragesimalia pro operiendis Altaribus pro Cruce et Ambona sex hæc omnia in Inventario Ecclesiæ conscripta verificata sunt. - - Proventus Ecclesiæ qui percipiunt à sepulturis eleemosynis et collatis per Venerabilem Sacristianum connotantur et pro necessitatibus expediunt. - - - Hæc Ecclesia habet Collegium Prælatorum et Canonicorum, Præpositum et Decanum Prælatos et Canonicos, quod ad Instantiam Magnificorum de Tarnow, Melsztyn et Jarosław Hæredum et Collatorum in Anno 1490 die Mercurij Vigesima quarta Octobris Per Illustrissimum et Rdssmum olim Fridericum Electum, confirmatum Episcopum Cracovien erectum, et ex Parochiali nomine, titulo Collegiatæ insignitum est. et quidm

Prima Prælatura est Præpositura Jucis patronatus Collegij Majoris Universitatis Cracovien cujus Possessor est Canonice institutus Perill's et Rdmus M. Petrus Praczlewic Sæ Th. Dr. et Pfr Canonicus Cracovien, qui pro dote habet censum reemptionalem quadraginta duorum florenorum Polonicalium pro summa capitali septingentorum florenorum. Item Decimas manipulares. 1. ex villa Zagaiow 2 ex villa Piasek 3. ex villa Lichow, 4 ex villa Wielkawies Regali 5. ex villa Regali Bąbel. 6. ex villa Białykościół 7ma ex villa Wierzchowisko. 8vo ex villa Czelna 9 ex villa Wischowa

Ito ex villa Zelkow prout in Libro Beneficiorum describuntur.
1/ Habet praeterea Domum Praepositurale Lapideam muratam penes Domum Vicariorum.

2/ Secunda Praelatura est Decanatus Juris patronatus Lelivitarum Haeredum Tarnow Zukow, Melsztyn Jarosław, Xiąż, Słupow et Collegij Majoris, cujus Possessor est Perillustris et Reverendissimus Joannes Tarło J. U. Doctor Archidiaconus Cracoviensis qui pro dote habet. Imo in Villa Przegorzały Praedium cum Curia hortulanis et Agris, quorum certa pars in Villa Przegorzały et alia certa pars dicta Pasieka Wszechświęta in fundo Villae Bielany penes ipsos limites Villae Przegorzały jacet, tertia vero fluvio à Villa Bielany avulsa pars agrorum jacet inter Villas Conventus Tynecensis Tyniec et Kostrzec penes eosdem agros. Item habet Decimas Census in Libris Beneficiorum et Retaxationum descriptas, et Lapideam Muratam prope Ecclesiam Sancti Francisci. Officia ejus sicut et Praepositi haec sunt: Curae Animarum per Vicarios exequendae intendere, Decani, choro Vicariorum praeesse, et eosdem instituere, utriusque insimul Domum Scholae reparare, et Magistrum ejus eligere.

3/ Tertia Praelatura est Custodia Juris patronatus Perillustris et Adm. Rdi Praepositi Sacratissimi Corporis Christi Casimiriae ad quam unus de Collegio Jurisconsultorum electus per eundem praesentatur. Cujus ad praesens possessor est Illustris et Adm. Rdus M. Albertus Jodłowski Juris Utriusque Pfr. Igołomiensis Curatus. Habet pro dote ut in Erectione Anno 1629 die Veneris 7. Septembris facta Censum annuum reemptionalem Centum quinquaginta florenorum Polonicalium super certis agris prope Wieliczka. Vigore cujus absolvuntur duae Missae, una Septimana pro peccatis, altera Septimana pro defunctis, ratione Centum florenorum, et quinquaginta floreni inter Pauperes Studiosos distribuuntur. Habet in eadem Erectione Decimas a Mensa Episcopali per Illustrissimum et Rdissimum olim Martinum Szyszkowski Episcopum Cracoviensem donatas.

donatas, quas ad praesens non percipit. Item habet Censum annuum reemptionalem centumquadraginta florenorum Polonicorum
1/ pro Summa Capitali Duorum Millium, quam Suprascriptus Custos in refrigerium animarum Parentum suorum super Bonis Villae Wieczkowice Anno 1693 Feria 4 post Festum Sancti Lucae Evangelistae inscripsit in Auctionem ejusmodi Custodiae per approbationem Judicij Ordinarij applicavit. ratione cujus duae Missae quolibet mense et Anniversarium pro animabus Thomae et Sophiae celebrantur in eadem Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium. Item pro auctione ejusdem Custodiae incorporati sunt agri cum domo in Cerdonia ad Arenas per Adm. Rdum olim Andream Bochenski Sanctorum Omnium Canonicum cum obligatione unius Missae in Septimana pro Andrea Sacerdote Sed haec domus cum suis aedificijs funditus per Moschos extincta est.

Quarta Praelatura est Scholasteria Collationis nobilium Kownackich cujus Possessor Illustris Joannes
2/ Baranowicz Praepositus Vieliciensis Zarnovecensis. Habet pro dote Censum annuum Reemptionalem centum Octuaginta florenorum Polonicorum pro Summa Trium Millium super Villa Gnoynik Anno 1626 Feria 6 post Festum S. Mathaei Apli et Evangelistae inscripta, et certos agros in Suburbio Vieliciensi, ratione cujus duae Missae qualibet Septimana assignatae, una de tempore, altera de requiem pro Alberto Sacerdote in Ecclesia Sanctorum Omnium ad altare SS.m Trium Regum, et Anniversarium quolibet anno.

Nunc jus activum Wodzickich, possessorum Collegii Juridici.

Quinta Praelatura Cancellariatus Collationis
3/ Seniorio Patris Collegij Juridici, cujus Possessor Illustris et Adm. Rdus M. Joannes Ekart Juris utriusq. Doctor et Professor Koniuszensis Curatus, qui pro dote habet Censum reemptionalem ducentorum decem florenorum Polonicalium pro Summa Capitali Trium Millium super Lapidea Kromerowska in

Lapidea hujus haeres nunc est Nobilis Sonne

Circulo Cracoviensi 1641 die Sabbatho 2 Novembris in-
scriptt. ratione cujus una Missa lecta quolibet mense ad
altare privilegiatum assignata. Item habet censum
Viginti Octo florenorum Polonicalium pro Summa Capi-
tali Quadringentorum florenorum Anno Dni 1691 Sab-
batho post Dominicam Judica Super Bonis Sobkow et
adjacentibus in Districtu Checinensi per Perillustrem et
Rdssmum M. Andream Krupecki Juris Utriusq Doctorem et
Pfrem Canonicum Crac: pro tunc SSmi Obmi Cancellarium
in auctionem inscriptt. ratione cujus unam Missam de
requiem ad altare Sae Crucis et Anniversarium quolibet
Anno die 9. Junij non impedita cum sex Missis lectis de
Requiem assignatum per approbationem Judicij Ordinarij.

Sexta Prælatura Archidiaconatus Juris patronatus
Collegij Juridici cujus Possessor Illustris et Admodum Rdus Paulus
Bugayski Curatus Niepolomicensis qui pro dote habet 1mo
Summam census reemptionalis centum novemdecem florenorum
pro Summa Capitali Mille septingentorum florenorum 2do
Viginti Talerorum Imperialium pro Summa Capitali Tre-
centorum Triginta trium talerorum Imperialium. 3tio
Triginta quinque pro Summa Quingentorum florenorum
ratione cujus una Missa qualibet Septimana. Item
habet Lapideam in Platea Castrensi ratione cujus una
Missa lecta quolibet Mense de Requiem, et Anniversarium
per Vble Capitulum absolvendum est. Item habet Censum
Reemptionalem Sexcentorum florenorum Polonicalium pro
Summa Capitali Decem Millium in auctionem ejusdem Ar-
chidiaconatus per se ipsum Super Bonis Villae Rawatowi-
ce Anno Dni 1700 Feria quarta ante Festum Sae Catha-
rinae Vigs et M. inscripta ratione cujus census Anniversarium
per V. Capitulum absolvendum quolibet Anno, et centum
Missae de Requiem celebrandae.

Septima Prælatura Primiceriatus seu

Cantoria

Cantoria Iuris patronatus Nobilis ac Spectabilis Magistratus Cracovien. cujus Possessor Illustris et Adm. Rdus Adamus Styrkowski Iuris Utriusq. Doctor et Pfr. Sanctæ Annæ et Sancti Iacobi Præpositus, qui habet pro dote summam centum nonaginta Talerorum Imperialium pro Summa Capitali Duorum Millium Septingentorum et Sexdecem Talerorum Imperialium, ratione cujus Missas duas qualibet Septimana celebrare tenetur, unam de Requiem, alteram de Conceptione Bsmæ Vgs Mariæ. Ius passivum Collegii Iuridici

Primus Canonicatus est Fundi Lubocza tituli Confraternitatis Pauperum ad altare Sanctæ Mariæ Virginis Iuris Patronatus deficientibus Patronis ad Illmum et Rdsmum Dominum Lociordinarium devolutum est, cujus possessor est Adm. Reverendus Iacobus Zelezinski Curatus Predocinensis, ad quem per provisionem Aplicam in Mense Papali institutus est. Pro dote habet censum et Summam Octo Marcarum pro ducentis viginti florenis Hungaricalibus super villa Lubocza Anno 1485 die Jovis 22 Decembris inscriptt et approbatt, ratione cujus die Dominico de Beata Maria Virgine unam Missam alteram Requiem feria quarta, tertiam feria Sexta de Cruce vel Passione Domini cum Collecta pro peccatis, et quatuor temporibus Anni Missam cum Vigilys novem Lectionum pro defunctis celebrare tenetur.

Secundus Canonicatus est Fundationis Szeflerovianæ, tituli SS. Petri et Pauli Iuris patronatus Collegij Majoris Universitatis Cracovien., cujus Possessor est Adm. Rdus Adamus Pecherzynski Phiæ. Dr Collega Minor, Ilcussien. Præpositus, habet pro dote viginti Marcas latorum grossorum Pragensium pro Ducentis Marcis super Oppido Zathor inscriptt, pro quibus obligatur ad tres Missas in Hebdomada Feria 2 pro defunctis Fundatoribus, Feria 4ta de Sancto Nicolao vel S. Barbara Feria 6ta de Passione Domini, et Lectionem in Universitate tenez legere.

Tertius Canonicatus ad Altare Annuntiationis Sæ Virginis Mariæ, Collationis Illustrissimi et Rdsmi D. Loci ordinarij Cracoviensis cujus Possessor est Adm Reverendus Stanislaus Zrodlinski Ph: Dr Collega Minor, qui pro dote habet censum inscriptt super villis Brzezie Sarno Dąbrowa Łyszkowice Marcas 15 pro summa Quadringentorum Triginta trium Florenorum Anno 1471 inscriptt, sed propter incertum ab hac summa proventum præsens Possessor Canonicatus submisit se tam Judicialiter quàm Capitulariter hujus Canonicatus auctionem facturum, et summam novam inscripturum, nec etiam in hoc privilegio obligationes sunt expressæ, pro hoc Canonicatu approbatæ

Quartus Canonicatus Sanctorum Evangelistarum quatuor in Capella Ecclesiæ Sanctorum Omnium Collationis nobilis Joannis Pawlikowicz. cujus ad præsens Possessor Admodum Reverendus Joannes Kosinski Plebanus Scavinensis Iwanovicensis. Habet Censum Octo Marcarum super Molendino Kocielny dicto inscriptt in Prąmnik pro quo censu ad duas Missas qualibet septimana in dicta Capella celebrandas pro defunctis obligatur. Item habet censum florenorum 70 ex Fundatione Smolensciana supra Oppidum Zabno inscriptt, pro quo Missæ lectæ triginta quinque per annum et in subsidium Animarum in purgatorio suffragijs carentium sunt applicandæ.

Quintus Canonicatus pro Concionatore Ordinario Juris patronatus Collegij Majoris, ad quem Collega Minor et Actualis Pfr præsentari debet, Interim possessor hujus Adm Rdus Martinus Cisowski Parochus Radueszoviensis: pro dote habet Marcas 12 et quatuor a Domino Præposito et Decano super villis Zawada et Wilgoszcza inscriptt, qui suprascriptus possessor pro auctione hujus Canonicatus Duo millia inscripsit et approbationem procuravit.

Sextus.

Sextus Canonicatus fundationis Swiniarsciana Juris patronatus Collegij Juridici Universitatis Cracoviensis, cujus Possessor est Adm. Rdus Gaspar Topinski Juris Utriusque Professor. pro dote habet Censum annuum Centum quinque florenorum pro Summa Capitali Mille Quingentorum florenorum super Praedio et Curia Villae Marszowice inscripti Ao 1641 Sabbatho post festum Sae Margarethae Vgs et Mris, ratione cujus tenetur absolvere Viginti quinque Missas de Requiem pro Fundatore et pro Anniversario ac Refectionibus Vbi Capituli reliquam Summam distribuere. Item habet Auctionem ejusdem Canonicatus Censum videlicet Reemptionalem per Adm. Rdum olim Thomam Gelowicz Canonicum SSm OOm Quadringentorum Viginti florenorum Polonicalium pro Summa Capitali Sex Millium florenorum Similium super Villa Szczytniki Ao 1685. Sabbatho post Dominicam Laetare inscripta: ratione cujus tenetur unam Missam qualibet Septimana celebrare, Septuaginta florenos pro Borcana Studiosis distribuere et Quinquaginta pro Cera et Vino ad Sacristiam reddere.

Septimus Canonicatus fundationis Gorsciana Juris patronatus Perillustris Canonici Crac: Fundi Karniow, cujus Possessor est ad praesens Illustris et Adm. Rdus M. Joannes Grymecki Canonicus Posnan. habet pro dote Censum Centum Quadraginta florenorum Polonicalium cum obligatione quatenus unam Missam pro defunctis Singulis quartualibus ad Altare Ciborij absolvat, et Solennioribus festis Quadragesimae Paschatis Pentecostes Conceptionis et Annuntiationis B. Vgs Mariae, SSm Petri et Pauli Apostolorum Confessionem a Fidelibus Christi in eadem Ecclesia excipiat.

Octavus Canonicatus ejusdem fundationis Gorsciane et Juris Patronatus ejusdem Perillis Canonici fundi Karniow pro dote item habet Censum centum Quadraginta florenorum Polonicalium, ratione cujus census tenetur Singulis Septimanis diebus Canicularibus et Quadragesimalibus pro defuncto Fundatore Missam

de Requiem absolvere, à hora septima ad decimam Confessiones audire et pro domino Canonico si senio confectus et lecto affixus fuerit, lectionem prælegere, sed hic Canonicatus adhuc non est collatus.

Nonus Canonicatus Fundationis Grabovianæ Juris patronatus propinquiorum fundatoris, in defectu horum vel discordantia Illmo et Rdmo Domino Loci ordinario commendatum est: cujus ad præsens possessor, Adm Rdus Joannes Fabianskowski Ph. Dr. Premisliensis Diœcesis Beneficiatus. habet pro dote Census Trecentorum Quinquaginta florenorum Polon. pro summa capitali Quinque Millium super Oppido Secemin et villis Krzepice et Psary 1647. Item census Septuaginta florenorum Polon. pro summa capitali Mille florenorum super villa Mydlniki inscriptt, ratione cujus unam Missam de Requiem quolibet Mense in quocunq loco celebrare, et Anniversarium in Ecclesia Volbramensi Hospitali pro Anima Fundatoris, alias interveniente aliqua legalitate et impedimento, in Ecclesia SSm OOm hoc Anniversarium absolvere debet.

Decimus Canonicatus tit Annuntiationis Bæ Mariæ Virginis SSm Petri et Pauli, Jacobi Apostolorum Juris Patronatus Hæredum de Melsztyn: cujus Possessor A. R. Sebastianus Burski Ph. Dr Sancti Stephani Parochus. Habet pro dote quatuordecem Marcas super Scultetia Villæ Olpiny inscriptas. ratione cujus ad duas Missas lectas, unam pro peccatis, alteram pro defunctis obligatus est, sed propter tenuitatem ejusdem dotis et incertitudinem submisit se pro auctione ejusmodi Canonicatus in Capitulis. Mille florenorum inscripturum.

Undecimus Canonicatus tit. Sancti Spiritus Juris Patronatus Hæredum de Melsztyn, cujus Possessor est Adm Rdus Adamus Czeladzinski Parochus in Olpiny qui pro dote habet in fossata platea prope Ecclesiam Sancti Nicolai in viginti tribus domibus census Marcarum octo. In Rupella à Conventu sexagenam latorum grossorum,

census

facit Marcas duas grossos 8. In Cieszkowa de Agris Rodialibus Decima Manipularis. Item in Zuppis Cracovienſibus Duas Sexagenas grossorum Pragenſium, ratione cujus Dotis tenetur absolvere unam Missam pro peccatis alteram pro defunctis, et lectiones novem Nocturnorum quolibet Septimana ac Quatuor anni temporibus. Sed praedictus Possessor supplere ob hos proventus qui hac calamitate sunt tenues, pro necessitatibus Ecclesiae praefatae mille florenos Polonos obtulit

Duodecimus Canonicatus tit. Sacratissimi Corporis Christi Juris Patronatus Haeredum de Melstyn: cujus Possessor est Adm. Dns. Michael Trzebinski Parochus in Krasnodęby, qui praedote habet Domum Lapideam prope Ecclesiam in platea Castrensi, ex qua decimum locationem arenda solvitur, ratione cujus duas Missas in Septimana absolvere tenetur, unam pro defunctis Fundatoribus, alteram de Sacratissimo Sacramento ad altare sibi cum.

Decimustertius Canonicatus Fundationis Kowalsciana Juris Patronatus Collegii Juridici, cujus Possessor est Adm. Rev. Dns Joannes Trzciechowic Ph. Dr Parochus Zatoriens, habet praedote censum quadraginta duos Aureos vinitiae pro Summa Capitali Sexcentorum Aureorum Hungaricalium super Bonis Scattowice 1669 feria 5. post Festum S. Matthaei Apostoli et Evangelistae inscripti, ratione cujus unam Missam quolibet Septimana pro defunctis, bina Anniversaria cum Vigiliis trium Nocturnorum ubicunq; voluerit, et tertiam Anniversarium in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium pro Fundatore absolvere tenetur.

Decimusquartus Canonicatus Fundationis Swięcickiana Juris Patronatus Familiae ejusdem: cujus Possessor est Adm. Reverendus Jn. Paulus Sutkiewicz Ph. Dr. Ecclesiae Archipresbyteralis Cracoviensis Poenitentiarius, et Concionator Sabbathinus. Habet praedote censum annuum Redemptionalem Quadringentorum Triginta florenorum Polonicalium pro Summa Capitali Sex Millium florenorum Hungaricum super Bonis Wrzenczowice Wolę Wadowskie, Bor et Kopaniny Ao 1604 feria 4 ante

festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ inscriptt, ratione cujus Missam quolibet mense et Anniversarium pro Anima Gabrielis Sacerdotis absolvere tenetur. Item quatuor Anni temporibus Missas quatuor celebrare, 1mam pro Alberto Anna Parentibus Fundatoris, 2dam pro Alberto Joanne Vladislao Sacerdotibus Fratribus ejusdem Fundatoris 3tiam pro omnibus Consanguineis et affinibus Fundatoris 4tam pro Animabus suffragijs in purgatorio carentibus.

Onera et obligationes Prælatorum et Canonicorum

Primò singulis mensibus Anniversaria pro Prælatis Canonicis et Benefactoribus super Censibus fundata inscriptt et approbata cum Vigilijs trium Nocturnorum præsentes Cracoviæ absolvant et distributionibus gaudeant. Secundo ut per ordinem diebus Dominicis et Festis, Missas solennes sive per se sive per substitutos absolvant. Pro sua Pastorali solicitudine immortalem eidem Capitulo Sanctorum Omnium contulit liberalitatem p. m. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Martinus Szyszkowski Episcopus Cracoviensis Dux Severiæ, qui de unanimi consensu Peraugusti Capituli Crac: Ao 1626 die 8. Maij Decimas Manipulares ex Agris et Araturis tam Prædialibus, quam Colonorum totas et integras Villarum Drozeiowice in Visliciensi, et Plechow in Proszoviensi Territorijs consistentium de omni grano et semine attentis exiguis et tenuibus proventibus dicti Capituli perpetuis temporibus dedit, attribuit, incorporavit, et adscripsit, Privilegiumq Speciale cum subscriptione sua, et Peraugusti Capituli Cracoviensis sigillis communire mandavit. Ex Villa Drozeiowice Manipularis Decima non extradit, sed tantum Centum tynsiones, ultra dimidium ß cum summa Ecclesiæ læsione persolvuntur. Vigore cujusdam Compositionis, ejus approbatio non est subsecuta. Ex Villa vero Plechow totaliter non extraditur nec solvitur. Sunt et aliæ Fundationes in eadem Ecclesia pro excitanda in populo

majori

majori devotione utpote Summa Quindecem Millium Florenorum Polonicalium pro Missis Primarijs et Musicis fundata super oppido Zabno inscripta. Item Summa Trium Millium pro decantandis Passionibus, ferijs sextis et diebus Quadragesimalibus super villa Piekary inscripta. Alij Census in Lapideis et Domibus in suburbijs extincti. Venerabiles Vicarij cum alijs Ministris, necnon Cantore et Organario habent suas distinctas residentias et fundationes cum obligationibus, quorum cura et attendentia ad Perillustres DD. Præpositum et Decanum spectat. Sicut et Magistri Scholæ electio et constitutio. Cujus Scholæ regimen tenet ad præsens M. Casimirus Relezinski Ph. Dr et Pfr M. O. Clericus, quæ Schola cum sit à principio murata, nunc indiget restauratione, ut et Pfr et Studiosi cum Juventute commodas habeant mansiones, quorum Officium est et Studijs invigilare et Horas Canonicas in Ecclesia cum Clero decantare, ad quem finem cum ipsdem in eadem Schola Cantor propter institutionem in cantu residet.

Decretum Reformationis

Ne sit neglectus Divinorum per Illustres et Adm. Rdos Prælatos et Canonicos hujus Ecclesiæ, curent omnino et sub pœnis Capitularibus observent, ut suas hebdomadas residentiales ex turno incidentes exactè et fideliter absolvant, et more aliarum Ecclesiarum Collegiatarum Menses seu Septimanas distinctas habeant, imo verò cum sint Capitulares viginti duæ Personæ possent duo unum Mensem ad peragenda Divina suscipere et inter se dividere, ita, ut primæ duæ dignitates habeant Mensem Januarium, aliæ Februarium et sic per consequens. Monentur Illustres Prælati et Canonici maximè extra Cracoviam in alijs Beneficijs suis manentes, ut quandoquidem alij rarò aliqui nunquam per totum Annum in Ecclesia et Capitulo comparere consueverunt, pro Generali Capitulo cessante legitimo impedimento conveniant, sub pœnis in Statutis Capitularibus

sancitis.

sancitis irremissibiliter extendendis, quas in casu absentiae ad delationem Illustris Procuratoris effectuandas et alias rigorosiores decernendas declaramus. Fundationes antiquas hactenus neglectas Illustres Praelati et Canonici vindicent, ut et ipsi solatio aliquo gaudeant, et pij Fundatores per intermissas obligationes suis non defraudentur suffragijs, quinimo onera vigore earundem imposita sive per se sive per substitutos absolvant. Intelleximus etiam ex Revisione fundationum, quod Canonicus sit unus erectus cum obligatione concionandi, ideo Illustris Canonicus fundationis hujus obligationem sibi impositam ex vi Erectionis adimpleat, ne populus fructu spirituali Ecclesia decore suo privetur, per omissionem concionum, et si per se ipsum hocce munus ob aliqua impedimenta exequi non valuerit, continuo salariatum aliquem foveat sub poenis arbitrarijs ac etiam privationis quoties de negligentia in concionando sive per se sive per substitutum delatus fuerit. Animadvertant serio ut Vicarij in Officijs suis sint diligentes tam circa curam animarum, quam absolvendis Divinis Officijs, et cum magis frequentiores in Ecclesia fuerint DD. Capitulares, eo exactius notabunt negligentias si quae aliquo modo contingere poterint ideo maxime diebus Dominicis et festis, in frequentiori quam antea numero reperiantur, et dispositionem ac ordinem debitum in Ecclesia tam inter se quam Vicarios constituant. Cum in praesenti visitatione circa Inventationem suppellectilis Ecclesiasticae repertum sit apparatus praesertim in casulis pretiosis, quae etiam usui moderno deservire possunt, neglectos et plane abjectos fuisse, proinde injungitur Ubi Capitulo, quatenus eos melius asservari et ex antiquis repositorijs ac cistis depromptas ad locum Capitularem, ubi commodius possint pro usu Praelatorum et Canonicorum conservari transferantur, et quae per incuriam destructae sunt, reparentur, et in formam meliorem redigantur. Schola cum ruinam et desolationem

ingentem

ingentem minatur in muris tectis et habitationibus ejusve-
ro cura ad Illustres Prælatos præsertim Præpositum et Decanum
spectat et pertinet, ideo providebunt memorati Domini Prælati quan-
tocyus illius reparationem ut usui commodoq; sit juventuti
quæ maxime eruditur ad obsequia Ecclesiæ. Diligentem
quoque attendentiam Ubbie Capitulum habebit ut Juventus
Statis horis in cantu instruatur et exerceatur cum usus et eru-
ditio illius perfecta maxime inserviat Ecclesijs.

Inventarium Jurium, Inscriptionum munimentorum RR. Vicarijs, Sacristiano Concionatori et Altaristis Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ Servientium ex Originalibus et Authenticis instrumentis conscriptum Anno Domini 1711.

Pro Communitate AA. RR. Vicariorum.

Inscriptio census annui reemptionalis 18 florenorum Polon. pro Summa Capitali Sexcentorum florenorum similium per Magnificum Dnum Spytkonem de Jaro-slaw Castellanum Crac. donata in Prætorio Cracoviæ locata per Illmum D. Joannem Konarski Episcopum Crac. Anno 1512 Die octava Januarij approbata, in pargameno scripta cum sigillo pensili ceræ rubræ, funiculo sericeo, Obligationes impositæ Missæ per totam hebdomadam.

Privilegium Illmi olim Petri Episcopi Cracoviensis de solvendo strena et alijs juribus Parochialibus Vicarijs Omnium Sanctorum Crac. per Illmos et Rdmos DD. Episcopos Crac. pro Monialibus Ordinis Sanctæ Coletæ Stradomiæ ad

Cracoviam in pargameno scriptum, manu ejusdem Illmi Petri Episcopi Crac et Notarij Actorum Curiae ipsius subscriptt sigillo pensili in cera expresso communitum de Anno 1537. Die Veneris 18 Maij.

Inscriptio Census annui reemptionalis sex florenorum Polonicalium pro summa Capitali 100 florenorum similium per R. Albertum de Pradnik, Vicarium Ecclesiae Collegiatae B. Obm testamento per Officium Ordinarium Consisteriale Crac die 23 Januarij Ao 1544 approbatum legata super Celarium seu murum extruendum.

Erectio Altaris tituli Assumptionis B. Mariae Vgs secundi Ministerij super summa trecentorum florenorum Polon cum censu ab eadem provenien duodecem florenorum per V. Stanislaum a Bodzianów donata, apud Famatum Georgium Szczerba Consulem Crac in Domo murata in platea Swiecka dicta inscriptt per Illmum olim Samuelem Maciejowski Episcopum Crac de Anno 1550 die 15 Octobris facta, in libello pargameneo albo descripta. Obligationes una Missa singulis Hebdomadis pro fidelibus defunctis cum Collecta pro Fundatore defuncto, necnon vigiliae novem Lectionum uno die in hebdomada pro quo Fundator decessit absolvendae impositae.

Inscriptio Census annui 124 florenorum pro summa Capitali 2500 florenorum per Reverendum Michaelem Liczbinski S. Georgij in Arce Crac Canonicum legata ex Bonis Villae Słupow in Bona Villae Przybenice translata, per Eminentissimum ac Rdmum Dd. Georgium Radziwił Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Praesbyterum Sede Vacante Episcopatus Crac Administratorem Anno Dni 1594 die 14 Novembris approbata. Obligationes una missa feria

secunda.

Secunda de Angelis Feria 3tia de Spiritu S. Feria 4ta de Omnibus Sanctis Feria 5ta de Corpore Christi Feria 6ta de Passione Dni Sabbatho de B. Maria Virgine. Insuper anniversaria annuatim quatuor celebranda sunt, imposita: Ex hoc censu R. R. Vicarijs pro mensa communi florenorum 50, pro comparando et coemendo censu Seorsivo reemptionali florenorum 50. Cantori et Organario qui Vicarios in decantandis Missis juvare habet per florenorum 12. cedere debent.

Sententia Arbitralis inter Vicarios Ecclesiae SSm Obm et Rectorem Scholae super decantandis Horis Matutinis et alijs Officijs absolvendis in Pargameno Scripta Ao 1513 die Lunae 7 Novembris.

Inscriptio census 20 Aureorum Hungaricalium pro Summa Capitali 220 Hungaricalium per nobilem olim Joannem Myszkowski super Bonis Villarum Czestoszowice et Annaszowka inscripta, de ipsem Bonis levata, ac per Generosum Christophorum Myszkowski super Villa Bachowice coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Feria 5 post Festum SS. Trium Regum Ao 1584 inscripta.

Inscriptio census quatuor florenorum pro Summa Capitali 100 florenorum per Josephum Smigmasias super Lapidea in Platea Sancti Joannis inter Domum olim Stanislai Wieliczka et Alberti Strzelmarka coram Actis Scabinalibus celebrandis feria 4 Ante festi S. Mathiae Apli Ao 1566 facta.

Inscriptio census quinque florenorum pro summa Capitali 100 florenorum per Honestam Annam Latka Legata super lapidea in platea Castrensibus sita coram Actis Scab: Crac feria 6. in Crastino festi ascensionis Dni Anno 1609 per Famatum Lucam Frankowic Civem Crac recognita. Obligatio per fundatricem imposita una Missa cum Vigilijs quolibet Quartuali.

Inscriptio Census annui reemptionalis Decem florenorum à Summa Capitali 200 florenorum per Generosum Stanislaum Bronowski Stanislaum Zaleyski ipsius affinem pro decantanda Missa ad altare SSmo Trium Regum una, proximiori die Sabbathi Novae lunae Mensis cujuslibet cum collecta pro anima Andreae Bronowski Patrui defuncti, Patris Matris cognatorum et Fundatoris legata, super lapidea in Platea Stawkovien inter Rygulinska et Hospitalis S. Nicolai lapideas coram Actis Consularibus Crac: Feria 4 post die festi S. Stanislai in Authumno Ao 1612.

Inscriptio census annui sex florenorum à Summa Capitali 100 florenorum per Famatum Paulum Raczkowski Civem Cracovien testamento legata per Honestam Januszowska super medietate lapideae in platea Castren inter Fam. Gregorij Blank, et Haeredum Stanislai Pilecki, et duobus Sortimentis alterius Medietatis ejusdem Lapideae coram Actis Consularibus Crac: Sabb. post festum Visitationis B. Vgs Mariae Anno 1617. recognita.

Inscriptio census annui 30 florenorum pro Summa 500. florenorum per Successores Nobilis olim Stanislai Sieyskowski donata et per Generosum Joannem Zarczynski Tutorem pupillorum ejusdem Nobilis Sieyskowski super Lapidea inter Illustris: Domini Mareschalci Regni et D. Porembski lapideas coram Actis Consistorij Crac: die Mercurij 7ma Novembris Anno 1629 facta, et Literae Cridae ad approbandam eandem Inscriptionem ibidem decretae. Obligatio vigore Inscriptt una Missa pro Fundatt.

Inscriptio census annui reemptionalis 21. florenorum pro Summa Capitali 300. florenorum Polon testamento Rdi olim Michaelis Liczbinski Vicarijs SSmi Obm legata super Bonis Villae Witanowice coram Actis Castren Crac Sabbatho in

Vigilia

Vigilia Festi Purificati B. Vgs Mariae 1625 facta.
Inscriptio census Annui 17 florenorum cum medio florenorum pro summa Capitali 250 florenorum Polonicorum per Rdum Albertum Sencen Plebanum Przemyskoviensem et Famatos Wagłowiczowie Vicarijs Omnium SSm legata super eadem Villa Witanowice coram ipsdem Actis Castrensibus Sabb. post Dnicam Judica Anno 1627 facta.
Inscriptio census 14 florenorum pro summa Capitali 200 florenorum per Honestam Cristinam Janaszowska Viduam legata per Famatum Joannem Pieskowic Civem Crac et Elisabetham Conjuges super Justita Salinaria Cracoviae inter Thomae Bochenski ab una et Stanislai Pieskowic Justitas parte ab altera sita, tum et super depositorio Salinario proprio coram Actis Scabin: Cerdonicis ad Crac: Feria 6. ante Festum S. Pentecostes 2 Junij 1634.
Inscriptio census 21 florenorum Polonicorum pro summis Capitalibus 1ma Ducentorum florenorum per Nobiles Alexandrum et Sophiam Koszyckie Vicarijs SSm Omnium cum onere lectae Missae qualibet Quartuali, et Anniversarij die 2 Augusti singulis annis absolvendi fundata et donata Secunda 100 florenorum de deposito Salinario Honestae Susannae Kobuszowicowa levata super alio depositorio Salinario inter Famati Alberti Romzat et Honestae Susannae Kobuszowicowa Depositarijs, et super Justita Salinaria inter Sewerynowey Pernasowy et Joannis Groszyk depositoria et Justitas Salinarias jacente, utraq summa inscripta in Praetorio Crac: Feria 5. post Festum Nativitatis Beatae Mariae Vgs Anno 1637.
Inscriptio Census annui reemptionalis 12 florenorum Polonicorum pro summa Capitali 200 florenorum similium testamento supra spectae Honestae Janaszowska legata, ac per memo-

vatos Pieszkowicowie super Instita Salinaria ac Depositorio ad eandem pertinente, Stapede alias Arzemieniem insignito coram Actis ipsdem Scabinalibus Cerdonicis Feria 5 post Dnicam Laetare die 18 Martij Ao 1638.

Inscriptio census 42 florenorum Polonicorum pro summa Capitali 600 florenorum Similium per Nobiles Andream Bruzinski et Elizabetham Osuchowska Conjuges Praelatis Vicarijs et Sacristiano Ecclesiae Collegiatae SSm Omnium Ordinata super lapidea in platea Columbarum inter Lapideas Nobilis Sebastiani Zielogorski et Mistaminiowska jacente recognita et facta coram Officio Scabinali Cerdonico Anno 1638 feria 6. post Festum S. Laurentij 13 Augusti mediante Decreto per Perillustrij et Adm Rdi olim Erasmi Kretkowski Archidiaconi Vicarij in Spiritualibus et Officialis Generalis Crac: die Lunae 4 Aprilis 1639 lato.

Approbatio Inscriptionis Census 26 florenorum per Famatum olim Joannem Groszyk Civem Crac super Lapidea inter Contubernium Pauperum ex una et Lapideam Respondowska dictam in platea Wistna Cracoviae recognitt per Illustrem et Adm Rdum Albertum Lipnicki Vicarium in Spiritualibus et Officialem Gnralem Crac die Mercurij 14 Novembris Anno Dni 1640 facta. Obligationes Missae duae singulis Mensibus, et quolibet Quartuali una Missa lecta Requiem dicta pro animabus Joannis Groszyk et Magdalenae Consortis, Consanguineorum eorum impositae. Ex hoc censu Vicarijs floreni 23 gro 10. Sacristiano pro cera et vino flo. 2 gro 20. cedere debent.

Inscriptio census 35. florenorum Polonicalium pro summa Capitali 500 florenorum Similium testamento Rdi olim Joannis Łącki Ecclesiae Collegiatae SSm Omnium Decani legata per FF Mathiam Stanowski Civem Crac et Reginam

Conjuges

Conjuges super Lapidea in platea Sławkoviensi inter Thomae Skalski et Hospitalis Sancti Nicolai lapideas coram Actis Consularibus Crac: Feria 2da postridie festi Sae Luciae die 14 Decembris Anno 1643. facta et recognita. Obligationes juxta mentem Testatoris Triginta tres Missae lectae quolibet anno et Anniversarium unum cum Vigilijs Novem Lectionum

Inscriptio census 14 florenorum pro summa Capitali 200 florenorum ex fundatione Nobilis Catharinae Wierzayska per F. Joannem Pacek et Annam Conjuges Cives Crac: super instita Sutorea, inter Joannis Przybyłowicz et Szumigaiowska antiquitus dictos institas, coram Actis Consularibus Crac: feria 6. post Dominicam Judica die 18 Martij 1644 recognita.

Inscriptio census 7 florenorum pro summa Capitali 100 florenorum ex fundatione Rdi Thomae Swinarski per Famatum Joannem Maychrowicz et Sophiam Conjuges Cives Crac: super Instita Sutorea, inter Szafrankowicz et Gasparis Wroblowicz institas sitae die Anno ut supra ~~Inscr~~

Inscriptio census 70 florenorum pro summa Capitali 1000 florenorum testamento Famati Gregorij Buczkowicz legata per Excellentem ac Spectabilem Michaelem Behem Medicinae Doctorem Consulem Crac: Tutorem pupillorum defuncti Buczkowicz super duabus lapideis Kociołkowska et Wroblowska antiquitus dictis Stradomiae acialiter penes domos Monialium Conventus Sae Agnetis sitis coram Actis Consularibus Crac: Feria 4 pridie Festi S. Martini die 10 Novembris Anno Dni 1649 assecurata.

Inscriptio census 12 florenorum Polon: pro summa Capitali 200 florenorum similium super domo partim lignea partim lapidea in platea Mensatorum inter olim Jacobi Ort, ac Successorum Heuber lapideas per F. Jacobum Maychrowicz Civem Crac: coram Actis Consul: Crac: Fe: 5. post Dnicam Invocavit die

2. Martij 1651.
Inscriptio census annui 3 florenorum Polon. gross. 15 pro summa Capitali 50. florenorum similium per FF. olim Laurentium Zaleyski et Annam Conjuges legata, et per FF. Stanislaum Sosnowicz et Catharinam Conjuges Cives Crac. super Institutorea inter Thomae Mollerowicz et Thomae Kolend adinstitas sita in Contubernio Sutorum Cracoviae feria 4 postridie festi S. Adalberti Anno 1652. obligantur Vicarij ad unam Missam quolibet quartuali.
Inscriptio census 35 florenorum Polon. pro summa Capitali 500 florenorum similium per Nobilem olim Catharinam Liliuszowna Viduam Ao 1652 pro Musica et communi mensa R.R. Vicariorum legata per Famatum Martinum Loy Civem Crac. et Constantiam Conjuges super lapidea in platea lata, inter FF. Joannis Berychowicz et Religiosos PP. Franciscanorum lapideas coram Actis Scabinalibus Crac. feria 6. post festum S. Bartholomaei 27 Augusti 1655. facta.
Inscriptio census annui 140. florenorum Polon. pro summa 2000. florenorum Polon. per Famatam Catharinam Borkowska testamentaliter legata, ac per Honestam Elisabetham Borkowska Testatricis filiam super Lapidea in platea Castrensi inter olim Beniamin Lanier et Joannis Berychowicz lapideas coram Actis Scabinalibus Crac. feria 5. post festum Sae Agnetis Ao 1658
Inscriptio census 210 florenorum Polon. a summa Capitali 3000. florenorum similium per Rdum olim Nicolaum Foltynowicz Vicarijs legata in lapidea in platea Vistulana coram Actis Scab. Crac. fer. 4 pridie festi Sae Mariae Magdalenae die 21 Julij Ao 1649 facta per Rdum olim Nicolaum Oborski suffraganeum Archidiaconum Vicarium in Spiritualibus et Officialem Juratem Crac. die Mercurij 18 Martij anno 1665. approbata. Obligationes una Missa in septimana requiem, et Anniversarium Unum in Anno cum Octo Presbyteris. Haec summa ex dicta Lapidea

levata

levata, et super Bonis Oppidi Gordanow et Villae Malejowa per Magnificum Raphaelem Makowiecki coram Actis Castren. Crac. feria 4 post Dominicam Judica Ao 1675. inscripta.
Inscriptio Census annui 30 floren. Polon. pro summa Capitali 600 floren. similium per Hon: Hedvigem Szabelkowicowa Viduam testamentaliter legata per Ill. Jacobum Modlinski et Annam Conjuges super tribus sortibus Lapideae Stefankiewiczowska in Platea Castren. inter Swiechowicano et Perillustris olim Roscicki coram Actis Consularibus Crac. feria 5. ante Dnicam Conductus Paschae die 26. Aprilis Anno 1685 recognita.
Inscriptio census 6. floren. Polon. pro summa Capitali 100 floren. similium per Rdum olim Joannem Wolbramum Juris Utriusq. Doctorem Sancti Nicolai extra muros Crac. Praepositum pro decantanda Missa Requiem cum Collecta in die depositionis illius singulis annis ad altare majus super Lapidea in Platea Itulana inter Haeredum olim Martini Przybyło ex una et Martini Parzygiel dicti Placek lapideas parte ab altera sita, coram actis Consul: feria 3 ante fes: Praesentationis B. Mariae Vgs Ao 1609 facta. Haec summa translata in agrum Hortulani Alba dicti in Villa Nigra et inscripta coram Actis Cerdonicis ante fes: Sancti Mathiae Ao 1685.
Inscriptio census annui 39. floren. pro summa Capitali 650 floren. per Famatam Badowiczowa legata, super lapidea Badowiczowska dicta in platea Castren. inter successorum Excellentis ac Spectabilis olim Francisci Rolinski Medicinae Doctoris Consulis Crac: et Stanislai Brzezowski Civis Crac. lapideas coram Actis Scabinal: Crac. feria 2 postridie Dnicae Oculi Quadragesimalis die 18 Martij Anno 1686. facta et recognita.
Inscriptio census annui 70. floren. Polon. pro summa Capitali

Novo florenorum similium et Bonis Villae Janowice levata per Gnosum Nicolaum Lodzinski super villa Chorzgwica coram Actis Castrensibus Crac: feria 6. post Dnicam Oculi 1686 recognita.

Inscriptio census 6. florenorum pro summa capitali 150. florenorum super lapidea in platea Proscriptorum inter Lapideas Litwinkowiczowska Actualem et Nobilis Francisci Szeligowski coram Actis Scabinalibus Crac feria 6. ante Dnicam Exaudi die 9 Maij Anno 1698 pro Reverendo Vicedecano seu Altarista tituli Assumptionis B. M. Virgis Secundi Ministerij in Collegiata SSm Obm facta.

Decretum Consistoriale Crac, quo mediante Vicarij Ecclesiae Collegiatae SSm circa cessionem Juris caduci ad summam florenorum septuaginta et legato Testamentario Honestae olim Catharinae Osmulska per Nobilem olim Stanislaum Brzuszkowski ipsdem Vicarijs coram Actis Consularibus Crac feria 3. in Vigilia Festi Sancti Mathiae Apli Anno ~~159~~ 1568 factam, sunt conservati feria 4 ante Festum Sae Catharinae Anno 1595. latum.

Item transactio Sacristiani et Vicariorum ejusdem Ecclesiae respectu ejusdem Summae et Census florenorum 4 ab eodem provenientis in bonis Honestorum Mathiae Bulga et Barbarae conjugum in Cerdonia inscriptt Ao 1565 die 24 Octobris facta ex Actis Officialatus Crac extracta.

Census Terragij R. Sacristiano seu Ecclesiae servien.

Sententia seu Decretum pro parte RR. Vicariorum Ecclesiae Collegiatae SSm Obm Crac quo mediante Census terragius unius marcae pecuniae singulis Quartualibus Anni per duodecem grossos ex Lapidea in platea ~~Crac:~~ Castrensi inter Lapideas FF. Stanislai Frenificis Civis Crac: et Contubernij Sartorum Crac Vicarijs adjudicatus in Consistorio Crac die Veneris 3. Martij Anno Domini 1564 latum

Testimonium Juratum ex Decreto Advocatiali Crac:

per Honoratt

per Honoratt. Stanislaum Cymerman Scabinum Crac. et Clementem Mensatorem Civem Crac. super Solutione Census Terragij grossorum 18. pro quartuali ex lapidea in platea Castrensi inter Lapideas FF. Petrowski et Sobielisz feria 4 ante festum Sae Margarethae Anno 1586. coram ipsdem Actis Scabinalibus Cracoviensibus praestitum.

Testimonium Juratum ex Decreto ejusdem Judicij Advocatialis Crac. per Famat: Joannem Kopa Smigmatorem et Gasparum Kuroz Civem Crac. super Solutione census Terragij unius Marcae Vicarijs Ecclesiae Collegiatae SSm Obm Crac. ex Lapidea Schebdzinska dicta in platea lata inter Famatos Cudzin, Strasz et Stalmachowska lapideas sita coram Actis ipsdem Advocatialibus Crac. feria 2. ante festum S. Thomae Apli Anno 1575. praestitum.

Decretum Regium Sententiae Consularis Crac: qua mediante Census Terragius unius Marcae ex praedicta Lapidea Chlebodzinska Vicarijs SSm Obm est adjudicatus approbatorium feria 2. post festum SSm Obm Ao 1578 Crac: latum.

Submissio Famati Joachimi Paplinski Civis Crac: de solvendo Censu Terragio 28 grossorum Vicarijs SSm Obm pro annis sex ex lapidea in platea Canina inter Domos Joannis Krosner et Sebastiani Koronacki coram Actis Officialatus Crac: die Mercurij 6. Aprilis Ao 1588 facta.

Pro RR. Sacristiano Concionatore Vicarijs et Altaristis Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Obm Crac.

Inscriptio census 6. Marcarum pro summa Capitali 160 Marcarum ~~Vl~~ Testamento Vblis Stanislai Scholiwa Praepti SSm Obm legata per Nobilem Stanislaum Podlaski super Scultetia in villa Jodłowka recognita a Perillustri et Rdmo Dno Thoma Raznowski Canco et Officiali Jurali Crac. die Lunae 8 Febru: Ao 1518 approbata pro Rdo Sacristiano.

Inscriptio census Annui sex florenorum Polonicorum pro summa Capitali

100 florenorum similium, testamento Honorati Nicolai Luboracki legata per Ff. Joannem Bergle et Susannam Conjuges Cives Crac. super Sortibus Lapideae Lybecinecherowska in platea Sae Annae inter lapideas Gnos. Dni Capitanei Checinen. et Regni Gladiferi ab una, et Famati Seraphini Grab Civis Crac. in Praetorio Crac. Feria 3tia post Dominicam Judica Ao 1616 facta pro Rdo Sacristiano.

Inscriptio census annui 12 florenorum pro summa capitali 300 florenorum Polon. per Honestos Kalinowie legata super Sortibus Lapideae in platea Mensatorum inter Famati olim Christophori Przemowa Mensatoris et Valentini Jaslokowski lapideos coram Actis Consularibus Crac. Feria 5ta in Crastino festi SSmi Philippi et Jacobi Ao 1619 facta. mediante Decreto Curiae Episcopalis Crac: Feria 4. quae fuit dies nona Octobris anni ejusdem approbata. Ex hoc censu sex floreni Rdo Sacristiano, sex Rdo Concionatori cedere debent. Obligationes impositae quatenus Rdus Sacristianus Missam unam in Septimana absolvat, Concionator quoque unam quolibet Quartuali pro Fundatoribus et Animas eorum festis et Dominicis commendet.

Inscriptio census 18 florenorum Polon. pro summa capitali 300 florenorum similium super lapidea in platea lata inter Pacoszczynska et Okrasinska per Honestam Elisabetham Okraszowa coram actis Praetory Crac. Feria 6. ante Festum Sae Hedvigis Ao 1623 recognita. Sacristiano floreni 12 Concionatori 6. cedent.

Inscriptio census annui sex florenorum Polon. pro summa capitt 100 florenorum similium per Honestum Thomam Szczerba legata et per Ff. Joannem Duszkowski et Annam Conjuges Cives Crac. super Sortibus lapideae in Platea Castrensi inter Naglarzowska et Franczowiczowska coram Actis Scabinalibus fer 5 postridie festi S. Francisci 5. 8bris 1628 pro R. Sacristiano.

Approbatio Inscriptionis summae 800 florenorum Polon. cum

censu.

censu annuo 30 florenorum simil. per Gnosm. Martinum Zaurek legata per Rdum olim Martinum Szyszkowski Epum Crac. die 6. Octobris Ao 1628 facti. Obligationes una fer. 3ta. lecta in septimana ad Altare B. Mariæ Virg. in parte dextra Eccl. Sti Obm è regione altaris sacratissimi Corporis Christi de S. Trinitate ibidem quo placebit pro animabus Fundatoris et aliorum de Prosapia aliorumq. Christifidelium defunctorum collata Virg. Mariæ ecclesiæ servienti. Hæc Summa originaliter super Bona Urbana Wybrzeże fuit inscripta. de quodam Bonis in Bona Lapidea sub porta dicto Roblis et Honorati Andreæ Kossowic civis Crac. hereditario in Civ. Crac. ad Plateam Crispinianam eundo, de Acta in castro Crac. Feria 3ta ante Festum Sancti Thomæ Apli Anno 1696. mpr. Sacrist. ano.

Inscriptio census octoden. florenor. Polon. per summa capitali 300 flor. simil. per Famatum Benjamin Lanier Civem Cracov. donata per Famatum Joannem Gastkowski et Annam Conjuges Cives Cracov. super sortibus propriis lapideo apud Gnosm. Mathæum Strzelski iuxta Acta Lubinalia Crac. de data feria 4ta vridie Festi Sti Margarethæ Ao 1628 quæ emptionis acquisitis recognita, a Perillustri Erasmo Krzesz Scholastico Canonico Vicario in Spiritualibus et Officiali Generali Crac. die Luna 18 Februarij Ao 1636. approbata. Obligationes Concionatori Missæ ex Vicariis, itidem ex absolvendo, censum per medium Vicarij et Sacristianus tollere debet.

Testamentum Famati Benedicti Bukowski Civis Crac. coram Officio Advocatiali Crac. Sabbatho in Crastino Festi Sti Agnetis die 22 Januarij Ao 1633. conditum, quo mediante Nobilem Sacristianum Summam 200 florenorum pro censu locandam legavit, et ad imam Suppanicatam quolibet quadrimestri absolvendo obligavit.

Ex Testamento

Inscriptio census 7. florenor. Polon. pro summa 100. florenor. simil. per Famatum olim Adamum Sołtyk Civem Crac. fassum: hereditata pro Concionatore per R.D. Thomam Misiaczkowicz et Sophiam Conjuges super Instita Platea inter Mathæum Oleśka

112

et Sebastianum Buralik insitus. terg. ad ad Sanctum dicta
sita in Contubernio Sutorum feria 6. ipso die S. Simonis
et Judæ Apostolorum die 28 Octobris 1644
Inscriptio census 140 florenorum Polonicalium pro summa capitali
2000. florenorum similium testamento famatorum Nicolai Curtho-
rolei et Feliciani Conjugis Horum grae legata per R. Rospodstice
Cives grae super Scabellas domibus Lapideae Rezlerowska dictae
in platea Cracoviensi inter Fraternitatis Literatorum ad Ec-
clesiam S. Adalberti ab una et successorum olim Gabrielis Daro-
stolei Linegmatoris ab altera partibus in Pretorio grae fer. 3tia
pro die festi S. Joannis Baptistae die 23 Junij Ao 1648 recogni-
ta. Ex hoc censu pro Sacristiano florenos 10. et pro Vicede-
cano itidem 10 cedere debent.
Approbatio Inscriptionis super annuis 20 florenorum Polon. pro sum-
ma capitali 300 florenorum similium per R. olim Jacobum Sta-
nyslaum Sacristiano Ecclesiae Sanctorum olim legata per R.
Paulum Czechowicz Joannem Pryzner et Joannem Matuszo-
wic super lapideam Rzezlerowska dicta in Platea Castrensi sita
à Perillustri Dno Nicolao Olszowski J. U. Doctore Cancellario grae Judice
provisato officialatus grae die Luna 30 Augusti 1649
facta. Obligationes Sacristiano S. Mariae singulis quar-
tualibus pro defuncto Sacerdote Jacobo, impositae. Ex hac
summa florenos 150 translati sunt in lapideam D. Gluckich
in platea dicta Wislna.
Inscriptio census 23 florenorum Polon. pro summa capitali 300 flo-
renorum similium de sortibus lapideae per Nuvtagny dictae levata
per Nobilem Elisabetham Winklerowa et Annam Machowiro-
wa super lapideam in Platea Sancti vulgo Sienna dicta inter
Fraternitatis Misericordiae et Straza Canonicam pro Musica
ad Ecclesiam Olim Sanctae in Pretorio grae stabili: posteriori die
festi Annuntiationis B. Mariae Virg. die 26 Martij Ao 1664.
Inscriptio Census 70 florenorum Polon. pro summa capitali 700 flo-
renorum similium à Perillustri Andrea Kuchanski J. U. Doctore
Cancellario grae Praepto Ecclesiae Sanctae Olim fundata super lapideam
in platea Castrensi accidaliter penes lapideam Gregorianam Ka

mediante.

mediante Decreto Consistorij Cracoviensis Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Quinto Die Veneris Septima Septembris lata approbata. De hoc Censu Concionator florenos 50 percipere debet, de manibus Sacristiani, et intuitu perceptionis Missam quolibet Quartuali pro Anima Andreae Sacerdotis celebrare, et diebus Dominicis animam eius in Concionibus commendare. Sacristianus et Vicarij pro Anniversario cum Lectionibus Trium Nocturnorum et Missa Cantata in die Obitus quolibet Anno florenos Decem percipere, pro vindicatione Census ad Carbonam seu Caecum florenos Decem reponere, de ipsdem rationem Ubli Capitulo reddere debent.

Inscriptio Census Annui 35 floren Polon pro Summa Capitali 500 floren Similium de Lapidea Dlugoszowska dicta levata, et super Medietate lapideae Jakubiowska dictae penes lapideam H. Vincentij Knyper Civis Crac in platea Castren acialiter sitae coram Actis Praetorianis Crac feria 6 in Vigilia festi SS. Petri et Pauli 28 Junij 1686. pro Concionatore et Sacristiano.

Inscriptio Census Annui 28 floren Polon pro Summa Capitali 400 floren Similium de Lapidea Filipkowiczowska deportata per SS. Nicolaum Stanislaum et Franciscum Sasspiowscy Fratres Sortium Villae Sasspow Haeredes super ipsdem Sortibus feria 4. post Dnicam Conductus Paschae Anno 1687. pro Concionatore recognita.

Testamentum Hae olim Reginae Dlugoszowa Civis Crac: coram Legati olim Mathia Trybinski, Publico Notario Ao 1688 die 27 Februarij conditum, quo mediante, Summa Mille floren Polon pro Ecclesia SSm Ob. et quidem 600 floreni cum Censu 30 floren pro Candelis et Lampadibus ad Sepulchrum Christi Domini comparandis et Missis, una pro quolibet Mense absolvenda pro Animabus suffragio carentibus, reliqua summa 400 floren cum censu 20 floren Sacristiano est assignata.

114

Inscriptio census 6 florenorum Polonicorum pro summa Capitali 100 florenorum similium testamento Honestae olim Susannae Swiadecka Viduae Sacristiano legata coram Actis Praetorianis Crac: feria 6. ante Festum Sanctae Hedvigis Anno 1623. super lapidea in platea lata inter Pacoszczynska et Okrasinska recognita

Inscriptio census 12. florenorum Polonicorum pro summa Capitali 200. florenorum similium, per Venerabilem Clementem Vadovium legata super sortibus lapideae in platea Castrensi inter Raglarzowska et Frankowiczowska coram actis Scabinalibus Crac: feria 5. postridie festi S. Francisci die 5 Octobris 1628 facta. Ex hoc censu vicarijs pro anniversario florenorum 6. Sacristiano pro lampade florenorum 6. cedere debent.

Census Terragij Sacristiano seu Ecclesiae servientes

Resignatio Domus in platea lata inter Martini Pictoris et Christophori Barbitonsoris cum una Marca census terragij per Eustachium Schonsz potestate Erasmi Bettmann coram actis Consularibus Crac: feria 6. post Conductus Paschae Ao Dni 1510 Domino Krister Advocato Crac facta.

Resignatio Domus in Platea Castrensi inter Nicolai Wolfrann et Lorens Zailer domos sitae cum una Marca denariorum Census Terragij Plebano ad Omnes Sanctos per Mathiam Czarny potestate Thomae Szperka Georgio Wischogrodzki coram Actis Scabinalibus Cracoviensibus Feria 6ta in die Sancti Lamberti 1484 facta

Resignatio ejusdem Domus per supra scriptum Dnum Krister Jacobo Pictori et Annae ipsius Uxori feria sexta die Sae Luciae Anno eodem 1510 facta ut supra.

Resignatio Domus in Platea Lata inter Alberti Pictoris, et Mathiae Sellatoris Domos sitae cum tribus fertonibus Census terragij per famatum Thomam

Sartorem

Sartorem et Helenam Conjuges Famato Andreae Sartori coram Actis Consularibus Crac: Feria 6. post festum Conversionis S. Pauli Ao 1520 facta.
Resignatio Domus ex Opposito, Ob Illustrissimae cum censu terragio quadreginta scotorum per spectabilem Venceslaum Chodorowski Joannis Cardynal et Annae Conjugum Plenipotentem Catharinae Sophiae Simoni Joanni pueris olim Mathiae Szołdra coram Actis Scabinalibus Crac: Feria 6. in Vig: S. Bartholomaei 1532 facta.
Erectio Altaris tituli Sanctorum Trium Regum in Ecclesia Collegiata Sm Obm Super Summa Capitali 700 florenorum Polon et censu ab eadem provenienti 42 florenorum per Venerabilem olim Jacobum Zatorski in Niegowic Plebanum Testamentaliter legata Super Lapidea et lapidella eidem lapideae annexa in platea transversali ex Platea Suterum in Plateam Sae Annae tendente inter Famatorum Martini Gawronek ab una et Valentini Krapka ex altera parte sitt, per Honestam Annam Zakrzewska Viduam inscripta, per Illustrissimum Dominum Petrum Tylicki Episcopum Cracoviensem mediante Decreto Anno 1610. die Lunae 15 Martij lato facta. Ad hoc Altare nonnisi Vicedecanus Ejusdem Ecclesiae ad Praesentationem Illustris Dni Decani Omnium Sanctorum institui debet. Obligationes duae Missae una de Beatissima Maria Virgine cum introitu Salve Sancta Parens &. altera pro Fundatore defuncto celebrandae. Item Vigiliae novem Lectionum cum Anniversario pro defunctis die Vigesima Julij per Reverendos Vicarios decantandae, quibus Altarista florenum unum et grossos sex enumerare debet. - - NB Haec Summa translata in Praedium in Podbrzezie.
Erectio Altaris Praesentationis Beatissimae Mariae

Virginis primi Ministerij super summa sexcentorum florenorum et censu ab eadem Quadraginta duorum florenorum per Generosum Felicem Braclawski donata et per Famatum Simonem Ziebrowski Civem Cracoviensem Stomnicensem super Domo cum Braxatorio in Circulo Stomnicensi inter Domos Jacobi Zaczek et Sebastiani Bogietowski inscripta per Perillustrem Lipnicki Officialem Crac: Anno 1649 die Lunae octava Februarij facta. Haec summa translata in sortem Lapideae inter Famati Silinski successorum, et Acialem Magnifici Petri Szyszkowski Castellani Voynicensis in platea Istulana 1651. Feria 3. post festum Visitationis Bae Mariae Vgs in Praetorio Cracoviensi.

Altare tituli Sanctae Annae et Sae Catharinae.

Approbatio Auctionis Census Octo Marcarum pro summa Capitali 300 florenorum Polon Testamento Providi olim Jacobi Zuffka Civis Crac: legata super Villis Radzyna Kempa et Chorostyce in Districtu Prossoviensi inscripta, necnon Erectionis anterioris ejusdem Altaris super octo similiter marcis census a summa 300 florenorum testamento M. Joannis Wielicka Civis et Procuratoris Causarum Conv: Crac profundando dicto altari legata et super Bonis Oppidi Nowa gora inscripta Ao 1510. die Martis 19 Martij per Rdmum Patrem Nicolaum Bedlinski Officialem Crac: Martis 15 Martij 1519 ingrossata. Obligationes intuitu pueris fundationis duae Missae, Intuitu vero auctionis Providi Zoffka una Missae assignatae.

Approbatio Inscriptionis census unius Marcae pro 25 Marcis ex fundatione dicti Joannis Wielicka super Domo Casimiriae inter Domos Gasparis Lanij et Conventus Sae Catharinae mediante Decreto Vblis Dni Jacobi de Gracisco Officialis Crac Veneris d 10 Maij 1510 lato facta.

Ex Actis Visitationum Illmi et Rdmi Dni Casimiri Lubienski Epi Crac Ducis Severiae extractum. L. S.

Hic Sequitur

1595. Visitatio Kazimirsciana Eccl: Coll: SSm OOm.

Ecclesia

Ecclesia Collegiata Parochialis murata tituli Omnium Sanctorum Juris Patronatus Domus Lelivitarum, De Tarnow Mesztyn Jarosław, Xiąz, et Majus Collegium habet jus a Mel-sztyn donatum et a Zochow consecrata, testudine clausa duabus columnis testudinem sustentantibus, parietes habet ab aranei mundos, fenestras integras, chorum a corpore cancellis ferreis distinctum, Imaginem Crucifixi in medio sui, Instrumentum musicum Organum dictum novum post conflagrationem comparatum, pavimentum partim quadrato lapide, partim latere stratum, fores tres ligneas cum bona clausura unas ab occidente, alteras à meridie tertias a septemtrione.

Item habet Altaria novem murata ex quibus septem consecrata, tabulas et sigilla integra habentia, duo non consecrata, portatilia duo, ex quibus unum certum alterum incertum singula tribus mappis cooperta.

Item habet attinentia altaris hæc Ecclesia Corporalia duodecem. pallas undecem sed viles, Purificatoria quindecem, vela novem, bursas octo, panem de farina non hostiatim mendicata et vinum recentia odorem et saporem ~~con~~retinentia. Urceolorum de stanno octo paria, Nolas ad altaria duodecem, candelabrorum octo paria, ex quibus sex paria de cupro, unum de stanno, unum de ligno. Thuriferaria duo de cupro, ferramenta pro pinsendo pane, Cantaros tres de stanno, pelvim æream unam, alteram de cupro, tertiam de stanno

Item habet Ciborium ad altare primum in corpore ad cornu Epistolæ muratum tutum, mundum, bene clausum, et in eo duo vasa unum argenteum alterum æreum deauratum cum alio parvo vasculo ~~deaurato~~ lapideo in quo similiter sacramentum recens in sacculo mundo est inventum. Chrismale argenteum chrisma et oleum præsens continens. Lampas ante ciborium ardet, Laternarum cum vexillis pro comitando sacramento ad infirmos unum par, capriciorum et biretorum de rubro panno duo paria. Baldachium de raseto. lineis flavis et rubeis in longum ductis varians.

Item

Item habet fontem cupreum cum cooperculo aereo mundum, bene clausum aquam mundam in se continentem, achena quinque pro aspergendo populo, nempe tria ad fores Ecclesiae, unum pro Clero ad fores Sacristiae, unum pro populo aspergendo in processionibus. Metrica utraq. scribitur non secundum formam, ex quibus una tantum in Libro ligato.

Item habet Sacristias duas utramq. muratam, utramq. testudine clausam, utramq. fores ferratas cum bona clausura habentem et singulas fenestras unicas cancellis munitas.

Item habet Ecclesia haec Argentum calices argenteos viginti quinque, ex quibus viginti unum deauratos, quatuor albos. Cruces argenteas tres, unam justae magnitudinis et ponderis cum lapillis quinque superiorem partem deauratam habentem, minores duas unam deauratam alteram albam. Pacificalia duo stabilia, ex quibus unum deauratum cum quinque lapillis et sex margaretis pretiosis. Pacificale rotundum unum deauratum cum novem lapillis. Monstrantiam deauratam argenteam justi ponderis cum corona margarethea non admodum pretiosa. Catena de globulis argenteis cum appenso agno Dei argento circumducto, et Pacificali parvo instar cordis, et lamina argentea deaurata circulari. Thuriferarium argenteum justi ponderis, navicula argenteam. Urceolorum de argento septem paria, ex quibus tria parva deaurata reliqua alba. Baculos pro intonandis de stanno duos, superiorem partem a globo nempe minori ad majorem de argento habentes. Pondus autem universi argenti Ecclesiae est marcae centum septuaginta septem, scoti sedecem et una quarta.

Item habet casulas N° 28. Albi coloris duas unam de panno argento intertexto a Rdo D° Bartholomaeo Powsinski Româ missam, alteram de serico adamasco antiquiorem. De panno auro intertexto sex nempe flavi coloris, unam cum albo variantem, duas cum serico villoso rubei coloris et auro filato variantes, unam cum serico villoso cerasini coloris et auro filato variantem, unam de teleto rubei coloris, unam de serico villoso violacei coloris et auro filato variantem. Item habet unam de camcha villosa rubei coloris cum albo variantis, unam de cameleto albi coloris, rubei coloris quinque, unam de camcha

auro

auro intertexta, unam de brugatela filis aureis intertexta, duas de serico villoso, unam de serico medio plano pro antiquitate jam flavescente. Habet sextam ejusdem coloris de medio serico plano, super flavo colore, rubeo colore pictam. Viridis coloris tres: primam de serico plano, alteram de serico adamasco, tertiam de serico villoso auro intertextam antiquam. Violaceis coloris duas: unam de serico adamasco, alteram de camcha cum flavo colore variantem unam de barchano picto super flavo nigro colore pictam. Nigri coloris septem, unam de serico villoso, unam de cameloto plano, tres de cameloto florisato, unam de forstato, singulas cum suis albis, et integro apparatu.

Item habet Dalmaticarum albi coloris unum par de serico plano. de panno auro intertexto duo paria, unum flavo colore cum albo seu auro filato cum argento varians, alterum par auro filato cum serico villoso rubei coloris varians. Rubei coloris unum par de camcha auro intertexta. Grisei coloris unum par de serico adamasco, unum par de camcha, viridis coloris cum lazurino variante. Lazurini coloris unum par de serico adamasco auro intertextum. Nigri coloris unum par de cameleto florisato.

Item habet pluvialia No 10. de panno auro intertexto tria, unum rubei coloris de teleto florisato, unum auro filato cum serico villoso viridis coloris, tertium autem auro filato cum serico villoso gariophilatei coloris varians, item unum de camcha viridis coloris auro intertextam, ex quibus duo cum argenteis globis ex quibus unus deauratus, et unum cum aereo deaurato. Unum de camcha violaceo cum albo colore variante. Flavi coloris duo de barchano cum rubeo variante, grisei coloris unum de serico simplici. Nigri coloris duo, ex quibus unum de cameleto cum globo longo crystallino, alterum de forstato, pro pueris pluvialium unum par viride de adamasco.

Item habet antepedia albi coloris tria unum de serico adamasco, alterum de serico simplici. tertium de serico plano est et quartum de cameloto, unum de panno auro intertexto, serico villoso rubei coloris cum auro filato varians. Rubei coloris novem, primum de taleto, alterum de serico villoso pasamanis aureis florisato desuper.

unum de camcha auro intertexta, unum de camcha simplici, unum de serico villoso, tria de serico plano unum de cameleto. Viridis coloris tria unum de burcatela viridi cum flavo colore variante, unum de serico flavo medio unum de serico adamasco, item de serico simplici Viridis et Violacei coloris per partes unum. Item hoc unum de camcha cerulei coloris cum viridi varians. Item unum de camcha lazurino cum viridi colore varians. Pariofilacei coloris unum de cameleto. unum de harasio super cerasinum colorem nigro pictum, unum de barchano rubeo cum albo colore variante. Nigri coloris unum de forstato, de corio aureo quatuor, de tela picta duo. Item habet superpellicea majora tria, nempe unum pro sacerdote et duo pro campanatoriis, pro pueris parvis ministrantibus unum par.

Item habet mappas septuaginta quatuor. Tobalia quadrata viginti unum, ex quibus unum de serico plano, celestini coloris unum de panno auro intertexto, unum de serico adamasco rubei coloris, unum multo auro filato exornatum et alterum pauciore, cetera minus pretiosa. Tobalium oblongum unum, manutergia quatuor. Antepediolum parvum pro exornanda tumba altaris de razeto ligneis in longum ductis flavis rubeis et celestinis varians. Item habet stallum pro reponendo in monstrantia sacramento serico villoso nigri coloris auro filato exornato circumductum. Tentoriolum super monstratiam appendendum de serico simplici rubei coloris et viridis per partes. Vela super monstrantiam ponenda duo de tela aurata unum, alterum de tela sericea rubei coloris auro intertexta. Item habet unum velum de tela sericea alba serici simplicis viridis coloris ulnas septem. Velum de camcha rubei coloris ab altari per gradus producendum. Vela super ambona ponenda septem. Primum de reticulo lineo serico vario exornatum, alterum de tela bombica serico intertexta lineis varijs in latum ductis distinctum. Tertium de serico medio plano viridis coloris, quartum de serico simplici rubei coloris, quintum de serico simplici latoflavi coloris. Sextum de barchano rubei cum flavo variantis, septimum nigri coloris de forstato. Vela super pulpitum majus ponenda duo unum de harasio viridis

dis coloris, alterum de barchano viridi cum flavo variante. Vela super pulpita altaris ponenda duo albicoloris unum de cameleto, rubei coloris unum de camelia, viridis coloris unum de medio Sericovilloso, unum de Serico simplici lineis in latum ductis viridibus et nigris varians. Velum Quadragesimale de Serico simplici rubeo albi et viridis coloris per partes. Vela pro velandis imaginibus altaris tempore Quadragesimali quatuor, et quintum pro velanda imagine Crucifixi singula de tela picturis exornata. Velillorum quinque paria ex quibus quatuor majora, tria de Serico adamasco, quartum de camelota, quintum parvum de Serico adamasio.

Item habet proventus pro aedificatione Ecclesiae nullos, praeter collectas quae singulis Dominicis diebus et Festis in Saeculum mittuntur, quae in uno tantum quaternione, a Victricis nempe Ecclesiae scribuntur. et eleemosynas à sepultura in Ecclesia, a quibus duo floreni solvuntur, in porticu nihil, ratio nulla fit, in thesauro pecuniae nullae.

Item habet Libros pro Officio Ecclesiastico Missalia Romana duo, libros agendorum duos integros, unum Povodovij alterum Plazae. Tertij Libri primam partem Sacramentalem, nempe Librum Graduale Pargamenaeum, Missali Romano magna ex parte correspondentem. Antiphonarium Pargameneum, Psalteria duo, ex quibus unum pargamineum, alterum papyreum.

Extra Ecclesiam tectum Ecclesiae testaceum bonum. Turris pro campanis nova murata justae altitudinis tres campanas in se continens, quartam signantem habet in medio Ecclesiae, Caemeterium muro septum non clausum, neque ostia cancellis munita habens. Ossorium muratum bene tectum.

Haec Ecclesia habet Collegium Praelatorum et Canonicorum, duos Praelatos Praepositum et Decanum et Octo Canonicos in se continens, nonus autem ex ys desolatus.

Praepositus Collegiatae Sanctorum Omnium Rdus Dnus Valentinus a Widawa S. Th. Dr institutus: habet autem pro dote censum reemptionalem quadraginta duorum, florenorum per modernum Dominum Praepositum septingentis, florenis pro fundo Podskalany li-

ligioso vendito acceptas emptum, et in Bonis Domaszowice Podskalany integra et Brzezie inscriptum. qua quidem vendito fundi Podskalany et census Reemptionalis per Loci ordinarium nondum est approbata. Item habet proventus ad Prebendam Sancti Philippi et Jacobi Clepardie cum regimine ipsius Capellae, cujus Jus-patronatus pro eodem fundo Podskalany donatum est Repositio omnium Sanctorum, quae quidem donatio nondum est per Loci ordinarium approbata. Item habet decimas manipulares primam ex villa Zagaiow, secundam ex villa Piasek, tertiam ex villa Iezkow, quae neq decimantur neq solvuntur, sed per Horedes villarum rapiuntur: quartam ex villa Regali Rebel. cujus decimatio pecunia redimitur. quintam ex villa Wielgawies Regali cujus similiter decimatio redimitur. sextam ex villa Bialy Kosciol. septimam ex villa Iarenzchowisko nonam ex Czto quae posteriores tres nondecimarum nec solvuntur sed rapiuntur.

Secundus Prolatus circa Ecclesiam Collegiatam Obr. S. est Decanus. est R. D. Albertus Chocieszenski institutus qui pro Dote habet in primis in villa Przegorzaly Praedium cum curia Hortulanis agris, quorum certa pars in villa Przegorzaly fundo annexa pars agrorum jacet inter villas Conventus Cyrcensis Cymiec et Kostrzec quos eosdem agros in locis supranominatis habet et pratis Vocatur autem haec tertia pars agrorum antiquitus Koło. Idemmet ca hanc tertiam partem habet medietatem lacus a ripa fundi sui alia medietate ad Conventum Cyrcensem pertinente. Item habet Sylvas tam in fundo et villa Przegorzaly de qua Sylva praecipit cum Haeredibus vehigne Sortis villae, quae etiam circa agros in Koło jacentes. Item habet in hoc loco certas partes Vistulae cum censibus a Piscatoribus provenientibus seu libera piscatione. Item habet certam partem nempe tertiam lacus in Przegorzaly Anduss tractus in lacu alias Zonie simul junctos. Item habet decimas manipulares: primam ex villa integra Przegorzaly quae et hoc tempore propria decimatur ex certe vero nobilitari rapitur a tribus annis prae tamen per Decanum pro ea agitur. Alteram ex villa Bielany quae simul a tribus annis rapi coepta jure agit pro ea.

Item

Decim

Tertiam ex villa Czechy post duas Curias ex quibus ex una Curia rapitur, ex altera decimatio pecunia redimitur. Quartam ex villa Stupno capax decimatio cum iurisdictione Dni Decani pecuniâ redimitur. Quintam ex villa Sadawa. Sextam post Curiam parva Piasek unam et Lipy Octavam et Kawzy una cum Decima post Curiam Dni Chrosc Chrosciki sub Parochia Kie. quæ posteriores omnes non decimantur, nec decimatio illarum redimitur sed per Hæredes villarum rapiuntur. | Jus patronatus Dni Præpositi et Domini Decani spectat ad Familiam Leliwitarum Nomen Jarnow, Ritus Graeco Melchitici. Jaroslaw Lipy Stupno et Collegij Majoris fine dotationis. Erecto autem hoc sunt duo Beneficia per Illustrissimum quendam Cardinalem Fridericum et duobus Plebanis per quos tantea hæc Ecclesia regebatur, quorum unus in domo lapidea manebat et hanc possidet Præpositus et modo, et alter in domo lignea manebat et hanc possidet Decanus et modo. | Ratione autem dotis supranominatæ Officia Præpositi hæc sunt, quæ animarum per Vicarios exequendo intendere, Decani chori Vicariorum præcipere, et eorum instituere, utrumq; in simul domum Scholæ reparare, et Rectorem ejus eligere.

Primus Canonicus Ecclesiastes pro tunc existens, qui nunc est Magister Joannes Zaborowski, et iste Canonicatus erectus est in proventibus altaris Assumptionis BMV. secundi Ministerij quod altare jacet penes Cpi. am Anboram. Habet autem prædotem censum recemptionalem 12 marcarum a Matthia de Brzezinca artium Baccalaureo. quingentis florenis emptum et in Villis Zawadka et Wilczura in Districtu Leliviensi Terræ Cracoviæ inscriptum. Item habet pensionem à Dno Præposito duarum Marcarum a Dno Decano duarum Marcarum singulis annis solvendæ domum pro residentia non habet. Ratione cujus dotis tenetur singulis diebus Dominicis et Festis peranimum in Ecclesia Ob. Sanctionavi, et duas missas in septimana legere: unam pro defuncto Sacerdote, alteram de Passione Dominica. Diebus autem Festis dum Sacramentum in Monstrantia in altare præfati in Cœna postmeridiana, et in diebus festis BMVis, in quibus Sacramentum in altare ponitur in Cœna antemeridiana exceptis

in diem Dominicum incidentibus collectae eidem Canonico cedunt.

Secundus Canonicus Magister Gasparus Cylindrinus Collega Minoris Collegij institutus, cujus Canonicatus in Proventibus altaris Beatorum Apostolorum Petri et Pauli primi Ministerij erectus est. Jacet autem hoc altare juxta cathedram, Jurispatronatus Majoris Collegij qui habet pro dote censum reemptionalem viginti marcarum latorum grossorum Pragen. a Joanne Szeffler Canonico Ratiboriensi, et Dorothea relicta uxore Mathiae a Zegendorff Cracoviensis Civis ducentis marcis latorum grossorum Pragensium emptum apud Serenissimum Principem Casimirum Ducem Zatoriensem fide jubentibus et in se solutionem recipientibus Civibus Zatoriensibus. Item Domum nullam habet pro residentia. Collegiaturae Minori Canonicatus iste incorporatus est. Ratione autem hujus dotis juxta fundationem obligatus est tres missas in septimana legere 1mam pro defunctis feria secunda. 2dam feria 6ta de passione Domini, 3tiam feria quarta de Sancto Nicolao et Sancta Barbara alternis vicibus et in Collegio pub. locam Lectionem in aliqua facultate Theologiae vel artium legere. Verum non integrum censum Canonico recipiente, nempe quindecem tantum marcas communes, et ipsis Civibus intra decursum duorum annorum censum suum redimere volentibus Illmus Dominus Cardinalis ad biennium de duabus missis legendis dispensavit et ad tertiam legendam obligavit.

Tertius Canonicus. Hieronymus Gorecki Jur. institutus, Electus est autem ejus Canonicatus in proventibus altaris annuntiationis B.M.V. sub organo. Et est Jurispatronatus Civium Cracoviensium Pauli Krupka, Barbarae Wisniowska, Neptis, Nicolai Stanno, Constantiae Filiae Andreae Opoczno Medicinae Doctoris, Evae Nicolai Piotrowski Filiae, Augustini Ludovici Szyling Filij. Habet autem pro dote censum reemptionalem a Georgio Plebano B.M.V. in Circulo Crac: et Agnete relicta uxore Swidnicer, Joanne et Stanislao Filijs olim Georgij Swodtz Civibus Cracoviensibus et Stanislao de Pleschow Artium Magistro Altaris Annuntiationis B.M.V. in Ecclesia Obm SSm Crac: Quadringentis triginta tribus Florenis Hungaricalibus puri

auri

auri apud Gnosos Stanislaum et Joannem de Brzezie emptum, et in Bonis eorum Villa Brzezie, Szarow, Bybowa et Lyskanie in Terra et Districtu Crac: inscriptt. cujusquidem census solutio quadraginta vel ultra annis fuit intermissa, et nuper moderno Canonico jure solutionem evincente solvi inceptus. Ratione cujus dotis juxta relationem Domini Decani Literae Erectionis non extant, Obligatus est Dominus Canonicus duas Missas in Septimana legere, nempe unam pro defunctis fundatoribus, alteram de Beata Virgine. Confirmatio tamen hujus census ingrossata est per modernum Canonicum in Acta Illustrissimi Principis Cardinalis Episcopi Cracoviensis Sub Anno Domini 1593 die Septima Aprilis. domum pro residentia non habet.

Quartus Canonicus Joannes Szczecinski qui idem est Plebanus in Zakliczyn et Olpiny institutus erectus in Proventibus Altaris Sacratissimi Corporis Christi primi Ministerij Juris patronatus Haeredum de Melsztyn, qui pro dote habet domum lapideam in Civitate Craco: in Platea Castrensi penes Cemeterium Obm SSm ex qua census annuus Canonico viginti marcarum vel secundum locationem et arendam solvitur. Ratione autem hujus dotis per Vicarios duas Lectas in Septimana juxta antiquam consuetudinem obligatas legit, ex quibus unam pro defunctis fundatoribus, alteram de Sacratissimo Corpore Christi. Item domum pro residentia non habet

Quintus Canonicus Stephanus in Mogilany Plebanus institutus. erectus est autem iste Canonicatus in Proventibus Altaris Corporis Christi secundi Ministerij Juris Patronatus Haeredum de Melsztyn, qui pro dote habet ex domibus extra portam S. Nicolai in Suburbio in Vallo jacentibus censum Octo marcarum plus vel minus provenientem. Item habet censum a Fratribus Ordinis Sancti Pauli Eremitae Conventus ad S.m Stanislaum in Rupella Casimiriae censum Octuginta grossorum Pragensium ex certo praedio provenientem. Item habet decimam manipularem ex villa Militari Orzechowice quae rapitur. Ratione cujus dotis obligatus est in Septimana in Ecclesia Obm SSm duas Missas legere unam pro peccatis, alteram pro defunctis Fundatoribus Item domum non habet pro residentia

Sexty

Sextus Canonicus Simon Męcinski institutus cujus Canonicatus erectus est erectus est in Proventibus altaris seu Capellæ tituli Sancti Antonij et Leonardi Jurispatronatus Zupani Cracoviensis. Habet autem pro dote Decimam manipulatem in Villa Militari Piotrkowice quæ non decimatur nec solvitur sed rapitur. Ratione cujus dotis obligatus est duas Missas in septimana legere unam de Passione Domini alteram pro fidelibus. domum pro residentia non habet.

Septimus Canonicus Paulus Dyalosius institutus, cujus canonicatus erectus est in Proventibus Altaris Sanctorum quatuor Evangelistarum in Capella Jurispatronatus Generosorum Dominorum Ligęzoco antea, nunc autem prout dicitur Stanislai Gerecic. Habet autem pro dote Censum Reemptionalem octo marcarum in Rolendino Stęburca inscriptum. Ratione cujus dotis obligatus est in septimana duas Missas legere utranque pro defunctis. domum pro residentia non habet.

Octavus Canonicus Simon Albimontanus Peregrinus dictus institutus. cujus Canonicatus erectus est in proventibus altaris tituli S.ae Annæ et Catharinæ in medio Ecclesiæ jacentis. Jurispatronatus Consulum Cracoviensium qui pro dote habet censum reemptionalem in Villa Chorazyce Rędzina et Rempa inscriptum valoris marcarum octo et grossos viginti emptum ab Executoribus Testamenti Jacobi Zuska Civis Cracoviensis florenis trecentis monetæ Polonicalis. Item habet alterum censum reemptionalem quatuor marcarum centum quinquaginta florenis apud Dominos Comites a Oęcyn emptum, et in Oppido nowa gora inscriptum. Item habet tertium censum Reemptionem quatuor marcarum centum quinquaginta florenis emptum et in domo Lapidea Crerbinska dicta in Curiate Cracoviensi in platea Castrensi jacente inscriptum. Item habet quartum censum Reemptionalem duarum marcarum in Prazatorio et Prascatorio Cusinarię domus lapideæ Starowolska dicto inscriptum quinquaginta marcis emptum. Ratione cujus dotis obligatus est tres missas in septimana legere una de tempore seu ad libitum, 2dam de S.ta Anna, 3tiam de S.ta Catharina

cum

Actis Consist. 1606 ellig. provisus est

Installatus 1598.

post ejus resignationem 1603. 10 Octob. suc. cessit Severinus Romanus Presbyter

cum Collecta pro defunctis fundatoribus. domum p residentia non habet sicut et alij.

Nonus Canonicus erectus est in proventibus altaris Undecem milium Virginum vacat propter proventus ejusdem altaris occupatos, id vacat à morte Joannis Klukowski Juris Patronatus est Hebdum de Melsztyn de proventibus ejus nulla ratio est data propter ignorantiam.

m3 nova fundac titulis Se Maria sub choro.

post cum in subo R. Joan Szczesn ad ejus. sua Jordan Ao 1592 87 Feb

In eadem Ecclesia est erectum et Collegium Vicariorum qui juxta Privilegium erectionis et fundationis octo esse debent inclusio in eundem numerum Magistro Scholæ qui habent suam propriam dotem. Habent autem in dote imprimis census certos ex certis domibus in civitate Cracoviensi in platea Castrensi ratione fundi, et vide terreos vocatos. quondam ad Plebanos duos Ecclesiæ Olim Sanctæ quibus Prepositus et Decanus succesperunt pertinentes, et per easdem circa Erectionem Ecclesiæ Collegiatæ eisdem Loci ordinario ordinante concessos. qui census extenduntur ad Summam florenorum triginta quatuor groserum duodecem. Item habent omnes oblationes, Strenam, et alias obventiones in Ecclesia Olim Sanctorum provenientes. Item habent census ex Pretorio Cracoviensi provenientem decem recto florenorum a Magnificis quondam Horedibus in Jaworzno emptum, ratione cujus census ex pretorio provenientis obligati sunt singulis diebus Summo mane unam Missam legere ad Altare Corporis Christi per unum Fratrem juxta devotionem et libitum ejus.

Item habent proventus incorporatos Custodiæ seu Altari Assumptionis B Mariæ cujus dos est census Recepti inscriptus in domo lapidea Richer in Platea Sutorica in Suttle Cracoviensi duodecem florenis, et in domo lapidea Thomæ Muratoris Casimiriæ in platea Judeorum recto florenorum. Ratione cujus census obligati sunt singulis quatuor temporibus Vigilias unius nocturnæ cum laudibus cantare cum una Missa pro defunctis, et singulis septimanis duas Missas legere, unam pro defuncto Sacerdote, alteram pro Benefactoribus Fundatoris Stanislai Bodzan.

Item habent censum Recemptionalem viginti florenorum, centum viginti Marcis Hungaricalibus, et certa Moneta conjuncta Hungaricalibus

ad Summam quadringentorum florenorum se extendente emptum et in villa Bachowice inscriptum. Ratione cujus dotis tenentur singulis quatuor temporibus Vigilias unius nocturni cum laudibus et una Missa pro defunctis decantare, et singulis septimanis unam Missam pro defunctis Fratribus Fraternitatis Pauperum legere, ab hac enim Fraternitate census iste est fundatus.

Item habent censum Reemplem quinque florenorum a Reverendo quondam Domino Alberto Kiciowski Canonico Cracoviensi centum florenis emptum et inscriptum in Domo Lapidea in Civitate Cracoviensi in platea Castrensi Valentini Sutoris. Ratione cujus census obligati sunt singulis quatuor Temporibus Vigilias unius nocturni cum laudibus et unam Missam pro defunctis decantare.

Item habent censum Reemptionalem florenorum Quatuor à Petro Poznanita Canonico Cracoviensi centum florenis emptum et in domo Lapidea Valentini Millarz in Platea S.ti Joannis Cracoviae inscriptum. Ratione cujus dotis tenentur singulis quatuor Temporibus Vigilias unius nocturni cum laudibus et una Missa pro defunctis cantare.

Item habent censum Reemptionalem quatuor florenorum in Hortulanis Mgrae villae, inscriptum septuaginta florenis testamento legatis per quandam Catharinam Osmolska Viduam. Verum iste census cum Summa in controverso est cum Patribus Franciscanis.

Qui quidem census supranominati non sunt approbati per Loci Ordinarium.

Item habent pro mensa communi a Vbli Dno Michaele Lichinski pro singulis septimanis singulos florenos, ab eodem pro reparatione domus et Capellae duos florenos, pro salario coco quatuor taleros annuos triginta sex grossos valente, Item mediam decimam lignorum.

Item Vicarij obligati sunt curam animarum exequi, Officium majus nempe Matutinum, Horas Canonicas integras, Vesperas Completorium cantare. Matutinum tamen sonora voce recitare, duas Missas singulis diebus cantare, unam Maturam ad altare Corporis Christi per se seu fratribus ipsis in Capella occinentibus. Ratione cujus ut nunquam intermittatur, supranominati census a Dno Lichinski ejusdem conferuntur, et Summam ad altare majus scholaribus occinentibus.

Item

Item habent domum lapideam pro residentia sua, unam stubam lapideam in Inferiori parte, focum in atrio, unum celarium, ex quo census solvitur quatuor marcarum, et alterum pro asservatione lignorum. . . In superiori parte Domus sex habitationes muratas cum fumalibus, unum tamen parietem ligneum habentes nempe quo camerae inter se distinctae sunt.

Item habent domum pro Rectore Scholae muratam tectum malum habentem. cujus Rector est Petrus Crac: Magister Artium, qui quondam cum vicarijs participabat in obventionibus Sacramentalibus, et de fundatione tam octavus Vicarius. Verum nunc non participat, neq ullum Salarium habet praeterquam a Scholaribus pretium proveniens. Et a Processionibus funeralibus. Ijdem servat Cantorem quem Salariat Praepositus cum Decano sex marcis annuis. Dnus autem Michael Liczbinski ex Liberalitate sua duodecem florenis annuis, Ratione cujus liberalitatis D. Liczbinski, tenetur Missam maturam Diebus Dominicis et festis figurato cantu cantare.

Item circa hanc Ecclesiam est organorum Magister quem Praepositus cum Decano Salariant sex marcis annuis, et Dnus Michael Liczbinski ex Liberalitate sua duodecem florenis annuis. Ratione Salarij a Praelatis obligatus est singulis diebus festis et Dominicis inter Pascha et Pentecosten organis in Missa summa canere, et Vesperis utrisq. Ratione autem liberalitatis D. Liczbinski in Missis maturis diebus Dominicis et feriis tertijs, quintis et Sabbatinis, et diebus festis in ijsdem organis canere.

Circa hanc Ecclesiam sunt et certae Fraternitates seu Contubernia quarum Prima Fraternitas Sutorum. Haec fraternitas altare S. Crispini et S. Crispiniani providet cera seu lumine. Item singulis quatuor temporibus ad altare majus Missa pro Fratribus earum defunctis per Vicarios canitur, singulis Fratribus ad Contubernium Sutorum pertinentibus. Oblationes per Vicarios accipiendas in relevamen fratrum defunctorum offerentibus. Eadem Fraternitas alicui ex Vicarijs quem elegerit solvit duas marcas annuas, ratione cujus Salarij idem Vicarius tenetur ad altare

S.

Sancti Crispini duas Missas in Septimana de die legere. Habet Haec Fraternitas apparatus speciales, qui sunt descripti in descriptione apparatuum Ecclesiae, similiter et argentum secundum illorum regestrum

Secunda Fraternitas seu contubernium circa eandem Ecclesiam est Fraternitas Pictorum, quae Fraternitas altare Corporis Christi procurat lumine in Capella quatuor Evangelistarum.

Tertia Fraternitas Serifabrorum. Haec fraternitas procurat lumine Altare Trium Regum. Haec Fraternitas habet velum super Feretrum de panno auro intertextum

Quarta Fraternitas Gladiatorum et haec Fraternitas procurat lumine Altare Anunciationis B. M. V.

Quinta Fraternitas Frenificum et Haec fraternitas procurat Altare Corporis Christi

Tenentur autem Vicarij singulis quatuor temporibus unam Missam ad Majus altare pro defunctis Fratribus quatuor Fraternitatum supranominatarum cantare. Fratribus oblationes ad altare majus in relevamen Fratrum defunctorum per Vicarios accipiendas offerentibus.

Haec Ecclesia habet dotatum suum Sacristianum qui nunc est Simon Meczynski. Habet autem pro dote censum reemptionalem sex marcarum à Rdo quondam Gasparo Podlaski Decano centum sexaginta marcis emptum et in Scultetia Jodłowka inscriptum. Ratione cujus dotis claves ad Sacristiam servare, argentum, clenodia, thesaurum, apparatus Ecclesiae tenetur custodire.

Item V. Dominus Michaël Liczbinski exhibuit Literas Fundationis per Loci Ordinarium approbatas Fundationem pro mensa Vicariorum florenorum quinquaginta duorum, pro cantore Chori florenorum duodecem, pro Organario floreni duodecem, pro fabrica Capellae flore: duo. singulis annis solvendorum. Pro censibus autem supranominatis emendis assignavit mille quingentos florenos ex summa quam habet in Stupore.

NB Ad Parochiam pertinent Plateae in Civitate Cracoviensi Platea Castrensis incipiendo à Domo Viduae Pilecka usq ad portam

tam Castrensem. Platea dicta Szeroka usq ad Domum Praepositi Miechoviensis inclusivè, ex alia parte usq ad Braxatorium exclusivè Ordinis Praedicatorum. Domus et Curiae in Caemeterio Sae Trinitatis cum plateis transversis. Platea Canonicorum et Castrum Cracoviense. Oppidum Stradomia inter pontem Vistulae et portam Castrensem. Domus sub castro jacentes na Podzamczu dictae ad ripam Vistulae. Suburbium dictum Zwierzyniec usque ad Domum Smolensko inclusive, seu ad pontem in fluvio Miciecza, et ~~ad~~ Suburbium dictum usque ad Garbarze. Domus Piscatorum certae ex hac parte Suburbij Garbarze. In Civitate Cracoviensi locus dictus Psi Rynek, in Platea Bracka duae domus Aciales. Platea Istulae cum Curia Episcopali et curys ex opposito jacentibus usq ad Domum fabri inclusive. Curiae seu Domus Ecclesiae S. Francisci adjacentes cum curys et balneo. Domus in vallo Civitatis jacentes ab oppido Stradomia incipiendo usq ad Capellam S. Sebastiani.

Item habent Vicarij pro Communitate sex cochlearia argentea, patinas de Stanno majores tres, minores tres, mappas duas, achena pro coquendis piscibus duo, ollas aeneas duas, cribrum aeneum quae quidem Supellex Communitati donata est a Vbli Michaële Liczbinski.

Quod Reformationem attinet

Mandatum est ut in altari portatili in capella quod est ex ea ratione quod confractum sit non celebretur sed novum et integrum certum nomen Consecratoris et tempus Consecrationis et titulum inscriptum habens comparetur. Pallae medys Corporalibus non includantur ad vas aereum deauratum in ciborio in quo Sacramentum servatur, virga aerea pro commodiori ejus clausura applicetur. Pro Metrica scribenda liber ligatus comparetur, et illa utraq juxta formam datam, manu presbyteri Sacramentum conferentis scribatur. Quaterniones duo seu Regestra comparentur in quibus receptiones collectarum et eleemosynam a Sepulturis in Ecclesia provenientium et legatorum et distributiones illorum fideliter conscribantur, unqq quaterno penes Sacristanum sit, alter penes Vitricos Ecclesiae et ratio singulis annis fiat. Ad Caemeterium in portis ejusdem

cancelli pro cemento dicti clausura ejus per Dominos Prepositum et Decanum comparentur, tectum Ecclesie per eosdem comparetur. Feriale ex Hilario Domus Canonici Corporis Christi primi Ministerij ejusdem Ecclesie per Intonationem domum suam tectum ejus ecclesiae ne imo ex eo movenienti pluviae et ventum in processionibus molestet. et Ecclesiae parietes et fenestras denigret. Cerdones per fenestras eo eudem domo sub poena trium marcarum non emittantur. Sepulturam in Capella D. Lieżbińskiego Michaël cum sua familia liberam habebit tanquam Fundator, et duo per alioram Martuco locus capellae non occupetur. Dominus Simon Męcinski qui sua negligentia occasionem conflagrationis organorum dedit pro reparatione illorum in manus Dominorum Prepositi et Decani intra tres menses trecentos florenos reponat. Res nobiles, pecuniam, argentum quod omnia pius cedunt ad illustrissimum. Principem Dum Cardinalem tam Loci Ordinarium in manus eorundem Prelatorum intra unum mensem restituat. ex Liberalitate Illustrissimi in reparationem Organorum convertenda. Pro exemptione argenti in expeditionem Juris oppignorati Domini tum Prelati singuli viginti florenos. Canonici singuli decem florenos contribuant. Ad Capitulum singulis annis Prelati et Canonici omnes et singuli pro Festo Corporis Christi de necessitatibus Ecclesiae et Officijs celebraturi convenient ibi sub poena trium marcarum pro edificatione Ecclesiae convertenda. Prelati et Canonici praesentes manentes ad processiones omnes et Thurificationes conveniant et ipsis interesse sub poena unius florini in edificationem Ecclesiae convertendi. Missas obligatas absolvant et ut negligentia animadverti possit, hoc ordine. Feria secunda Canonicus Praedicator leget Missam pro defuncto Sacerdote, Canonicus de Anna eodem die de Sta Catharina. Canonicus Auniversalis de Defunctis eodem die. Feria tertia Canonicus de Anna unam Missam leget de Sta Anna. Canonicus Corporis Christi primi Ministerij unam Missam leget pro defunctis. Feria quarta Canonicus Corporis Christi 2di Ministerij primam Missam leget pro Peccatis. Canonicus S. Antonij eodem die Missam leget de Passione Domini. Feria 5ta Canonicus

Corporis

Corporis Christi Anni Ministerij Missam leget de Corpore Xsti eodem die. Cancus Sæ Annæ Missam leget pro defunctis. Feria sexta Cancus Prædicator unam Missam leget de Passione Domini, Cancus Corporis Corporis Christi eodem die Missam leget pro defunctis. Cancus Quatuor Evangelistarum tertiam Missam leget eodem die pro defunctis. Sabbato Canonicus Annuntiationis B.M.V. Missam leget de Beata Virgine. eodem die Canonicus S. Antonij Missam leget pro peccatis. Die Dominico Canonicus Sæ Annæ leget Missam de tempore. Canonicus SS. Apostolorum Petri et Pauli Missam leget de Sancto Nicolao. Missæ autem hæ legantur immediatè ante summam, neq simul duo procedant, sed successivè unus alterum sequatur. Prælati et Canonici singuli suas septimanas regulent, Missasq suis septimanis diebus Dominicis vel Festis per se vel per Canonicos Fratres cantent sub pœna duodecem grossorum, ex quibus octo pro fabrica Ecclesiæ, et quatuor pro Vicario cantante in defectu Canonici convertantur, qui supplere debent per Hebdomadarium defectum Canonicorum. Vicarij singulis diebus Dominicis et Festis cum Scholaribus matutinum cantabunt, diebus vero ferialibus et ad populum non solennibus in choro superiori sonora voce recitabunt. Missam in Aurora pro familia Parochianorum singulis diebus juxta fundationem legant. Horas Canonicas cantent, Martyrologium in prima recitent. duas Missas maturam diebus ferialibus per se et diebus Dominicis, diebus vero solennibus festis cum Scholaribus et summam cum ijsdem cantent. Missas tres lectas pro defunctis ultra Missas supranominatas nempe unam feria tertia, alteram feria quarta, tertiam feria quinta in septimana legant. Vigilias defunctorum unius nocturni cum Missis pro defunctis laudibus non prætermissis singulis quatuor temporibus cantabunt. Vicarij ijsdem Prælatis et Canonicis Ministrantes ad altare nusquam ab altari recedant, neque celebrandarum Missarum causa, quas ante absolvere debent, loca sua juxta rubrum Missalis in Ministerio attendant, per Ecclesiam non discurrant, sub pœna duorum grossorum. Fraternitates diebus Dominicis

minicis et Festis Solemnioribus intra Missas Maturam et Summam et Vesperas utrasque maxime circa thurificationem accendant in altaribus sibi assignatis. Vicarij Gregorius, Joannes, Nicolaus Directorium Polanei et compendium manualis Navarrae sibi emant, et simul cum Libro agendorum diligenter legant et in ijs se exerceant. Haeretici intra hanc Parochiam manentes, nempe Simon Aurifaber, Ludovicus Aurifaber, Donatus Aurifaber, Joannes Hungarus Aurifaber, Antonius Aurifaber, Krosner, Plichta, Natimiec Sutores, Martinus Schychter, Sebastianus Cymermon Pictor, Mathias Balneator, et reliqui qui invenientur per Hebdomadarium et maxime Joannes Lechtel Miechownik qui concionari dicitur ex diligentia D.D. Praelatorum moneant, ut Haeresim deserant et Ecclesiae reconcilientur, quod si facere noluerint, terminus eisdem coram Illustrissimo pro die executioni Visitationis praesentis assignanda assignetur.

Erectio Canonicatus Concionaturae in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum

In Nomine Domini Amen Joannes Konarski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Cracoviensis ad perpetuam rei memoriam. Inter multiplices Nostrae solicitudinis curas illam imprimis pro Nostro Pastorali Officio libenter suscipimus, ut quae salubria et laudabilia sunt cultumque Divinum in Ecclesia Dei et animarum Christi fidelium salutem concernunt, eaque ut nostro tempore non solum cuivis lucent, sed etiam ad Pastores cum omni consuetudine atque firmitate peragentur. Proinde Nos universis et singulis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris, quorum interest intererit seu interesse poterit quomodolibet in futurum tenore praesentium significamus. Quomodo Venerabilis

Vir

Vir Dnus Mathias de Brzeznica Artium Liberalium Baccalaureus Canonicus Sandecensis in remedium suorum peccaminum, et prout copiosus in Misericordia Dominus, qui de sua abundanti pietate corda fidelium ad suae Divinitatis obsequia devotionis ardore succendit. devotione erga Deum Optimum maximum accensus, ut animi ipsius non desint perpetua in terris obsequia, sed continuo perorent pro salute animae suae ex debito ad Dnum Deum fundant existens mente et corpore sanus ac ut dicebat intra se et cum peritis alijsq amicis suis salubri praehabito consilio coram Nobis personaliter constitutus, tenens et habens suis manibus certam notam ex actis Vicariatus Nostri Cracoviensis exscriptam Emptionem et venditionem census Annui duodecem Marcarum numeri et monetae Polonicalium super Bonis villarum Zawadski et Wilgoszcza latius ibidem expressis per Generosos Dominos Hedvigem de Zakliczyn relictam olim Stanislai Pukarzowski, Stanislai et Joannis Puchaczowski ipsius filios venditi in se continentem necnon Literas Consensus Regiae Majestatis easdem coram Nobis reposuit cujus quidem census emptionis et primo Consensus tenor sequitur et est talis. Sigismundus Dei gratia Rex poloniae Magnus Dux Lothuaniae Russiae Prussiae &c Dominus et Haeres significamus tenore praesentium Universis quia nos annuentes precibus Generosi Stanislai Pukarzowski Aulici nostri fidelis, dilecti, habendoq debitam rationem servitiorum et meritorum ejus, ipsi et Generosae Hedvigi de Zakliczyn Matri ac Joanni Fratri ejus Censum annuum duodecem Marcarum numeri et monetae Regni nostri in et super Bonis seu villis ipsorum Haereditarijs Zawadska et Wilgowszcza in Terra Cracoviensi consistentibus cuicunque vel quibusvis personae seu personis spiritualibus Regni nostri pro quocunq Beneficio Ecclesiastico jam pridem erecto vel de novo erigendo coram quibuscunq Judicibus Spiritualibus vel Saecularibus Regni nostri harum authoritate functuris in vim tamen et titulum Reemptionis alias na Widerkauff pro justa et in talibus dari solita pecuniarum summa reddendi inscribendi et resignandi consensimus et admisimus consentimusq et admittimus per praesentes. et Ecclesiasticas Personas Beneficij illius erecti vel erigendi pro tempore Possessoris ejusmodi censum duodecem marcarum exigendi,

136

levandis et singulis annis iuxta condicionem inscriptionis et contractus persolvendum. Quem quidem censum iustum modo inscribendo et vendendum libertati et immunitati Ecclesiastice admittimus incorporandum, prout pro ejus repetitione et omni actione ad Vestrum Judicij Spiritualium recursus habeatur, nisi ad ejus exemptionem per ipsos Hedvigim Stanislaum et Joannem vel ipsorum successores fiend. Volentes nihilominus ipsos et posteritatem ipsorum predictarum villarum Horedes ad quamlibet Bellicam expeditionem ospe obligatum, eo minime obstante quod idem census Ecclesiasticis immunitati sit adscriptus et incorporatus, harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum Datum Cracovie Feria Sta proxima ante festum Sce Marie Magdalene Anno Domini 1510 Regni vero duodecimo. Petrus Episcopus et Vicecancellarius Lecta et relata Edi in Christo Patris Dni Petri Episcopi Premisliens et Regni Poloniae Vicecancellarij. Registrata denique et soluta Laudemiorum Venditionis census prefati ex Actis Vicariatus extracterunt. Nicolaus Bedlinski Scholasticus et Vicarius in spiritualibus Generalis Cracovienses significamus tenore presentium universis et singulis presentibus et futuris presentium notitiam habituris quibus expedit, quomodo nos revolventes acta nostra curia quendam actum venditionis emptionis obligationis et inscriptionis census annui Recemptionalis tenoris in transcripto de Anno Domini 1510 die vero Veneris Vigesima tertia mensis Julij reperimus contineri, quem ad instantem petitionem Vestri Domini Mathie de Brzezmica Artium Baccalaurei Canonici Sandecensis et Prebendarij Castri Melsztyn nil addendo vel minuendo quod facti substantiam immutare queat petistis duximus transcribendum transsumendum et transexemplificandum prout tenore presentium transsumimus et transexemplificamus per presentes. Tenoris vero dicti actus venditionis emptionis et obligationis inquirendi talis est qui sequitur de verbo ad verbum in hunc modum. Anno Dni Millesimo Quingentesimo Decimo octavo, die vero Veneris Vigesima tertia Mensis Julij. Coram Reverendo Patre Domino Nicolao Bedlinski et in spiritualibus Vicario Generali Cracovienski Generosi Domini Hedvigis de Zakliczyn relicta olim Generosi Domini Stanislai Buchaczowski Stanislaus et Joannes Buchaczowscy ipsius relicte Horedes villarum Zawadki et Wilgoszcza in terra Cracovensi et Districtu Lelovienski constitutum personaliter constituti omnes manu corporata et divisa ac in solidum et unus pro alio cavendo

et sese

et se se principaliter debitorem ponendo suis et earundem omnium suarum villarum Heredum et Successorum necnon Cmethonum et Incolarum presentium et futurorum nominibus, de ipsorum Patrihabitione cavendo omnibus melioribus modo via, jure Stylo quibus melius et efficacius de jure potuerunt et debuerunt, non vi, fraude dolo aut alia quavis iniqua machinatione seduci aut circumveniri, sed ut dicebant bene deliberati et freti salubri consilio amicorum suorum pro eorum urgenti et pregnanti necessitate, et ad eximendum medietatem ville Iwgore distanti uno Miliari a Lelow et Constitutam in Terra Cracoviensi et Districtu Lelowiensi Duodecim marcas pecuniarum numeri et monete Polonicalium marcam in quamlibet quadraginta sex grossos computando receptibilis et protempore currentis, in et super censibus fructibus, proventibus utilitatibus agris pratis, pradijs piscinis sylvis nemoribus gais molendinis campis et emolumentis universis predictarum villarum Zawadka et Wilgoszcza ipsorum Hereditariarum, proprijarum et nemini obligatarum, et in quibus villis Lehn dicto Pano de Zakrzyn dos est reformata, de hujusmodi fructibus consilibus proventibus utilitatibus agris pratis pradijs piscinis sylvis, nemoribus gayis molendinis campis et emolumentis quibuscunq; nominibus censeantur primitus, nil accipiendo nec pro se vel Heredibus et successoribus ipsorum vel alterius eorum reservando, dictaq; Domina Hedwigis dotis sibi in et super dictis villis Zawadka et Wilgoszcza reformata per expressum eidem renunciando Venerabili Domino Mathiæ de Brzezinica Artium Liberalium Baccalaureo, canonico Decenti et Prebendario Castri Nowitzyn pro Quingentis florenis monete Polonicalium florenorum numeri et monete Polonicalium florenum in quamlibet grossos triginta computando in Vim tamen et titulum Redemptionis fiend alias ne Weder Kauff vendidis se, integrè et effectualiter ac realiter eorundem Quingentorum florenorum Solutionem pro hujusmodi censu duodecim marcarum vendito ab eodem Domino Mathia de Brzezinica per manus Venerabilium et egregiorum Dominorum Stanislai Biel de nova Civitate et Michaelis Parisiensis Canonici Ecclesie Sancti Floriani in Kleparo sacre pagine Professoris recepisse habuisse et levasse recognoverunt et eorum quilibet recognovit, de quibus eundem Mathiam de Brzezinica ad Plenos Dominos Doctores Stanislaum et Michaelem de eorum manibus dictas pecunias proprias dicti Domini Mathie

receperunt quietaverunt et per presentes quietant, ac easdem duodecem
marcas census prefati sic ut prefatur venditi hic ad eadem resigna
runt ac in posterum ubicunq et coram quocunq Judice in quantum
opus fuerit resignare, et Inscriptionem ejusdem census hinc et ad festum
Sancti Martini proxime venturorum ad librum Castri Cracoviensis
introducere se submiserunt, et ipsum Dominum Mathiam de Brie
tnica sive illum cui cui ille census per Dominum Mathiam datus
et assignatus fuerit, antequam Altare pro Predicatore Verbi Dei
in Ecclesia Omnium Sanctorum Cracoviae erectum fuerit, postquam
vero erectum fuerit per ipsum Altaristam et Predicatorem habent
tenent recipient levandum possident et in usus beneplacitos ex tunc
prout ex nunc, et ex nunc prout ex nunc usq ad ejusdem census re
alem et actualem reemptionem obligarunt inscripserunt et eorum
quilibet obligavit et inscripsit cum omnibus suis earundem villarum
Heredibus Successoribus Procuratoribus sive Factores Heredes ac
Cmethones pro tempore existentes toties quoties in solutione dicti cen
sus premisso modo fuerint remissi vel negligentes per Dominum in
Spiritualibus Vicarium aut Officialem Generalem Cracovien pro tempo
re existentes, unica duntaxat monitione novem dierum in valvis
Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis per publicum edictum aliquo die Do
minico aut festo premissa contra ipsos Domines Venditores et earum
dictarum villarum Heredes Successores Procuratores sive factores et Cme
thones pro tempore existentes ferent usq ad sententiam interdicti in
clusive, quibus quidem sententijs censuris et poenis Ecclesiasticis
ipsi Domini Venditores et quilibet eorum renuntiando constitu
tioni Avelianae et Epistolae Domini Adriani cum omnibus suis He
redibus Successoribus Factoribus et Procuratoribus ac Cmethonibus
presentibus et futuris, de ipsorum etiam ratihabitione coram se
submiserunt, ac censum hujusmodi duodecem marcarum pecu
niarum pro quolibet festo Nativitatis Domini hic ad Acta
ad Civitatem Cracoviensem per se seu suos nuntios proprijs impen
sis portare. Et interim autem donec finalis dispositio ejusdem
census facta fuerit in manus eorumdem Dominorum Stanislai
et Michaelis Doctorum sive alterius illorum cum effectu sol
vere sub ipsdem censuris et poenis Ecclesiasticis, ac etiam per

duos

dnos Cnethones cum sufficientibus mandatis et parte universitatis omnium Cnethonum profatarum dictarum Zawadka et hr Igszera mittere statuere et locare, ad eadem recta ad approbandum et ratificandum eandem Inscriptionem et eidem se subjiciendum cum omnibus successoribus hinc et festum S. Martini proxime venturum se obligarunt, omnibus exemptionibus appellationibus rationibus, indagis subterfugiis cujuscumque negotij Reipublicæ ac expeditionis bellicæ et quibuscunque juris et facti cautelis quæ quovismodi censui solutionem pro quota prohibet recte valituris. Quia hic ad tractandum, seu impedire et excusare valentibus per expressum renunciando, ac à jure eorundem proprio se restituendo et huic se subjiciendo et obligando. Promittentes Pfalt. Dominus Venditores se ac suos omnes successores et Hæredes firmiter et obligarunt profatos Dominos Mathiam de Brzezina et illum cui dictus census per ipsum datus et assignatus fuerit modo pacto ab omnibus dationibus exactionibus Regni et Regalibus expeditione bellica ac aliis omnibus inventis et in posterum provenire inveniendis, interdare evincere et indemnes reddere, Licebit tamen eisdem Dominis Hedvigi Stanislao et Joanni Venditoribus et eorum cuilibet successoribus et successoribus Pfatum censum duodecim marcarum quando voluerint seu alter eorundem voluerit uno semestri redimere et eximere. Verumtamen ante hujusmodi exemptionem dicti census fiend ipsum dictum Mathiam de Brzezina, aut illum cui dictus census per eum datus et assignatus fuerit, ac successores ipsius pro tempore existentes ad minus ex mensibus avisare, et tunc dictam summam [illegible] jentorum florenorum hic tractavit una cum censu pro tunc retento dare realiter et cum effectu pro dicti census vicendo reponere debebunt seu alter eorum debebit. Interim autem et donec dictus census non fuerit receptus Pfatus Dnus Mathias et emptor census aut ille cui dictus census datus et assignatus fuerit eadem Varsem Zawadka et hr Igszera cum tertius debent tolerare pacta conventionem contractus receptionis aut alias prout de jure ad arbitrium boni viri tolerare debebit, et Inspector Pfalt. Dominus Hedvigis Stanislaus et Joannes venditores Dominis Emptoribus Regiæ Majestatis consensum de supra obtento facto realiter et in scriptis tenoris infrascripti tradiderunt et dederunt

pro majori tamen subsistentia et firmitate omnium et singulorum premissorum habenda Qtali. Dñi Hedvigis Stanislaus et Joannes Venditiones coram Qtali et Venerabiles ac egregii viri Domini Stanislaus Biel de nova civitate Decanus et Michael Parisiensis Canonicus .. Floriani in Klepacz sacre pagine Professores ad hujusmodi causas emptionem et asserunt per decretum Dñum Matthiam de Brzezinica deputati venditionem et emptionem coram Qtali omnia et singula premissa hic et nunc per Dñum in spiritualibus Vicarium admitti approbari et ratificari de rerum authoritate ordinaria veritas et decretum apponi petierunt et postulaverunt. Qui quidem Dñus in spiritualibus Vicarius hujusmodi petitionem dictarum Partium attendens fore pretam et consonam rationi. coram venditionem et emptionem Qtali omnia et singula Qmissa quantum de jure ordinis approbavit authoritatemq ordinariam pariter et Decretum interposuit - Presentibus Venerabili et discretis Dñis Gaspare Podlasii Decano Ecclesie Collegiate Oñm .. in Cracovia Bartholomeo Joannis Bartkowski, Martino Nicolai Wolski notarijs predictis et Matthia Lubiatkowski Clerico Cracovien et Posnan diocesis circa Qmissa testibus vocatis et rogatis et ibi Bartholomeo Bartkowski quo supra et Apostolica et Imperiali authoritatibus notario Publico. Tenor vero consensus Regie majestatis unde supra fit mentio sequitur et est talis Post quarum quidem literarum Qnsertarum tenorem et receptionem nobis et per nos ut Qmittitur facti primus pro parte memorati Dñi Matthie de Brzezinica Costodis Landecensis et hujusmodi Altaris dotatoris per egregium Virum Magistrum Stanislaum Biel de nova Civitate Canonicum Cracovien et Rectorem studij Cracoviensis et per Vole. Dnos Paulum Wiszowski Prepositum et Gaspar Podlasii Decanum Ecclesie Collegiate Omnium Sanctorum in Civitate Crac: debita cum instantia requisiti fuimus gratanus verum Canonicum et Prebendam ultra de aliqs Canonicatus in Eadem Ecclesia Cracovien eis prebendam duodecim marcarum assignare et officium Predicature et alia onera adjungere et adscribere, dictoq Canonicatui et Prebende seu Altari cui officium Predicature erigere et assignare confirmare robur perpetue firmitatis et authoritatis manum pariter ac decretum interponere et literas desuper necessarias et opportunas decernere et concedere dignaremur. Nos igitur

Joannes

Joannes Episcopus memoratus ne aliqui in hac parte celeritate Decreti et confirmationis prejudicium facere videamur Nostras Litteras nil vim seu Literas ut moris est contra omnes et singulos communiter vel divisim occasione predictorum Interesse putantes Quoque prorsus tangere poterit negotium, ante omnia prefinitum duximus et premittimus, in terminoq; prefixo nemine talem legitime contradicente Jus novum Canonicatus et Prebende ultra alios Canonicatus et Prebendas in dicta Ecclesia Sancti Altare Secundi Ministerij assumptionis Beate Marie Virginis circa cathedram Predicationis dicte Ecclesie positum creavimus et erexerimus, dictoq; Canonicatum pro Prebenda seu dote duodecem marcas pecuniarias Census annui in quibusdam Litteris obligationis ac conversus de gratia ultra quatuor marcas per Gratos Dominus Episcopum et Decanum Predicatori pro tempore existenti solvi consuetas assignavimus, officiumq; Predicatoris et alia in prescripta onera addidimus annexuimus ac adjunximus, prout erigimus assignamus adjungimus fundamus incorporamus, ratificamus confirmamus ac Literis nostris exaramus in Dei nomine per Presentes. Ut autem Gratus donator et dotator Gratie hujus fructus hujusmodi donationis consequi possit, formaq; modus et ordo circa officium hujusmodi Predicatoris ac onerum ad Canonicatum et Prebendam seu idem Altare nomine ipsius per ipsum Petrum Stanislaum Bied Sacre Theologie Professorem et de Venerabilium Dominorum Pauli Kiastouski Prepositi Sacrarii Podlassiei ejusdem Ecclesie Decani Prelatorum consensu deinceps perdurare, Statuimus et Ordinamus quod dicti Prelati Prepositus et Decanus pro tempore existentes vel ipsa Ecclesia Omnium Sanctorum dicto Canonico ad Altare nove erectionis et secundi Ministerij et Dotis Ecclesie ratione Officij Predicationis teneatur et debeat providere perpetuis temporibus de Apparatu, unio. libris, calice ampullis pro missis ejusdem Ministerij secundis juxta ordinationem infrascriptam. Teneantur etiam Gratus Prelati Prepositus et Decanus ei providere dare et solvere de proventibus suis singulis annis quatuor marcas, quas ex antiquo et prioribus temporibus solvebant Predicatori suo Ecclesie pro tempore existenti. Itaque idem Predicator et Canonicus habebit de proventibus et intratis singulis annis duodecem marcas pecuniarum

Prepositus et Decanus debent donatori Salarium

pro sua in tali officio sustentatione, et insuper more aliorum Canonico-
rum ejusdem Ecclesiae gaudebit Almutio et erit unus de numero
Canonicorum habens vocem et ordinem in Capitulo ac stallum
in choro. Quiquidem Canonicus seu Praedicator pro tempore
existens dum et quoties praesertim in absentia supradictorum Dnorum
Praepositi et Decani Officia Divina ad altare majus tanquam coeta-
ris Canonicis praestantior in festis celebrantibus majoribus sup-
plebit requisitus ipsorum nomine. Volens autem gaudere redi-
tibus et emolumentis Canonicatus et Praebendae sine eodem prae-
dicationis officio et Altari, quod quidem erit erectum sed manuale
sit, qui actu ac personaliter residere velit Cracoviae circa eandem
Ecclesiam existens manualis sine investitura et sine quavis in-
stitutione Ecclesiastica aut ordinaria vocatus et assumptus ex
causis legitimis et rationabilibus amovibilis ab eodem, ita quod sit
vir aptus idoneus et efficax ad tale officium, hoc est facundus elo-
quens et exemplaris populo et suae Ecclesiae praelatis pro tem-
pore existentibus et Patronis sive Collatoribus per omnia gratus
et acceptus, sit quoque qualificatus hoc est graduatus seu in Uni-
versitate Cracoviensi legitime promotus, aut per publicam respon-
sionem eidem incorporatus sit Doctor aut Licentiatus vel Sacrae
Theologiae aut ad minus Magister Artium in Universitate Cracovi-
ensi qui intra decursum unius anni tenebitur et erit obligatus sub
amissione ejusdem promoveri ad gradum Baccalaureatus in eadem
Sacra Theologia ubi id competenter facere poterit. Item quod
idem Canonicus ~~seu~~ et Praedicator libere exerceat suum officium nec
~~retineatur~~ impediatur aut retrahatur ab eodem quaesito colore usurpandi vel
appropriandi illud vel altare pro eo erectum per Praelatos Ecclesiae,
etiamsi aliquis eorum talis sit qui hoc ipsum officium praedicatio-
nis ferre et explere per se posset. Ubi tamen aliquis praenomina-
torum Praelatorum velit hoc ipsum officium praedicationis adscri-
ptum Altari in se acceptare et per se populo Verbum Dei prae-
dicare, nihilominus Praedicator suis proventibus gaudebit occasio-
ne Missarum eidem impositarum, et Praelatus per se praedi-
cans absolutione duarum marcarum quas ipse solitus est solve-
re Praedicatori de suis proventibus liber erit. Ubi autem et Al-
tare velint ipsi Praelati pro se convertere, et officium legenda-
rum Missarum realiter subire ac Canonicatum illum extingue-
re Patronorum erit id non admittere et se pro defensa ordi-
nationis factae opponere, personam idoneam authoritate ordi-
nam

narij Plentatan vel presentandam defunctj. Item quod
idem Canonicus et Predicator manualis Prelatis suis pro tem-
pore existentibus aliorum Canonicorum et Altaristarum in par C
si absentia deferat, obediens eisdem in omnibus licitis et ho-
nestis et precipue in his, que Medicationis officium contingunt.
ita non sit longior aut brevior, durior aut laxior in verbis mi
quantum temporis quantitas requirat et honestas videbitur
expedire. Item sit omnibus et singulis hebdomadis per
anni circulum decurrentibus obligatus sub pena excommu
nicationis ad legendum per se vel per alium sacerdotem
idoneum duas Missas circa Altare sui ministerij, primam
de omnibus sanctis cum collecta pro Sancto v. Sacerdote
vivente Interim quod vivit supra scriptus donator. seu funda-
tor, et post mortem ejus pro sacerdote mortuo. Secundam de
quinque vulneribus Christi Videlicet Humiliavit semet-
ipsum Dnus cum Passione Johannis Egregius Jesus, vel alia
ad placitum secundum ordinem vicibus alternatis cum colle-
cta pro Sancto mortuo pro olim Domino Spitkone Melsztyn-
ski Patrono et Collatore olim Ecclesie Omnium Sanctorum, et
in Sermonibus pro utroque Donatore. ~~seu Fundatore Altaris~~
et eodem Spytkone Domino Melsztynski papetus memoria seu
exhortatio fiat per eundem Predicatorem ad quod sit adstrictus
sub eadem Excommunicationis pena. Item quod talis Sane-
rius sit adstrictus ad predicationem Verbi singulis dic-
bus Dominicis et Festivitatum per totum anni circulum
occurrentibus et similiter in Adventu Domini et Quadrage-
sima diebus predicare solitum est ex antiqua in Ecclesia
Omnium Sanctorum, nisi tunc aliquis Prelatorum in propria
persona velit pro sua devotione aut officio certis solennitati-
bus majoribus predicare et in quo casu tenebitur sibi eidem
et tanquam suo Majori deferre Item quod talis Sane-
rius teneatur et sit adstrictus ad predicandum Verbum Dei
diligenter et efficaciter in propria persona nisi haberet gravi
egritudine impeditus in quo casu teneatur alium locum su
pplere idoneum de consensu et scientia Prelatorum Patronorum
ordinarie. Ubi autem frequentius predicare neglexerit, aut
tepide et minus expedite predicare, vel negligentia sua audi-
entiam amitteret, nec esset gratus Prelatis et populo extunc

per Patronos cum consensu Prelatorum amoveri ab eodem Canonicatu et Prebenda seu Altari et Officio predicationis poterit, et alter in locum ejus substitui magis idoneus et acceptus. Idem intelligendum erit ubi esset scandalosus et moribus incompositus seu minus honestus aut aliquo vitio reprehensibili laborans, quo sermo suus vilesceret, et minus gratus redderetur, sed ut talis Canonicus et Predicator pietatis et populo gratior et acceptior sit, utq electio Dominorum Patronorum sit efficatior et absq querela, Statuimus quod talis electus antequam vocabitur sit in probe predicans publice Verbum Dei in Ecclesia per Universitatem. Item specialiter de consensu dicti Dotatoris ordinamus et decernimus quod Ordinationem nominationem seu electionem Personae idoneae ad Officium Predicatoris et onera prenarrata explenda Canonicatus et Prebendae sive ejusdem Altaris et Officij predicationis habeat in vita sua principalis Fundator Dnus predictus Mathias Custos Sandecensis una cum prenominato Commissario seu Procuratore et Ordinatore Magnifico Stanislao Biel post mortem autem eorum perpetuis temporibus illud devolvi et perpetuo pertinere volumus pronuntiamus et decernimus ad Venerabiles et Egregios Viros Dominos Sacrae Theologiae Professores de Domo duntaxat Collegij Majoris Artistarum Cracoviensis una cum Praeposito ejusdem Domus pro tempore existente convocatos et collegialiter congregatos, pro ejusdem electione per Seniorem Doctorem seu Theologiae Professorem ejusdem Domus, et ubi idem esset negligens et recusaret convocare eosdem pro Persona idonea eligenda, extunc immediate eum sequens pari authoritate potiet convocando eos, qui habebunt plenariam authoritatem eligendi, et ex causis predictis alienandi seu amovendi talem Canonicum Predicatorem seu Altaristam cum Consensu Prelatorum Decani et Praeposita. Ita videlicet quod post electionem de eo factam de Scientia et voluntate Nostris praesentabunt ipsis Prelatis pro tempore existentibus. Quem si acceptabunt et in eum consentient, electio procedet et rata permanebit. quod si ipsi Prelati Praepositus et Decanus non consenserint in electionem per dictos Doctores ad electionem alterius procedere tenebuntur, nisi tunc evidenter recognosceret tales Prelatos pro tempore existentes malevolenter et sine causis rationabilibus talem electionem repellere conari, in quo casu recurrent Patroni et tales Electores

atores ad Loci Ordinarium seu ejus Vicarium in spiritualibus et
pro quo ille gratificabit ad illum et in illum Prelati inter se tenebun
consentire, Et cum pro Canonico et Predicatore hujus Ecclesie suscipere
et e converso Dominj Patroni Jentes et futuri talem Canonicum et Pre
dicatorem ab Ecclesia grata omnium Sanctorum et Officio Predicatu
re sine causa legitima et ex malevolentia vel odio grauiori contra
talem Canonicum concepto alienare tentaverint et voluerint, quod
facere sine certa Scientia et expresso consensu Nostro et Dominorum
Prelatorum negotiorum poterint. Casu vero quo dicti Nobiles Gra
Jedrigis Boga Cracouska cum suis ejusdem Stanislao et Joanne
aut eorum successores dictum censum duodecim marcarum exime
rent vel eximere vellent ex tunc Nomad Capitalem Trigentorum
florenorum pro mediam sexagenam in manus Dominorum Patro
norum supranominatorum scilicet Dominis Collegij majoris et
professorum Sacre Theologie in eo commorantium cum Scitu Sa
nonici seu altaristæ ac Predicatoris et consensu Dominorum Prelatorum
Prepositi et Decani Ecclesie Olim Loci pro tempore existentium
reponere debent, qui tali pecunia habita tenebuntur quocunque
limitem censum aut majorem pro Regressu dicti Canonici et Predi
catoris cum diligentia qua majori poterint. Canonicus vero
seu Predicator pro tempore existens omnia onera tam Predicandi pro
Jubilaeum explectionem complere et continuare debebit et tenebitur.
In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum
Nos Petrus Dei gratia Episcopus publicum Instrumentum fundationis hujus Pre
dicaturæ in se continens scindi fieri et per Notarium
Nostrum infrascriptum cum sacri impressionis cerae Nostri scribam
subscribi ac sigilli nostri appensione mandavimus muniri et fecimus communiri. Actum et Datum Cra
couie in curia nostra Episcopali Anno Domini Millesimo Quingentesimo 1522
Vigesimo Secundo Indictione decima die Sanctificati vacante die
vero 20 Martis Quinti. Presentibus ibidem Reverendis Nobilibus,
Honorabilibusq; viris Dno Petro Konarski Custode et Canonico Cracouiensi
Dno. Laurentio de Stupera Decretorum Doctore Studiorum Sebastia
no de Felsztyn Capellano, Nobili Wenceslao Strzezonski Notario Curie
nostre, magistro Andrea de Cracouia Predicatore, Stanislao de Na
va Civitate et Nicolao de Karniowice Vicariis perpetuis Ecclesie Col
legiate Olim S. in Cracouia Testibus ad hoc premissis.

Ex Libro Privilegiorum et Electionum Ecclesiæ Sancti
Patris Joannis Kanthi Ord. Erem. Cracoviæ extractum

et huc in hoc folium de verbo ad verbum per me M. Casimirum Jarmundowicz Phae Doctorem, Canonicum Ecclesiae OO. SSmi et Capituli ejusdem Procuratorem fideliter transumptum A° 1737.

Probatur Possessio

Census supra inserti per Concionatores Canonicos recipi soliti.

In Actis Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus A° Domini 1590 sunt duae Quietationes de censu recepto.

Item In Actis Trzebicsei Epi Crac A° 1642 ultimis Junij

Item in Actis Lipnicki A° Dni 1645 d 6 Februarij

Item Anno Domini 1649 d 22 Januarij

Item in Actis Rdmi Nicolai Oborski 1663 d 26 Februarij

Item ibidem A° 1664 d 6 Octobris

Item Anno 1625 16 Aprilis. Item Veneris 21. Aprilis 1595. Krasinski Off

Item 1596 d Mercu. 6. Martij Augetur 1mo. Summa Capitali florenorum 100.

Actum in Praetorio Crac. Feria 3tia post Dominicam Judica proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Decimo Sexto.

Coram Officio Consulari Crac personaliter comparentes Famatus Joannes Bergli Chirurgus et Honesta Susanna Conjuges Cives Cracovienses hic per se haec vero per Famatum Joannem Wereszczynski Chirurgum Civem Crac: ad hunc Actum Tutorem assumptum et sententia Officij praesentis approbatum conjunctim et Invisim unus pro altero cavendo palam ubereq recognoverunt. Quia videlicet ipsi censum annuum Reemptionalem Sex florenorum Polonicalium idq à summa centum florenorum Polonicalium grossis 30 computatorum è manibus adm Rdi Dni Sebastiani Nagrodij Siradiensis Collegae Majoris Decani S. Floriani et Ecclesiae Collegiatae OOm Sanctorum Praepositi d juxta dispositionem Honesti olim Nicolai Luborackii Artis Chirurgicae Socij sub data Testamenti Feria 4 ante Festum Circumcisionis Domini Anno ejusdem Millesimo Sexcentesimo Decimo quinto levata et percepta super Sortibus suis propriis Domus lapideae Zybeychenerowska appellatae in platea

Sae Annae

Se Anno inter Domos lapideas Generosi Capitanei Cheicinensis et Regni Gladisei & ab una et Famati Seraphini Grab Civis Cracovien. ab altera partibus consistentes venduntet in scribunt in hunc tenorem Recemptionis alias na Widerkauff. Quem quidem censum ex florenorum Polonicalium Recemptionalem Supradicti Venditores Recognoscentes solutos se cum suis Successoribus obligaverunt et firmissime inscripserunt ad manus Supratactae Ecclesiae Collegiatae Omn. SS. Concionatoris et pro tempore existen. vig pro quolibet festo Sacri Paschatis incipiendo ab eodem festo Paschae in anno Dni 1617 proxime venturo, et sic consequenter de anno in annum cum solutione continuando, quod pro tota Capitali Summa Centum florenorum Polonicalium cum censu ab ea provenientes super ipsorum sortibus pdicto Domus lapidea reformata permanserit, respectu cuius quidem census Status Concionator nunc et pro tempore existens pro anima Supratacti Testatoris Nicolai Laboracki pro quolibet Quartali Anni unam Missam Live per se live per alium substitutum sacram tum temporis dum Fraternitas Chirurgorum Cracovien. pro defunctis Sacrum Missae Sacrificium expediet celebravie tenebitur et erit adstrictus. Quodsi pdicti Recognoscentes Venditores vel eorum Successores ac Sortium Domus pdictae quovis posthac tempore solutionem census Status pro aliqua vice ha negligerint, et tunc prout ex nunc liberum erit Supradictae Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Concionatori pro tempore existenti omnes tres mensium Juridica positionis gradus Intimationem velevacuationem et ejus executionem ac Collationem simul et semel successivo Juris Ordine omisso se ipsius Recognoscentibus et suis Successoribus ad id nullatenus negligentibus ab Officio Juridico Civili Cracovien. in Sortes domus pdictae ad ipsius tabulam originalem florenorum centum quos et census ab ea provenientes et veteres obtinere et consequi, Sortibus Domus praefatae utpote ejus eadem Sortes possidentibus et percipere tantisper quoadusque tam in Summa Status Capitali quam in censibus ab ea provenientibus nihil exinde vacationis spes fuerit Sortium earundem defalcando: plenarie et integre pacata pecunia Satisfactum non fuerit. Praeterea Supradicti Venditores Recognoscentes obligant et inscribunt se cum suis Successoribus quod durante Summa Status Capitali et censu anno in pdictis censibus recemptionaliter in corpore Status Ecclesiae Omnium Sanctorum Concionatorem nunc et pro tempore existentem ab omnibus exactionibus Contributionibus Regalibus et civilibus antiquis et noviter

personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Cracovien. Generosus Alexander de Brzytek Groth Bonorum Villae Wyczkowice Haeres Sanus mente et corpore existens, recedendo a Terris, districtibus Juribus Jurisdictionibusq. suis quibusvis proprijs et competentibus, se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij praesentis Castren. Capitan. Cracovien. quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq. subijciendo palam libere ac per expressum recognovit Quia Illustri et Adm. Rdo Andreae Krupecki Juris utriusq. Doctori Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae consistentis Custodi moderno et pro tempore existenti Summam Centum Quadraginta florenorum pecuniae Communis Polonicalis monetae et numeri in Regno currentis, florenum quemlibet grossis triginta Polonicalibus computando census annui Reemptionalis pro Summa Capitali Duorum Millium florenorum Polonicalium per Adm. Reverendum Albertum Jodłowski Juris utriusq. Pfrem, Ecclesiae ejusdem Sanctorum Omnium Collegiatae Canonicum data, donata, fundata, et juxta ordinationem Consistorij Cracoviensis convertenda jamq. realiter et effective levata, de qua sibi extradita eundem Reverendum Jodłowski quietat, liberumq. et absolutum facit praesentibus in et super tota et integra villa Wieczkowice cum Curia et Praedio ibidem situatis, in Palatinatu Cracoviensi et Districtu Prossovicensi consistentibus omnibusq. et singulis dictorum Bonorum subditis Incolis Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, agris, pratis, campis Sylvis tabernis, molendinis fructibus proventibus reditibus utilitatibus emolumentis attinentijs et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis, nec pro se suisq. Successoribus aut alio quopiam reservatis, sed Omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra non derogando, in totumq. et plenarie prout eadem Bona ipsemet Recognoscens.

Solus tenuit, habuit et possidebat, tenereq habere et possidere debuit ac ipsum concernebant eidemq legitime serviebant perpetuo et in aevum. In vim tamen reemptionis alias na widerkaw vendidit et inscripsit prout vendit et inscribit praesentibus Quam quidm summam suprafptm Centum Quadraginta florenorum pecuniae communis Polonicalis monetae et numeri praemissorum Census annui Reemptionalis idem Recognoscens Generosus Alexander Groth, se ac suos successores Bonorumq praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores se et super Bonis suis omnibus suprascripto Illustri et Adm Reverendo Andreae Krupecki Ecclesiae praefatae Omnium Sanctorum Custodi moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat praesentibus quotannis pro duabus temporum rathis. primam quidem Ratham Septuaginta florenorum Polon pro festis solennibus Sacri Paschatis, alteram vero similem Ratham itidem Septuaginta florenorum † Polonicalium pro Festo S. Martini Pontificis incipiendo Solutionem ejusmodi census pro proxime venturo festo Sacri Paschatis, et sic consequenter singulis annis festisceq rathis suprafptis dare solvere et ad manus Adm Rdi Custodis Ecclesiae Sanctorum Omnium moderni et pro tempore existentis mediante quietatione manuali transmittere. Idq sub vadio summae Censuali retentae correspondente praedictum Recognoscentem Generosum Alexandrum Groth. et ejus successores Bonorumq praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores suprascripto Illustri et A. R. Andreae Krupecki Custodi Sanctorum Omnium moderno et pro tempore existenti in casu non solutionis census supra scripti pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendo. Et jam ex nunc idem Recognoscens Generosus Alexander Groth dat et admittit praesentibus suprascripto Illstri et Adm Rdo Andreae Krupecki Custodi Sanctorum Omnium nunc et pro tempore existenti in Bona suprascripta censu praedicto onerata in eodem censu realem Intromissionem cum actuali utifruitione per Ministerialem quemcunque

Sibi

sibi ad id duxerit eligendum jam ex nunc ipsi ab Officio
praesenti additum. Debetque et tenebitur praedictus Re-
cognoscens Gnosus Alexander Groth prout se ac suos Successores
Bonorum praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et
quosvis Possessores de et super Bonis suis omnibus suprascri-
pto Illustri et A. R. Andreae Krupecki Custodi Omnium San-
ctorum moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat
praesentibus, eundem Rdum Andream Krupecki modernum
et pro tempore existentem occasione census praefati et Bo-
norum suprascriptorum eodem censu oneratorum tam
in toto, quam in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus
prioribus et posterioribus, si quae in eisdem Bonis cuicunq
personarum factae et recognitae fuerint, tum ab omni impeti-
tione Juridica quarumcunq personarum Status sexus et conditio-
nis cujusvis existentium in omni Judicio et Officio Regni
toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere ac intercede-
re et ubilibet indemnem reddere. Ita ut praedictus Illustris et
Adm Rdus Andrs Krupecki Custos Omnium Sanctorum moder-
nus et pro tempore existens censum suprascriptum quolibet
anno festis atq rathis suprafflis sine quovis impedimento pa-
cifice et integre percipere queat, Idq sub vadio summae Capi-
tali correspondenti videlicet Duorum Millium florenorum pecu-
niae Polonicalis per praedictum Recognoscentem Gnosum Alexan-
drum Groth. et ejus Successores Bonorumq praefatorum tam in
toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores supra
scripto Illustri et Adm Rdo Andreae Krupecki praefatae Ecclesiae
Omnium Sanctorum Custodi moderno et pro tempore existenti
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad Solvendum
Succumbendo. Pro quibus quidm vadio vel vadijs praefatis
seorsivis et specialibus taliter ad Solvendum succubitis, ac pro
summa Census praefati non soluta, reque aliqua principali
et praemissis non completa citatus existens memoratus Reco-
gnoscens Gnosus Alexander Groth vel ejus Successores Bonorumq
praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quivis Posses-

Jores citati ad Instantiam Suprascripti Ad.mi R.di Andreae Krupecki Ecclesiae Praefatae Omnium Sanctorum Custodis moderni et pro tempore existentis ad Officium Praesens Castrense Capitaneale Cracoviense. Ex tunc recedendo ut supra a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq. suis quibusvis proprijs et competentibus, se vero cum Successoribus Bonorumq. Praefatorum tam in toto quam in parte Haeredibus et quibusvis Possessoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij Praesentis Castrensis Capitan. Cracovien. quo ad respondendum et Inscriptioni Officij Praesentis in toto satisfaciendum plenarie incorporando, in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere. Provadysque Praefatis Seorsivis et Specialibus ac Summa Census Praefati non soluta regne aliqua principali ex praemissis non completa tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit ac tenebitur, seq. ac Posteros suos Bonorumq. Praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores obligat, Ipsum primum peremptorium Terminum et alios omnes consequentes Causae ejusd.m Termines semper peremptorios vera infirmitate, pro majori, minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad quietationem ultra spatium duarum septimanarum Officij Praesen. Castren. Capitan. Cracovien. dilationem sibi non recipiendo, nullasq. motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus ac triplicatis, evasionibus fatalijs Juris, praescriptione Terrestri, bello conventioneq. et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. Praesenti Inscriptione ad praemissa mediante. Actum in Castro Cracoviensi Feria quarta post festum S. Lucae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo nonagesimo Tertio. Locus X sigilli, Carexit Marcinkowski ~~[illegible]~~ propria

Perillustris et Rend.mus Dominus Suffraganeus et Officialis Gnralis Crac. Supramemoratus visis Cridae Literis debite executis, visa quoque Inscriptione Officiosa in Officio suo

producta

producta, ante omnia Interessatos quosvis pro die et termino hodierno Citatos et non comparentes contumaces prout merito erant suadente Justitia reputavit, et in eorum contumaciam praeinsertam Inscriptionem ab omnibus et singulis illius punctis, clausulis articulis nexibus ligamentis et conditionibus universis approbavit, confirmavit, ratificavit, robur authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decretum desuper apposuit, summam eandem una cum censu ab eadem proveniente Libertati et immunitati Ecclesiasticae atq Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae ejusq Custodi in vim auctionis dotis adscripsit, applicavit et incorporavit. Onera intuitu percipiendi ejusmodi Census (salva ipsius perceptione Actori ad vitae tempora reservata:) quatenus Custos Ecclesiae Collegiatae Sanctorum omnium Cracoviae, pro tempore existens, unam Messam in mense et Anniversarium in Anno quolibet pro animabus Thomae et Sophiae per se vel per suum Substitutum in Capella dictae Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium absolvat imposuit, et ad explendum sub onere conscientiae obligavit. Et ut de hujusmodi censu Custos pro tempore existens florenos Octuaginta duos pro se tollat reliquum vero videlicet quadraginta florenos pro anniversario et Tricesima absolvenda extradat, pro Cera et vino floreni Duodecem ad Sacristiam et Concionatori praedictas animas commendanti floreni sex solvantur statuit ordinavit et decrevit, Literasq approbationis confirmationis et alias desuper necessarias extradi mandavit Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesentibus Illmi et A. R. Martino Czechanowic Jurisutriusq Ecclesiarum Collegiatae Sanctorum OO. Cracoviae Canonico, Parochialis S. Stephani Crac. Curato, et me Adamo Styrkowski Juris Utriusq Doctoribus et Pfre Protonotario Apostolico, Ecclesiarum Collegiatarum Sanctorum OO Cracoviae Cancellario, Ruscensis Scholastico Tarnoviensis Primicerio, S. Jacobi Casimiriae ad Cracoq Praepto Conv. Generalis Cracoviensis notario actuario.

Ex Actis Actorum Officialatus Cracoviensis desumptum.

NB De Hac Summa agitatur Processus cum Mfco Groth in Castro Crac. Anno praesenti 1737, et antecedentibus annis agitabatur.

Erectio Canonicatus Bochensciani, Custodiae Ecclesiae Collegiatae SSm Obm Crac: uniti.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto Die Mercurij Decima Octava Martij

Nicolaus Oborski Dei et Apostolicae Sedis gratiâ Episcopus Laodicensis Suffraganeus Scholasticus Vicarius in Spiritualibus et Officialis Gnralis Cracoviensis. Universis et Singulis quorum interest, intererit, aut quomodolibet in futurum interesse poterit Praesentibus et futuris praesentes Literas nostras visuris, lecturis, audituris significamus et ad notitiam indubitatam deducimus, Muneris id esse nostri, ut Statum Ecclesiarum Vicariae Sollicitudini Nostrae concreditarum, provida et circumspecta prudentia administrantes, novis earum incrementis procurandis Sollitae considerationis aciem intendamus, et quod fideles Divini Spiritus afflatu ad meliorem ipsarum decorem et cultus Divini providendi augmentum pia liberalitate conferunt authoritate ordinaria stabiliamus. Hinc est quod Admodum Reverendus Andreas Bocheński Parochus in Zetkowice decorem Domus Dei intime amans de Salute animae suae plurimum Sollicitus, zelo devotionis et cultus Divini accensus cupiens pro terrenis et transitorijs Bonis ab alto sibi concessis, in Caelesti gloria Beatam; quam in mente habet consequi aeternitatem, in remedium Salutis animae suae, et expiationem suorum peccaminum, pro fundatione et nova Canonicatus in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum Cracoviae erectione fundum, Domum et agros in contextu Inscriptionis et Cessionis subinsertarum, de Situ, positione, quantitate, qualitate, numero et alijs circumstantijs et circumferentijs sufficienter specificandos seu specificanda inscribi, et officiose consignari procuravit, hujusmodiq Inscriptionem Cessionem et alios Juridicos actus coram Nobis Judicioque Nostro authenticè produxit, et humiliter supplicavit, quatenus hanc salubrem ipsius intentionem et laudabile propositum, ipsiusq Inscriptiones authoritate ordinaria admittere.

ad nutleve et approbare et alia de Juris ordine et prescripto necessaria Statuere dignaremur. Cujus prium et alys inmutable desiderium debito favore studioque prosequentes illud pro munere et officio nostro Pastorali promovere, et quantocyus ad effectum deducere volentes formam et modum in talibus fieri solitt Scuti, ante omnia Literas Cridæ in vim Citationis generalis seu edicti publici contra omnes et singulos sua exaducesso jus et interesse aliquod ad infrascripta se habeve putan, quos communiter vel divisim presens negotium tangeret seu tangere posset, ne alicui in Jure suo prejudicare videamur prænittendas decrevimus prout præmittimus, ac easdem pro debita publicatione seu executione cum justo et competenti termino, in diem hodiernam incidentico-ram Nobis Judicioj nostro pro tribunali ad Jura reddenda causasj audiendas et judicandas sedentibus Comparens personaliter Supra-scptus Adm Rdus Emudater exhibitis Literis Cridæ debitè exe-cutis Contumaciam omnium et singulorum, ad quos presens Emu-dationis seu veris erectionis Jus interesse pertinerit accusavit, et in eorum contumaciam Insorphonem et Sessionem subinserte Domus et Horti ad eand Domum Spectantis et eidem contigui in-ter Honorati Joannis Swieverek Judicij Albunbij Cordonice Sca-bini et Honesti Bartholomei Gudek Hortos ab utraj parte ex-sistens, necnon Horti quinquedecem cum medio Salcis constan-tis ab Honorato Stanislao Swieverek et Catharina Conjugibus in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo die Vigesima Sexta Martij coram Officio Consulari Cracovien, atque Sitionem octodecem Venerabilis olim Gregorij Sliwinski subpriorj Horto Generosi Pieniążek Starecimensis Capitanei prodimè et juxta ne adjacentium in nigra Platea existentium ubi ab Illustri et Adm Rdo Andrea Grabianowski Utriusq Juris Doctore Protono-tario Apostolico Canonico Cracoviensi Cantore Visliciensi donato-rum venditorum, et officiose traditione coram Acta Metrices Regni de Acte et data Cracovia sub tempus Comitiorum Regni Generalium Electis Coronationis Serenissimi Joannis Tertij Poloniarum Regis potentissimi facti et recognit in omnibus

Extradi mandavimus Supplicem Literarum Cridalium Executionis Processum

et singulis punctis clausulis articulis nexibus ligamentis et conditionibus universis approbari confirmari ratificari, robur authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et Decretum desuper apponi, dictos fundos domum et agros immunitati Ecclesiasticae adscribi, inviscerari, et superijsdem Canonicatum in antedicta Ecclesia Collegiata fundari dotari et erigi, onera Canonico pro tempore existenti intuitu dotis imponi et ad explenda sub onere conscientiae obligari, Jus patronatus dicti Canonicatus sibi Fundatori quo ad vixerit, post fata vero juxta ordinationem inferius in Decreto expressam, coram nobis Judicialiter manifestatam et declaratam perpetuo ~~approbari seu~~ applicari, nec non de eodem Canonicatu noviter erecto seu erigendo seli per nos provideri, Literasq approbationis, erectionis provisionis et alias desuper necessarias in forma solita decerni et extradi mandari debita cum Instantia postulavit. Cujus Inscriptionis et Cessionis per dictum Fundatorem recognitae tenor ~~sequitur~~ talis. Joannes Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiae, Kijoviae Volchyniae, Podoliae Podlachiae Livoniae Smolensciae Severiae Czerniechoviaeque significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis. Quomodo coram nobis et Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Majoris personaliter comparens Venerabilis Andreas Bochenski in Letkowice Parochus sanus mente et corpore existens a Foro et Jurisdictione sua propria quavis et competenti respectu infrascriptorum ultro recedendo, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet sese cum Bonis et Successoribus suis benevole incorporando patam, libere, ac per expressum recognovit, praesentibusq recognoscit. Quia ipse ductus pro erga Deum zeli, majestatemq ejus Divinam pro suis et majorum suorum noxis placando, insuper, quod temporalia Bona sua converti non possunt, quam in rem Ecclesiarum Dei, considerando, praecipue vero, ex propensa voluntate, majori commodo et ornamento Ecclesiae Collegiatae SS.mae

Omnium

Omnium Cracovie Studium Suum applicande, de omni et integro jure suo videlicet de Inscriptione venditoria coram Judicio Scabinali Futurum Cerdonie ad Cracovianum Receptario Bannito Feria Quinta ante Dominicam Reminiscere proxima, de videlicet Vigesima Septima Februarij Anno Presenti Libri Recognescenti recognita, qua mediante Vobis Andreas Gruchanowski Canonicus Cracoviensis Bonorum inscriptorum Heres Libri Recognescenti cesserit aut ordinaverit, Domum Suam et Hortum eidem contiguum inter Honorati Joannis Swierczek Judicij Cerdonie Scabini, et Honesti Bartholomei Pudek hortos ab utraque parte Situm, necnon Hortum quindecem cum medio Sulcis constantem ab Honorato Stanislao Swierczek et Catharina Conjugibus in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo die Vigesima Sexta Martij eorum Officio Consulari Cracoviensi, atque Sulcos octodecem horti Vobis olim Gregorij Sliwinskii proprios, et ab Executoribus Testamenti ejusdem Sabbatho postridie Festi S. Petri in Vinculis Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quarto titulo emptionis acquisitis, Horto Generosi Pienigzek Cracoviensis Capitanei Nostri proxime et nitime adjacentes in Nigra platea existentes ita late longe, et circumferentialiter prout in suis metis ac Limitibus ex antiquo consistunt, et prout memoratus Vobis Canonicus Cracoviensis tenebat atq; inscripsit, et cum omni prorumpentium dominio titulo hereditario Libri Recognescenti obtulit vendidit et resignavit prout alias in contextu Inscriptionis superius specificata latius continetur, cum omnibus ejusdem Inscriptionis conditionibus punctis clausulis articulis vadiq; et vadijs, tuitione necnon ligamentis q; universis in eadem Inscriptione appositis. Imo de ipsius met Domus et hortis de Situ et positione superius descriptis, paratagne eorundem Bonorum Intromissione et possessione, cumq; totali proprietate, omnimoda Juris plenitudine cum omnibus et singulis ejusdem Domus et hortorum utilitatibus, fructibus proventibus commodis et emolumentis obventionibus attinentijs et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis nec prose aut suis successoribus aut alio quopiam reservatis

sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra non derogando in totumq et plenarie prout praemissa omnia sese Recognoscentem vigore supscriptae Inscriptionis ~~competebant~~ concernebant, sibique legitime serviebant, jam ex nunc et de facto pro nova fundatione et erectione Canonicatus in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviae Canonicoq super ipsdem Bonis per se Recognoscentem noviter fundando et erigendo ac per Reverendissimum ~~Dominum~~ Locioordinarium approbando et pro tempore existenti cessit et condescendit, prout cedit et condescendit, applicat adscribit per eundem Canonicum noviter instituendum eadem Bona habenda, tenenda possidenda pacifice et quiete utifruenda atque in usus ~~ipsius~~ illius ~~ipsius~~ Succedaneorum Canonicorum futurorum ejusdem fundi bene placitos quosvis libere convertenda incorporat praesentibus perpetuis et in aevum, omneq et integrum Jus suum praemissorum omnium in eundem Canonicum noviter fundandum erigendum, ac per Reverendissimum Locioordinarium approbandum totaliter transfudit, transtulit abrenuntiavit resignavit, prout transfundit, transfert abrenuntiat resignat perpetuis temporibus. Et quo majore pietate sua is idem ~~R~~ Venerabilis Recognoscens constantis ac immutati animi argumento comprobet, /: praesertim cum spem firmam habeat quod ab officio spirituali primus super hac nova fundatione per se praesentibus facta Canonicus instituetur :/. praenominato Canonico dum et postquam a Rdmo ~~Dno~~ Locioordinario erectus et approbatus fuerit, ac post cessum et decessum ejus alius pro tempore extiterit, in hoc idem Jus cessum praemissorum omnium videlicet Domum et Hortos aliaq omnia et singula praesentibus abscessa, realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem cum praesentaneo usufructu quandocunq voluerit acceptandam per Ministerialem quemcunque ad 2 3 4 sibi duxerit eligendum, jam ex nunc ipsi ab officio praesenti additum conferendam et acceptandam dat et admittit. Salvum nihilominus jus plenum et usum fructum praedictorum Bonorum usq ad extrema vitae suae tempora sibi duntaxat soli in toto reservat. Contributionibus quoque publicis Reipublicae et Civilibus juxta contenta Inscriptionis per Ublem Grabianowski sibi recognitae

et vigore

et vigore tenoris aliarum Inscriptionum vti Personam ejus artea
tactarum, supra de data et tenetu specificatarum salvis per omnia
manentibus. Presenti Inscriptione Cessionis, Creus sessionis
Incorporationis ad Scriptionis Recognitionis libere recognita. a-
lias de jure et consuetudine, plenori Recognitione ad supra scripta
omnia mediante, quam pro majori firmitate et robore vt idem Ve-
nerabilis Recognoscens manu propria subscripsit. Andreas Bo-
nerabilis Parochus Letkoviensis. Quam Inscriptionem, per dictum
V. Recognoscentem modo quisso benevole tactam, Jus ad acta hec au-
thentica suscipi inscribi, et eadem fideliter de verbo ad ver-
bum depromptam dari postulante in forma authentica extra-
di permisimus. In cujus rei fidem presentibus sigillum Regni est
presse. Actum et Datum Cracovie sub tempus Comitiorum Regni
Generalium felicis Coronationis Nostre Anno sexta ante Domi-
nicam Oculi Quadragesimalem proxima die Sabbi et quinta
mensis Martij Anno Domini Millesimo sexcentesimo septua-
gesimo sexto, Regni Nostri Anno secundo. Joannes de Lesno
Leszczenus Cancellarius Regni, Relatio Illustris et Magnifici Do-
mini Joannis Comitis de Lesno Leszczynski Supremi Regni
Cancellarij Majoris Poloniæ Generalis. Spectabilis Stanislaus
Regiæ Majestatis Secretarius. Donationis seu Ven-
ditionis facta et tenor ejusmodi. Actum in Judicio Scabi-
nali Judicij Cardonie ad Cracoviam vicecomitis Banniti, Anno quinta
ante Dominicam Reminiscere proxima, die Vigesima septima Se-
ptembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto
legitime celebrato. Coram eodem Judicio Scabinali Subulcij Cardonie ad Cracoviam personaliter com-
parens Scribas tris et Admodum Dominus Andreas Cracianowski
Juris utriusq; Doctor, Canonicus Cracovien. Sanus mente et cor-
pore existens fassus fuit, quo ad hunc actum attinet
approbatione per Honoratum Stanislaum Lurierecki Judicij
Scabinalis Subulcij Cardonie ad Cracoviam Scribam tris Judicij
Terrestris Cracovien. Intervenientibus Scabinis ut pote bona spiritualia ad hunc
actum ab eodem Judicio additum pedam ultro libere ac per ex-
pressum recognovit, presentibusq; recognoscit. Quia ipse de omni
et integro Jure suo hereditario ad Domum suam et Hortum

eidem Domui contiguum inter Honorati Joannis Swierczek Judicij
praesentis Scabini et Honesti Bartholomaei Dudek hortos ab utraq;
parte situm, necnon et ad Hortum quinquedecem cum medio
Sulcis constantem inter hortum Honesti Stanislai Swierczek
et sui Recognoscentis in Nigra Platea existentem ab eodem Hono-
rato Stanislao Swierczek et Catharina Conjugibus in Anno Di
Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo die Vigesima Sex-
ta Martij coram Officio Consulari Cracoviensi, atque Sulcos
Horti Octodecem, olim Reverendi Patris Gregorij Sliwinski
proprios per se vero Recognoscentem ab Excellentissimo et
Admodum Reverendo Patre Christophoro Stellanowicz Almae
Academiae Cracoviensis Collegij Majoris Regio Professore, et
ab A. Reverendo Patre Luca Delens pro illo tempore Ecclesiae
Cathedralis Arcis Cracoviensis Praebendario uti ejusdem Re-
verendi Sliwinski testamenti Executoribus Sabbatho postridie
Festi Sancti Petri in Vinculis, Anno Domini Millesimo Sexcente-
simo Sexagesimo quarto, titulo emptionis acquisitos, inter sui
Recognoscentis antea et Magnifici Pieniązek Oswiecimensis
Capitanei Hortos in Nigra platea existentes mundos et liberos
neminiq; /excepta summa Capitali Florenorum ducentorum
super ipsdem sulcis octodecem Venerabilibus Vicarijs Ecclesiae
Sancti Stephani Cracoviae existentis per olim Famatos Mat-
thiam Kałuszka et Joanem Zychowicz Hedvigemq; Consor-
tem Ipsius pro celebrandis Missis fundata, et per supra
scriptum olim Reverendum Patrem Gregorium Sliwinski memo-
ratis Venerabilibus Vicarijs coram Actis praesentibus Feria Sex-
ta ante Dominicam Palmarum proxima Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo super ipsdem
Sulcis inscripta:/ pro quo solenniter cavet obligata, nec-
non de ipsmet domo et Hortis vero puro et irrevocabili Ven-
ditionis cessionis titulo Adm. Reverendo Andreae Bo-
chenski Plebano in Letkowice, Successoribus Ipsius, vel
cui ipse Testamento suo disposuerit, accepta ab ipso pro pae-
misso Jure suo ad praesens cesso, necnon pro supra scriptis
Domo et hortis plenaria et totali satisfactione, de qua praefatum

Cessionarium

Cessionarium suum et Successores ipsius quietat praesentibus perpetuo et in aerum cedit abscedit et condescendit, Cum omni Jure ‡ dominio ac proprietate propinquitate haereditate, parata possessione et usufructu attinentijs et pertinentijs universis in genere omnibus, et singulis in specie generi per speciem et è contra n' derogando comprehensis ita videlicet late longe et circumferentialiter, prout eadem domus cum hortis in suis metis et limitibus antiquitus continentur et se extendunt, ac prout eandem Domum et Hortos ipsemet Recognoscens tenebat habebat et possidebat, teneregne habere et possidere debebat ac ipsum legitime concernebant. Nihil sibi Recognoscenti Successoribusq suis quibusvis amplius Juris dominij proprietatis propinquitatis possessionis haereditatis usus fructus relinquendo reservando aut excipiendo. Verum illud omne ac universum Jus suum ad ~~infra~~ supra scriptam Domum et Hortos sibi recognoscenti serviens plenissime et efficacissime in Personam Suprascripti Cessionarij sui transfundendo, transferendo et incorporando. Ad habendum tenendum utendum, fruendum, possidendum, dandum, donandum alienandum vendendum commutandum ac in alios usus suos quos sibi noverit meliores citra cujuspiam contradictionem libere et secure convertendum. Debetq ~~et~~ ac tenebitur Suprascriptus Recognoscens prout se Praesentibus inscribit et obligat suis cum Successoribus in et super Bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus, habitis et habendis ubicunq locorum sitis praefatum Cessionarium suum Successoresq ipsius ratione et ex parte Suprascriptae Domus et Hortorum per se Recognoscentem ad praesens venditorum, ab omni et qualibet quarumcunq personarum cujuscunque status sexus et conditionis existentium impetitione coram quovis Officio et Judicio exoriunda suis proprijs sumptibus et impensis toties quoties opus fuerit, nulla praescriptione etiam longissimi temporis obstante tueri evincere intercedere ac indemnem reddere, Idq sub Intromissionis

Juridicæ gradibus tribus simul et semel in bona sui omnia ubicunque locorum sita et consistentia defectu evictionis præstandæ dandis et concedendis, Renuntiando omnibus beneficijs Juris, exceptionibus, dilationibus appellationibus earumq prosecutionibus et tam juris quam facti defensis non aliter aesi decreto ultimæ Instantiæ Judicis ratione præmissorum omnium suis cum successoribus convictus foret. Ad resignandum autem Domum et Hortos Suprascriptos Status Recognoscens constituit in suum legitimum Plenipotentem Honoratum Seniorem Scabinum Suburbij Cordoniæ in Judicio Exposito Bannito proximo vel remotiori residentem, vel dum et quando eandem Resignationem Suprascriptus Dominus Cessionarius expetiverit, habereq voluerit Presenti Inscriptione ad præmissa mediante. Salva Jurisdictione Civili Cracoviensi et præsenti oneribusq tam Reipublicæ quam Civilibus ex eadem Domo et Hortis per Hæredes et Possessores eorum solvendis Andreas Grabianowski utriusq Juris Doctor Canonicus Cracoviensis mp Ex Protocollo Actorum Judicij Scabinalis Suburbij Cordoniæ ad Cracoviam desumptum.

Intromissionis in Bona vigore donationis præinsertæ acceptæ contextus talis. Actum in Judicio Scabinali Opportuno Bannito Suburbij Cordoniæ ad Cracoviam Sabbatho pridie Dominicæ Reminiscere, Die ultima Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto. legitime celebrato. Ad instantiam et affectationem Admodum Reverendi Andreæ Bocheński Plebani in Zetkowice Officium Advocatiale Suburbij Cordoniæ ad Cracoviam ex officio suo requisitum existens ad domum et Hortum eidem Domui contiguum inter Honorati Joannis Swierczek Judicij Scabinalis Suburbij Cordoniæ ad Cracoviam Scabini et Honesti Bartholomæi Dudek Hortos ab utraq parte situm, nec non ad Hortum quindecem cum medio sulcis constantem

penes.

penes Hortum Honorati Stanislai Swierczek, atq Sulcos Horti octodecem olim Reverendi Gregorij Sliwinski proprios penes Curiam et Hortum Magnifici Pieniązek Oznicimensis Capitanei in Nigra Platea existentes descendit, ibidemq inhaerendo Inscriptioni Cessionariae super supraffptam domum et hortos in platea Nigra de Situ loci superius specificatos per Perillustrem et Admodum Reverendum Andream Grabianowski J.U.D. Canonicum Cracoviensem, Feria quinta proxime praeterita idest die ~~Decima~~ Vigesima septima mensis et Anni praesentis coram Judicio praesenti Scabinali Suburbij Cerdoniae ad Cracoviam recognitae, omnes tres Intromissionis Juridicae gradus in praefatam domum et Hortos praefato Admodum Reverendo Andreae Bochenski Plebano in Letkowice nemine impugnante aut contradicente in praesentia Perillustris et Admodum Reverendi Andreae Grabianowski Juris Utriusq Doctoris Canonici Cracoviensis et Patrisfamilias ejusdem Domus personaliter adstantium et ad praemissa consentientium, Famulo Judicij Scabinalis et officij Advocatialis Suburbij Cerdoniae ad Cracoviam jurato Provido Stanislao Swytkowski eandem voce ~~[illegible]~~ honorosa declarante dedit et concessit, in Domumq eandem et hortos supra de Situ loci specificatos Admodum Reverendum Andream Bochenski Plebanum in Letkowice officiose introduxit de Juris forma. Ex protocollo Actorum Judicij Scabinalis ~~Judicij~~ Suburbij Cerdoniae ad Cracoviam desumptum. Nos vero Suffraganeus et Officialis Gnralis Supramemoratus Judiciumq Nostrum Instantiâ et petitionibus supra scripti Fundatoris inclinati visis Cridae Literis ac Inscriptionibus officiosis Judicialiter productis maturaq cum reflexione discussis ante omnia Interessatos quosvis Citatos non comparentes, nec effectum Literarum Cridae impedi-

entes, ultra horam audientiae expectatos non comparentes contumaces prout merito erat justitia suadente reputavimus et in eorum contumaciam pium et salutare praefati Fundatoris institutum authoritate ordinaria firmandum esse censuimus, atque imprimis Inscriptiones praeinsertas fundorum agrorum et Domus, de numero quantitate qualitate, situ et positione ac respective nomine et cognomine superius specificatorum in omnibus et singulis illarum punctis, clausulis articulis et conditionibus universis approbandum confirmandum, ratificandum robur authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et Decretum desuper apponendum, fundos, domum et agros libertati et immunitati Ecclesiasticae adscribendo incorporandum, inviscerandum, eosdem et eadem pro dote et fundatione Canonicatus juxta mentem et ordinationem Fundatoris designandum, atque super hujusmodi fundis, domo, et agris Canonicatum et Praebendam in antedicta Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviae consistentem erigendum, fundandum, dotandum, onera eidem Canonico pro tempore existenti; ut videlicet unam Missam lectam de Requiem qualibet septimana post sera fata Fundatoris pro anima ejusdem, idque quocunque die commodiori intra hebdomadam, alias si negotijs aliquibus arduis et legalibus distentus diebus feriatis cujuslibet septimanae praemissa effectuare nequiverit, eandem Missam die Dominico alias feriatos immediate sub sequente, seu occurrente aliquo festo intra dies septimanales ad populum celebri per applicationem pro anima ejusdem Fundatoris per se vel substitutum legitimum in antedicta Ecclesia Collegiata et alias quacunque ~~alia~~ ubi tunc fuerit absolvat et celebret imponendum, ad eadem explenda sub onere et ligamine conscientiae obligandum. Jus patronatus dicti Canonicatus Fundatori ad vitae ipsius tempora reservandum, post fata vero ejusdem Consanguineis

de linea

de linea Paterna, his deficientibus de linea materna sexus masculini natu majoribus, et alias horum omnium tam de linea Paterna quam materna sexus duntaxat masculini procedentibus Vbi Capitulo Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae perpetuis futuris temporibus cum ea conditione, ut proximiores de sanguine fundatoris ex utraque linea potiores sint ad obtinendas praesentationes hujusmodi Canonicatus tamdiu donec juraverint, et in quantum capaces ac idonei fuerint in defectu vero ipsorum alicui Beneficiato Decanatus Vroczimoviensis qualificato competentem doctrinam habenti et alias digniori idem Canonicatus erectus novitur, conferatur applicandum, ad praesens vero de dicto Canonicatu ipsimet Fundatori providendum esse duximus, uti quidem approbamus confirmamus ratificamus apponimus, fundamus dotamus, erigimus imponimus, obligamus reservamus, applicamus et providemus eundemque servata forma Concilij Tridentini et praescripto Bullae Pij IV. desuper emanatt per manus nostrae capiti ejus impositionem ad dictum Canonicatum instituimus et investivimus, Literasque approbationis confirmationis ratificationis erectionis Institutionis desuper necessarias in forma solita extradendas esse Decrevimus. Actum et Datum Cracoviae anno ~~D~~ à Natiuitate Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto Indictione Romana decima quarta, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Clementis Divina Providentia Papae ejus nominis X. feliciter moderni Anno ejus sexto, die vero Mercurij ~~Vigesima~~ Decima octava Martij Praesentemque Theodoro Rosciski Sanctorum Omnium Cracoviae Canonico, Custode in Vsique Apostolico et in absentia Domini Actuarij Notario. Collato.

Unio Canonicatus Bochensciani cum Custodia Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum 1704.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quarto Mercurij Trigesima Januarij

Excellens Krzyzanski Procurator Illustris Bochenski juxta Cridam. Reverendissimus Dominus Petrus Stanislaus Orlowski Juris Utriusq Doctor Protonotarius Apostolicus Cracoviensis Canonicus Praepositus Infulatus et Officialis Perpetuus Tarnoviensis Judex Surrogatus Visa Erectione Custodiae Sanctorum Omnium de Ao Millesimo Sexcentesimo Vigesimo nono die Veneris Septima Septembris ex Actis Reverendi olim Tum et alia Erectione Canonicatus in eadem Collegiata Sanctorum Omnium Fundationis moderni Instantis de Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto die Mercurij 18 Martij authoritate ordinaria factis illarumq clausulis in suo tenore appositis bene perpensis et consideratis, Viso item mandato speciali ad petendum et obtinendam unionem dicti Canonicatus Custodiae Sanctorum Omnium per Fundatorem facto, lecto insuper consensu et Decreto Capitulari de die 22 Januarij Ao currenti super extinctionem dicti Canonicatus, et unionem ejus Custodiae ac Custodi pro tempore existenti, alijs visis videndis et consideratis considerandis, eoq potissimum attento quoniam utriusque Beneficij tenues sunt proventus, et super extinctionem Canonicatus et unionem Jurium ejus Custodi et Custodiae tam ipsemet Fundator et Patronus, quam et ipsum Capitulum Consensum suum praebuit et praebet. Proinde ante omnia Interessatos quovis dictis Cridae Literis Citatos et non comparentes contumaces reputavit et in eorum contumaciam insistendo Inscriptioni titulum Canonicatus Fundationis Bochensianae in dicta Collegiata extinxit et abrogavit et jura illius ac reditus omnes antea ad dictum Canonicatum seu Praebendam Spectantes Custodi et Custodiae Sanctorum

Obm

Omnium in perpetuum univit incorporavit et adscripsit, unumq et idem corpus in futurum censeri debere declaravit, Custodemq pro tempore quatenus onera et obligationes ut pote Missas in ysdem Erectionibus expressas per se vel per alium absolvat obstrinxit, prout:

Ex Terminario Actorum Anni Millesimi Septingentesimi Quarti de Sumptum

Inscriptio venditoria de qua in Erectione fit mentio Quinquedecem cum medio Sulcorum.

Actum in Praetorio Cracovien Sabbatho Pridie Festi Annuntiationis Beatissimae Mariae Virginis Die Vigesima Sexta Mensis Martij, Anno Dni 1661.

Coram Officio et Actis praesentibus Consularibus Cracovien personaliter comparentes Honesti Stanislaus Swierczek et Catharina Conjuges Cives Suburbani Cracovienses, Maritus quidem per se Uxor vero in assistentia Famati Joannis Piątkowicz Civis Crac: Tutoris sibi adhunc actum de consensu mariti sui assumpti sani mentibus et corporibus existentes palam ultro, libere ac per expressum recognoverunt praesentibusq recognoscunt Quia illi Hortum in platea nigra in Suburbio Cracovien alias in Cerdonia inter sui Recognoscentium alium Hortum Septem cum medio Sulcorum ex una, et Admodum Reverendi Andreae Grabianowski J. U. Doctoris et in Alma Academia Professoris, Protonotarij Apostolici, et Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Scholastici ex altera parte sitt jacentem quindecem et medio Sulcis constantem suum proprium mundum et liberum pro quo solenniter cavent ex nunc et de facto Adm Rdo Dno Grabianowski Successoribusq illius legitimis, seu cui ipse testamento legaverit pro Summa florenorum Sexcentorum Polonicalium jam sibi Recognoscentibus

persoluta, de qua ipsum quietant perpetuo, vero puro mero, irrevocabilisq venditionis titulo vendunt cedunt et condescendunt, cum omni jure, dominio, prærogativa, proprietate propinquitate, hæreditate parata possessione, usufructu attinentijsq et pertinentijs universis ita late longe et circumferentialiter prout idem Hortus supra de situ loci specificatus in suis metis et limitibus sese extendit et continetur, et prout eundem præfati Recognoscentes tenuerunt habuerunt et possederunt, tenereq habere et possidere debebant ac ipsos legitime concernebat. Nihil juris dominij proprietatis propinquitatis hæreditatis possessionis ususfructus sibi successoribusq suis quibusvis relinquendo aut excipiendo. verum illud omne ac universum jus suum ad eundem Hortum habitum una cum ipso Horto, cui præsentibus renuntiant in personam præfati Emptoris sui, successoresq Ipsius ex nunc et de facto plenissime efficacissimeq transfundendo transferendo et incorporando, ad haben. tenendum uten. fruend.m possidend.m dand.m donand.m vendend.m alienand. commutandum resignandum, et in usus suos quos sibi præfatus Emptor successoresq ipsius noverint meliores et commodiores futuros, libere et securè citra cujuspiam contradictionem et præpedimentum convertendum. Debentq ac tenebuntur præfati Recognoscentes prout se suis cum successoribus in et super Bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus nunc habitis et in posterum habendis, et sub quacunq Jurisdictione existentibus inscribunt et obligant prædictum Emptorem ac successores Ipsius ab omni Impetitione Juridica quarumcunq personarum, cujuscunq status et conditionis existentium ratione et ex parte Horti ejusd.m ad præsens venditi exoriunda coram quovis officio et Judicio Regni suis proprijs sumptibus et impensis toties quoties opus fuerit tueri evincere et intercedere, indemnemq omnino reddere, Idq sub Intromissionis Juridicæ gradibus tribus simul et semel in Bona omnia ubicunq locorum

sita

sita defectu Evictionis Praestandae dandis et concedendis. Re-
1./ nuntiando omnibus Beneficijs Juris Exceptionibus dila-
tionibus appellationibus ac earum prosecutionibus et
tam facti quam Juris defensis, non aliter, ac si decreto
Sacrae Regiae Majestatis ratione Praemissorum omnium
suis cum Successoribus convicti forent. Ad resignandum
autem eundem Hortum ad Praesens venditum supra de
situ loci Specificatum in suum verum legitimum et in-
dubitatum Plenipotentem Honoratum Seniorem Scabi-
num Cracoviensem Cerdonicum pro tempore existentem
In judicio exposito Bannito proximo vel remotiori re-
sidentem, vel alias dum et quando emptor Successoresq
ipsius expetiverint, et habere voluerint eligunt et ordinant.
Quae quidem Inscriptio salvis Juribus et oneribus Civi-
tatis ad Acta Praesentia est suscepta. Ex Actis Offi-
cij Consularis Cracoviensis de Sumptum.

Inscriptio venditoria ~~de~~ 18 Sulcorum, de qua similiter fit mentio in Erectione Canonictus Bochensciani.

Actum in Judicio Scabinali Cerdonico Necessario
Bannito Sabbatho postridie Festi S. Petri in Vincu-
lis Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo quarto
legitime celebrato.

2./ Coram eodem Judicio et Actis Praesentibus Scabinalibus Cerdonicis
personaliter comparens Excellens et Adm Rdus Pater Christophorus
Stellanowicz Almae Academiae Crac: Collegij Majoris Regius Pfr
Ecclesiae vero Collegiatae Sanctae Annae Decanus, et Adm Rdus
Pater Lucas Delens Ecclesiae Cathedralis Arcis Crac Praebendarius
Testamenti vero olim Rdi Patris Gregorij Sliwinski Altaristae San-
ctorum Petri et Pauli in Ecclesia Bae Mariae Vgs in Circulo Crac:
Executores Sanimentibus et corporibus existentes, facta approba-
tione Fori Praesentis per Famatum Joannem Swierczek Scabinum
Cerdonicum Tutorem sibi uti personis Spiritualibus ad hunc actum

ab eod[em] Iudicio additum palàm ultro, libere, ac per expressum recognoverunt. Quia ipsi ut Testamenti Stati R[evere]di Patris Gregorij Sliwinski Executores, confirmando sese ultimae voluntati seu dispositioni Testamentariae Stati Testatoris in Actis fusae Illustr: et R[everendissi]mi Episcopi Sirac: contentae ac per Ill[ustrissi]mum et R[everendissi]mum Andream Trebicki Episcopum Cracovien[sem] Ducem Severiae Die Veneris undecima Julij Anno currenti 1664 approbatae atq[ue] eandem Voluntatem ipsius ad effectum infrascriptorum deducendo Sulcos Horti Octodecim Quondam R[evere]di Patris Gregorij Sliwinski proprios hereditarios in Suburbio Cracovien[sis] in platea nigra inter Sulcos Emptoris infrascripti, et Illustris ac Magnifici Domini Joannis Zamoyski Palatini Sandomirien[sis] ab utroq[ue] latere per unum stadium ad Sulcos Tamati Stanislai Iuserowski sese tendentes, et ab Honesta Anna Michelska Vidua coram Actis praesentibus feria 6ta ante Dominicam Judica p[rae]sentem Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo per dictum Patrem Sliwinski jure emptionis acquisitos, mundos et liberos nemini q[uo]q[ue] obnoxios s. excepto censu annuo Recemptionali florenorum duodecim Polon[icorum] per Tamatum Matthiam Katuski et Joannem Zydowic, Hedwigem q[uo]q[ue] Consortem ipsius pro celebrandis Missis Voto Vicarijs Eccles[iae] Parochi Stephani Crac: existentibus fundatis, per dictum verò Patrem Gregorium Sliwinski memoratis Votibus Vicarijs coram Actis praesentibus feria 6ta post Dominicam Palmarum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo per ipsum Sulcis inscripta: / pro quo Solemniter cavent obligatos vero nexo puro et irrevocabilis Cessionis titulo Nobilissimo et Admodum Reverendo Domino Andreae Grabianowski Juris utriusq[ue] Doctori, Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracovio Scholastico Successoribusq[ue] ipsius, vel cui testamento suo dispositerit legitimis non tamen executorum Serenorum Polon[icorum] vendituri Reverendis Executoribus persoluta, de qua eundem Emptorem Successores q[uo]q[ue] ipsius quieverunt, praesentibus pro pleno vendiderunt, cesserunt et absc[e]ssarunt et condescenderunt perpetuo, cum Omni jure Dominio proprietate hereditate pacata possessione et usufructu ita latè longe circumferentialiter prout ipsum Sulci in suis metis et limitibus antiquitus continentur, et prout eos[dem] Sulcos Quondam

olim Reverendus

olim Reverendus Pater Sliwinski ipsemet tenebat habebat, possidebat, tenereq habere et possidere debebat ac ipsum legitime concernebat. Nihil juris dominij proprietatis propinquitatis possessionis usus fructus et Hereditatis Successoribus pdicti Patris Sliwinskei relinquendo reservando aut excipiendo verum omnia jura et inscriptiones ad Suprascriptos Sulcos Supramemorato Patri Sliwinski quovis modo servientes ipsumq concernentes cum omnibus eorundem Jurium beneficijs, conditionibus tuitionibus erictionibus ligamentis, omnibusq in Personam pfati Perillustris et Adm Rdi Domini Grabianowski emptoris Successorumq ipsius plenissime et efficacissime transferunt, transfundunt et incorporant, ad habendum tenendum utendum fruendum possidendum dandum, donandum vendendum alienandum commutandum et in usus suos meliores libere et secure convertendum. Dantes et admittentes ex nunc et de facto pfati Recognoscentes realem Intromissionem et pacificam possessionem pdicto Emptori in Sulcos supra de situ loci specificatos sive privatim sive officiose per eundem Emptorem suum dum et quando eandem apprehendere voluerit acceptandum pfenti Inscriptione ad pmissa mediante. Quae quidem Inscriptio salvis oneribus Civitatis Cracoviae et Suburbij Cerdonici fundo adjacentibus per Judicium Suburbij Cerdonici ad acta pfentia est suscepta.

Ex Actis Judicij Scabinalis Suburbij Cerdoniae desumptum.

Punctum ex Visitatione Lubieniana Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae sitae A 1711 expedita.

Tertia Praelatura est Custodia Juris Patronatus Perillustris et Adm Rdi Praepositi Sacratissimi Corporis Christi Casimiriae, ad quam unus de Collegio Jurisconsultorum electus, per eundem praesentatur, Cujus ad pfens possessor est Illustris et Adm Rdus M. Adalbertus Jodłowski Juris Utriusq Pfr. Igołomiensis Curatus. Habet pro dote, ut in Erectione Anno 1629 Die Veneris

Septima Septembris facta Censum annuum Recemptionalem centum Quinquaginta florenorum Polonicalium Supercensis agris prope Wrelicze[a], vigore cujus absolvunt duae Missae unâ Septimana pro peccatis altera Septimana prò defunctis, ratione centum florenorum, et Quingentâ florenis inter Cæpares Studiosos distribuuntur. Habet in ejus erectione Decimas a Mensa Episcopali per Illustrissimum et Reverendissimum olim Martinum Szyszkowski Episcopum Cracoviensem donatas, quas ad Gores ni percipit. Item habet Censum annuum Recemptionalem centum Quadraginta florenorum Polonicalium pro summa Capitali Dotem Nicolaum quam superstes Custos in refrigerium animarum Parentum suorum super Bonis Orlae Wrzeszowice Anno 1693. Feria V[a] post Festum Sancti Lucae Evangelistae inscripsit et ni auctionem ejusmodi Censûs per approbationem Judicij Ordinarij applicavit. Ratione cujus duae Missae quolibet mense et Anniversarium pro animabus Bonis et Suis celebrantur in eadem Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium. Item pro auctione ejusdem Censûs incorporati sunt agri cum Domo in Cordonia ad Arenas per Am Rdum olim Andream Bochenski Sanctorum Omnium Canonicum cum obligatione unius Missae in Septimana pro Andrea Sacerdote Sed haec Domus cum suis aedificijs funditus per Suecos extincta est.

Decreta Definitiva Cõnrij Cracoviensis

pro possessionem solutionis census ex Bonis Dobrowlatie pro bantia

Anno Domini Millesimo ducentesimo octogesimo quarto

die Veneris undecima Mensis Julij

Coram Illustri et Reverendissimo Domino Nicolao Oborski Dei gratia Episcopo Cracoviensi Sacrae Regiae Majestatis Poloniarum Senatore Cancellario Regni Majore Capellano Majore Generali Exercitus Regni Majoris Ducatus Masoviae Capitaneo Generali Terrarum Prussiae Regiae Capitaneo Generali Starosta Generali Terrarum Dobrzynensium Capitaneo Generali Terrarum Lublinensium Capitaneo Generali Terrarum Sandomiriensium Capitaneo Generali Terrarum Podoliae Capitaneo Generali Terrarum Russiae Capitaneo Generali Terrarum Podlachiae Capitaneo Generali Terrarum Volhyniae Capitaneo Generali Terrarum Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani Commendatore Commendarum Sieradiae Lendzicae Wolbromiae Bobrownicae Bilcensis Ordinis Militiae Sancti Lazari Hierosolymitani Commendatore Commendarum Miechoviae Sancti Leonardi Ordinis Sancti Augustini Commendatore Commendarum Cracoviae Sancti Nicolai Ordinis Sancti Benedicti Commendatore Commendarum Tynecensis Mogilensis Ordinis Sancti Norberti Commendatore Commendarum Strahoviensis Ordinis Sancti Bernardi Commendatore Commendarum Koprzywnicensis

Między J.W. Imcią Panią Anną z Ossolinskich Szaniawską Podstoliną Koronną Dobr Klucza Nieznanowskiego w Woiewodztwie Sandomirskim a Powiecie Chęcińskim leżących Sukcessorką przez Wrodzonego Jana Mikołaja Strzałkowskiego Secretarza Plenipotenta swego Aktami Grodzkiemi Chęcińskiemi feria 6. post Assumptionis in Sabbato Gloriosae Dyc Mae w Roku teraźnieyszym Zapisanego cyrografu z iedney a W. JX Janem Lubienskim Kanonikiem Krak: Kollegiaty Krakowskiey Wkw. Ll. Kanclerzem z drugiey Strony Stanęła taka z wolnym nieodmienna Kompaktacya w tenże cyrograf opisany prawo. =Iż tedy Jw. Podstolina Koronna z racyi cięższkiey po Siedm oddała przez niegdy J. P. Wielmożnego JSa Kazimierza Wodzickiego przeszłego tych Dobr Starostica ostatniego Kwitem rzeczonym o. kwarty przy nabyciu Dobr nie była informowana Aktami Grodzkiemi Krakow. Sab. post Festum Visitationis gloriosissimae Dyc Mariae Ao Dni 1725. ro. Corroborowanym assekurowaney gwarancyi, Iakoż teraz przez manifestatione w Grodzie Chęcińskim wczorayszego teraz W. JX Lubieńskiego Kanclerzo. wi Kollegiaty Wkw Ll. Krakowskiey ad forum cujus Jurisdictioni Bona Litis subsunt swoy Attorat instytuowała ato abyż teraz W. JX Lubieński Kanonik Krak: Summę ośmdziesiąt tysięcy złotych Polskich przeszłego niegdy Wielmożnego Wodzickiego Podkuchmistrza Warszawskiego z Dobr Sobkowa na pomienione Dobra Klucz Nieznanowski mediante consensu niegdy Wielmożnego JX Starosty Kanclerza przeszłego cum pendendo censu Summę przeniosła y teraz Aktami Grodzkiemi Krakow: Actu quo supra Anno 1725. Sposobem Indorkatowym Zapisania y z teraz Odbraniu przez Jw. Podstolinę Koronną Vidimi Aktu nabytego teraz imieniem tejże Jw Podstoliny Koronney w Grodzie Chęcińskim niedawno prorelowanego y pod przerzeczą tegoż Grodu ob non

Jecurum repositionis locu[m] nazad do siebie odebrany podniozł y na Jobrach
czystych dług[ów] y Processem nieuzerowanych osobliwe. A że W Jt Lubieni
listami dwiema expedit[ion]e pierwszym do JW Jego Mci Pana Podstolego Koronnego
drugim zaś do Jt Theologa Jaraw[s]kiego Scholarz Piarum z augusti
w Stratkowie datowanemi, iż po pięć tysięcy Złotych Polskich rokrocznej
prowizyi suis cum Successoribus teraz y w potym[sz]e dan Bog lata, tak
od JW Podstoliny Koronnego iako y Successorow oney Kontentowac się deklarowie
y Kwit ow egzemplarz roberowany Kasowne y z onego JW Podstolina Koronna
Kwitowac deklarowie się. Przeto JW Jmć Pan Podstolina Koron[n]y Woiew[o]da
Jan Mikołaia Strutkowskiego Plenipotenta swego sprzecznego z tymże odstąpiwszy
fakt od pomienionego Manifestu takż y wydanego in Com[m]end[a] Summa Złotych
polskich relacyi, które pro nullis et irritis niniejszą Kompozycyą mieć deklarowie
y uznała, a zgadzaiąc bezpieczeństwo pomienionej summy trzy tysiące
Złotych Polskich pod pieczęcią Grodzką dotąd zostaiącej znowu tejże wyżej
specyfikowanej y pomienionej Summy Kapitalne Widerkasacyą na dobra
swoie Średnioruskie Kluczy Niemanowskich, nazad ią wnosi y przyimuie, zachowuiąc
tey Summy bezpieczeństwo takowe i takie przez Zapis oryginalny nie-
gdy do Wodzickiego, bodaiże wasz[e] ostrzeżone y obwarowane było.
Prowizya zaś od tey Summy orteczdziesiąt tysięcy Złotych Polskich corocznie,
jako i Summa na tychże dobrach zostawać będzie, po złotych polskich dwieście
alias po pięć od sta, nulla attenta temporis calamitate authoritate tam JW Jegomć
Pana Podstoliną Koronnego suis cum Successoribus Wielmożnemu Jt Lubieniemu
Kanclerzowi Kollegy WW. Xx. y Jego naszego com do rzeczy y za Kwitem rzeczonym
praetempore quovis tę datorem Kanclerza lub Plenipotenta oneg[o] ni-
niejszą Kompozycyą płacić y rzetelnie oddawać assekurowie się.
Zaś Kompozycyą teraźnieyszą od daty oney in spatio triduel dwuch
coram actis Castren[sis] Chmielow et personali comparitione JW Podstolina
Koronny approbować ma y powinna będzie. Co się zaś tknie z strony
Jmć Lubieniego Kanclerza Kraiu, Kanclerza Kollegy WW. Xx. iż tenże
Jt Lubieni żwalnyszy illud aggravatorium protestacyą swoią
przez czego wspomnienia nigdy W. Wodzickiego datum, od onegoż Skry-
pta swego cum Successoribus odstępuie, pruie, kassuie, mortyfikuie y
annichiluie, y iuż więcey tenże Skrypt Kassowanego ani sam przez
się suis cum Successoribus, ani przez Subarendy nazwane osoby Solutionem
przebrzydłey Sceptem à Centum deponowac się nie ma y nie powinien będzie,
ale tylko wtenczas pomienione Kwota dwieście Złotych to iest porąg[u]
à centum na takowy rok bez odeczenia brać y Kontentowac obligowie się.
A ingrantumby lub za życia lub post fatta vera JW Jt Lubieniego Klucz
ex Successoribus Jego miał reassumere ten Skrypt umorzony, tedy
takowy w żadnego prawa y wziędu approchendowany być nie ma,
y onpeni panis de indebita vexa[tio]nis Karany być powinien. Zaś
Zaś JW Jegomć Pan Podstolina Koronny tey sprzeczności teraźnieyszey
y JW Kanclerza prawa et Successoribus suis nie tylko pomienionych za
bytu, tedy nie tylko teraźnieyszą Kompozycyą JW Podstoliny Koronn[ej]
Osobę przez nabycie prawa niegdy wiecznego W. Wodzickiego reprezentuiącą
ex nexu et ligamentis wyżej pomienionego Skrypta wobec[o]wanego wyzwa-
lnia, ale tu z gotowemi Kwitowac intra triduum przyrzeka y obligowie

Ież Jeszpor zas dla pewnieyszego tey Komplanacyi tera zniejszey walo-
ru Wielmoży Jść Ludzini approbatę a Loco Ordinatis, per Subscriptionem
oney effectu ma y powinien będzie. Na ostatek ieżeli wyżey wspomnio-
na Cetera tyczące się Totu Polskich pieczęci Grodu Chenczinskiego zapie-
towana będą Jw. Podstoliny Koronk respectowane y według tego
zdania y uproszenia nas leżącego nig dyspensować pozwala. — Ch
wpisanie Strony obie pod zakładem talentowego summy prawiznał-
nej, Jw Jmć Pani Podstolina Koronna pisz cum successorib. W Jm
Ludzini z Nasłęczanu Sieniawa Kanclerstwo Jw Jć. Strzymać z
Zyskać sobie ad invicem delatorią y prawni będą. Ja in casu niedo-
trzymania y sprzeciwiania się przez którąkolwiek Stronę tey Kom-
planacyi Forum sobie Grodzkie Kraterowskie lub Chenczinskie, a nie-
wzbronione bez kontradictia Lądy Kasztorowe do odpowiedzenia na ma-
ciaty, które to Komplanacyą W Jm Ludzini ręką swą, a od Jw.
Podstoliny Koronney wyżey pomieniony Jm Pan plenipotent spe-
cyalny przy Zwyczaynych pieczęciach y podpisach Schultetow Jć.
przyiaciół do tego Aktu wzytych podpisuię. Datt w Kraterowie 2
Septembris Anno Dni 1747. M. Joannes Ludzini Canonicus Cath. Cra
Eccliæ Collegiatæ Ven Dom Cancellarius manu propria, Joannes Skulag
Starostkowski inti Plenipotens Illmæ Zamoiscia Ludovici Ferre
Regni Subcancellar manu propria. Michał Chwalibog in Ler
prosony Przyiaciel od Jw Podstoliny Koronk podpisuie się manu
propria. Jako wyżey tego daty podpisuie się Kazimierz Morawski
Regent Akt Podkomorskich, pieczęć Grodu Kraterskiego manu propria
Andrzey Chorzewski manu propria.

Collata est et roborata haec Complanatio coram Actis Castri Cracov. 2
Ante Festum Nativitatis B.M.V. Anno 1747
Ludovicus Ludzini recognovit à scripto roborato facto inter se et inter
Magnificum Wodnicki et obligavit solutionem Librarum per 7 a
centum. in Castro Cracov 2 ante Festum Nativ. B.M.V. Anno 1747.

Erectio Cantoriæ seu Primiceriatus in Ecclesia Collegiata Sanctorum OO.mum Cracoviæ.

A.o 1648.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo Die Lunæ Undecima Mensis Maij

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Unigenitus Dei Filius Redemptor noster Jesus Christus volens genus humanum ob primi Parentis lapsum in via æternæ mortis constitutum vitæ perennis Hæredem efficere, ac opera charitatis pietatisq edocere, ex sua ineffabili misericordia de summo Cælorum è sinu Patris ad ima mundi descendens vestem nostræ mortalitatis induere, in aspero Crucis patibulo mortis crudelissimæ amarissimæq supplicium causa generis humani duntaxat redemptionis et in pristinum statum gratiæ restitutionis sponte subire dignata est, cunctisq benefacientibus, potissimum vero ad laudem et cultum suæ Divinæ Majestatis, Genitricisq gloriosissimæ Vgs Mariæ Angelos puritate vincentis, Sanctos claritate superantis, cujus sacratissimus uterus perfusus Divinitate cooperante Spiritu Sancto (: utraq natura salva :) perdito homini redemptionem offerens Civitatis supremæ Jerusalem aditum patefecit propagandum inhiantibus ineffabilia ac æriterna præmia promisit se affluenter largiturum. Hinc est quod Nos Petrus Gembicki Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cracoviensis Duæ Severiæ universis et singulis quorum interesse intererit et in futurum quomodolibet interesse poterit significamus præsentibus literis nostris ad perpetuam rei memoriam valituris. Quomodo hac consideratione et animi sui deliberatione permotus Generosus Dominus Albertus Pleszowski alias Wosniowski ad supremam beatitudinem mentem suam erigens, majorum Christi fidelium laudabili consuetudine et exemplo, salutis præcipue animæ suæ Parentum Propinquorum cæterorumque Consanguineorum suorum curam præ oculis sibi præponendo

Deum in proximis Creatorem et Redemptorem placare, vincula delectorum suorum dissolvi, veniamque commissorum promereri rebus hisce fluxis et caducis officijsq; et obsequijs temporalibus gratiam gloriaq; inexpugnabilis diadema consequi, quieteq; indeficienti ac eidem Beatorum potiri, Sudsq; cum intentissa sollicitudine pijs in promovendo cultu Divino ac Ecclesia sollegiata Sanctorum Omnium Cracovia flagrantissime satisfacere percupiens desiderijs Summam Capitalem Quorum Millium Septingentorum et sexdecem Talerorum Imperialium pro fundatione et Erectione Prelaturæ seu Cantoriæ tum Cantoris et Prelati in Ostata Ecclesia de Bonis Propriis ibi Divinitus conerogatis laboreq; proprio partis et acquisitis liberalitere contulit, eandemq; Summam Capitalem in Censum annuum Redemptionalem Centum Nonaginta Talerorum Imperialium ab eadem Provenientes per Magnificum Dominum Joannem Stanislaum à Pilca Korytnicki Capitaneum Inowlodzensem Bonorum et villarum Sorembo, Potok et Cortow Heredem in villis ipsius Propriis in tenore Inscriptionis sub inserte de Litis Specificatis inscribi procuravit, et nobis Inscriptionem ipsius Summæ et Census in forma authentica quam vidimus et legimus communistravit humiliterq; supplicavit, quatenus hoc ipsius desiderium et Inscriptionem admittere et approbare et alia quæ juris ordo et ratio postulat Statuere dignaremur. Nos Supplicationibus ipsius Plesowski inclinati, sanctum et laudabile ipsius hujusmodi Institutum libenti corde amplectentes, illudq; pro officio Nostro promovere et ad optatum effectum quam primum deducere cupientes ante omnia juxta morem Normamq; circa talia observatum solitam, et ut ejusdem Generosi Dñi Plesowski alias Wisniowski Fundatio perpetuo perennitter ac irritemis temporibus illibata permaneat, ante omnia binas Literas Citationis in villis Citationis generalis contra omnes et singulos sua ex adverso jus et interesse communiter vel divisim se habere forsan prætendere dum termino Quindecem dierum extradendas esse decrevimus, et extradimus. Tandem die hodierna eorum Nobis pro Tribunali et juribus reddendis

Tenentibus.

sedentibus Judicioj nostro profatus Generosus Pleszowski per
Nobilem Joannem Dzierzgiski Procuratorem suum prout docuit
de mandato coram Legali Joanne Kropicki Publico Sacra Au-
thoritate Apostolica Notario Anno currenti Millesimo Sexcen-
tesimo Quadragesimo octavo die Vigesima sexta Januarij
recognito authentico Instrumento personaliter comparens et
oblatis Judicio Literis Citide binis separatim expeditis per affi-
xionem ad valvas Portae Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium
Cracoviae per Nobilem Joannem Witoszewski Vicedecanum ejusdem Ec-
clesiae et Parochialis Ecclesiae in villa Porembafitt per Reve-
rendum Sigismundum Ogrodowski Plebanum ejusdem Parochia-
lis legitime ut apparebat executis in termino hodierno et ipse
Literis Citide legitime incidente contumaciam Omnium et singulo-
rum dictas Literis Citide Citatorum et non comparentium accu-
savit, petens eosdem contumaces reputari, et in eorum con-
tumaciam praemissa omnia et singula admitti, Inscriptionem
Resignatae Summae et census ab eadem provenien in omnibus
et singulis illius punctis clausulis articulis et conditionibus
universis approbari confirmari ratificari, robur authoritatis Or-
dinariae et perpetuae firmitatis pariter et Decretum desuper
apponi, dictum censum una cum Summa principali libertati et
immunitati Ecclesiasticae adscribi incorporari inscriberari, ab
hoc eodem censu et Summa Capitali Cantoriam et Prelatu-
ram ac Canteriam seu Prelatum in dicta Ecclesia Sanctorum
Omnium erigi, fundari dotari, onera inituta et alia census ac
Summae principalis praetactae mentem et ordinationem Domini
Fundatoris Cantori pro tempore existenti in perpetuum imponi
et ad eadem explenda sub onere conscientiae obligari, Jus patronatus
et praesentandi ad hujusmodi Cantoriam seu Prelaturam vacatione
ejusdem occurrente juxta ordinationem infrascriptam reservari et
alia quaecunque juris et justitiae sunt decerni et ordinari. Cujus
quidem Inscriptionis tenor sequitur talis. Comparens per-
sonaliter coram Officio et Actis praesentibus Capitaneatibus Castro-
rum Sandecensium Inowlocensium Joannes Stanislaus à Pilca Ko-
rytnicki Capitaneus Inowlocensis Bonarum et Villarum

Poremba Potok et Korzow Actes sanus mente et corpore ce-
Recedendo a Terris districtibus Jurisdictionibusq suis quibus-
vis Proprijs et competentibus, Se vero cum Successoribus ac Do-
nis suis omnibus Jurisdictioni Officij Penes Castrensis Capita-
nealis Cracovienſis pro ad actus Sententias attinet totaliter et
plenarie incorporando atq subjiciendo palam libere ac per ex-
pressum recognovit. Dicta Nobili Adalberto Plesczowski Mino-
rum Ordinum Clerico Summam centum Nonaginta Talerorum
Imperialium Census annui Recemptionalis pro Summa Capitali
Duorum Millium Septingentorum et Sexdecem Talerorum Impe-
rialium jam ab eodem Nobili Alberto Plesczowski realiter et in
effectu levata et percepta de qua ipsum Presentibus quietat
liberumq et absolutum facit idq pro Fundatione Cantoris Pra-
laturae ad Ecclesiam Collegiatam Omnium Sanctorum Cracovia
sit per eundem Nobilem Albertum Plesczowski fundand in et
super Bonis suis Hereditarijs Suprascriptis videlicet totis et integris
villis Poremba cum Curia et Praedijs duobus tum Potok et Korzow
in Palatinatu et Districtu Cracovienſi jacen omnibusq et sin-
gulis eorundem Bonorum Subditis Incolis Cmethonibus Hor-
tulanis Ingressibus agris pratis campis fundis fructibus proven-
tibus redditibus utilitatibus emolumentis attinentibusq et perti-
nentijs generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro Se-
nisq Successoribus aut alio quopiam reservatis, Sed omnibus in
genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem
et è contra non derogando in totum et plenarium prout ea
Bona ipse met Recognoscens tenuit habuit et possedebat, bene-
qi habere et possidere debuit ac ipsum legitime concernebant
eademq servicbant perpetuo et in omnem in vim tamen Re-
emptionis alias na modo cauſſ vendidit et transportat prout vendit
et inscribit Presentibus. Eidem quoden Summam Supraspectam
Centum Nonaginta Talerorum Imperialium Census Annui Re-
emptionalis idem Recognoscens Generosus Johannes Stanislaus
Korycinski de Cum Suis Successoribus et Bonorum eorund
tam in toto quam in parte Hereditibus et quibuscis Possessoribus
pro tempore

pro tempore existentibus de et super Bonis suis omnibus
eidem Nobili Alberto Plesowski seu Cantori praefatae Ecclesiae Omni-
um Sanctorum pro tempore existenti inscribit et obligat praesen-
tibus pro duabus temporum rathis, primam quidem ratham no-
naginta quinque florenorum Imperialium pro festo Nativi-
tatis Sancti Joannis Baptistae, alteram vero ratham itidem
nonaginta quinque Talerorum Imperialium pro festo
Sanctorum Trium Regum incipiendo solutionem ejusmodi
census a proximè venturo festo Nativitatis S. Joannis Ba-
ptistae et sic consequenter singulis annis et festis atque rathis
supra praefatis mediante quietatione manuali quidem Nobilis Al-
berti Plesowski seu Cantoris praefatae Ecclesiae Omnium Sanctorum
pro tempore existentis dare solvere et per suum proprium Nuntium
Cracoviam transmittere Idque sub vadio summae Capitali cor-
respondenti Duorum Millium Septingentorum et Sexde-
cem Talerorum Imperialium per praedictum Recognoscentem
Generosum Capitaneum Gnieznoviensem et ejus Successores
Bonorumque praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et
quosvis Possessores pro tempore existentes praedicto Nobili Al-
berto Plesowski seu Cantori Ecclesiae praefatae Omnium San-
ctorum pro tempore existentis in casu in solutionis census pra-
fati pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succum-
bendo. His nihilominus conditionibus adjectis et specialiter
huic Inscriptioni appositis, Quodsi aliquando Bonorum
eorundem Haeres et Possessor Bona eadem emundare et ab isto
onere census eliberare voluerit, tenebitur supra praefatum Can-
torem Ecclesiae praefatae Omnium Sanctorum ante reemptionem dimidio
anno avisare, et praedictam avisationem ad acta praesentia
inscribere, et summam praefatam in Taleris Imperialibus cum
Scitu Loci Ordinarii reponere, atque summam praedictam in alia
Bona munda et libera collocare. Quodsi vero praefatae Fun-
dationi per se Recognoscentem fundandae Capitulum Omnium

Sanctorum contrarium fuerit, et per Loci Ordinarium approbata non fuerit Census Suprascriptus ad Praefatum Nobilem Albertum Plesrowski Recognoscentem et ipsius Successores seu prout ipse ordinaverit pertinebit. Et jam ex nunc idem Recognoscens Generosus Capitaneus Gniewkoviensis dat et admittit praesentibus praenominato Nobili Alberto Plesrowski seu Cantori Ecclesiae Praefatae Omnium Sanctorum pro tempore existenti in Bona Suprascripta censu praedicto onerata in eodem censu realem Intromissionem cum actuali uti fruitione, per Ministerialem quemcunque sibi ad id duxerit eligendum, tam ex nunc ipsi ab Officio praesenti additum. Debetque et tenebitur praedictus Recognoscens Generosus Capitaneus Gniewkoviensis prout se ac suos Successores Bonorumque Praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores pro tempore existentes praedicto Nobili Alberto Plesrowski seu Cantori Ecclesiae Praefatae Omnium Sanctorum pro tempore existenti occasione census Praefati et Bonorum Suprascriptorum eodem censu onerationum tam in toto quam in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, si quae in eisdem Bonis cuicunque personarum factae et recognitae fuerint, Jam ab omni Impetitione Juridica quarumcunque personarum Status sexus et conditionis cujusvis existentium in omni Judicio et Officio Regni totiens quotiens opus fuerit tueri evincere defendere et intercedere, ac utilibet indemnem reddere. Ita ut praedictus Nobilis Albertus Plesrowski seu Cantor Ecclesiae Praefatae OOm Sanctorum pro tempore existens possit et valeat pacifice et integre quolibet Anno et rathis suprascriptis censum suprascriptum percipere Idque sub alio simili et speciali vadio Duorum Millium Septingentorum et Sexdecem Talerorum Imperialium per praedictum Recognoscentem Generosum Capitaneum Gniewkoviensem et ejus Successores Bonorumque Praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Successores pro tempore existentes praedicto Nobili Alberto Plesrowski seu Cantori Ecclesiae Praefatae OOm Sanctorum pro tempore existenti ob non completionem praemissorum Omnium

et Singulorum

et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbentem. Pro quibus quidem vadio vel vadijs praefatis seorsivis et specialibus taliter ad solvendum succubitt ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa, summaque census praefati non soluta citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Joannes Stanislaus Korzcinski Capitaneus Gniewkoviensis sive ejus successores, Bonorumque praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quivis possessores pro tempore existentes citati ad instantiam suprascripti nobilis Alberti Plesrowski seu Cantoris Ecclesiae praefatae Obm SS m pro tempore existentem ad Officium praesens Castrense Capitaneale Cracoviense, ex tunc recedendo ut supra a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus, se vero cum successoribus Bonorumque praefatorum tam in toto quam in parte Haeredibus et quibusvis possessoribus pro tempore existentibus Jurisdictioni Officij praesentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis quo ad respondendum et Inscriptioni praesenti in toto satisfaciendum plenarie incorporando, In primo citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere pro vadio vel vadijs praefatis seorsivis et specialibus ac re ipsa principali pro qua ex praemissis non completa, summaque census praefati non soluta citabit, tam in toto, quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit ac tenebitur sejus posteros suos Bonorumque praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis possessores pro tempore existentes obligat, ipsum primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes causae ejusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro majori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ac ad munimenta, vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad quietationem ultra spatium duarum septimanarum Officij praesentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis dilationem

sibi non recipiendo, nullosq motiones appellationes earumq prosecutiones faciendo, ac Premissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, fatalys Juris praescriptione Terrestri, bello conventioneq et clys quibusvis Juris remedys et defensis non subterfugiendo Presenti Inscriptione ad Premissa mediante Actum in Castro Cracoviensi Sabbatho ipso die Conversionis Sancti Pauli Apostoli Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo. Hieronymus Sinietanska Vicecapitaneus Crac: Correxit Dlus Lei, Loco Sigilli:

Nos vero Petrus Gembicki Epus Supramemoratos Judiciumq nostrum dictos Citatos diutius ultra horam audientiae expectatos et non comparentes contumaces prout meritoerant justitia suadente reputavimus et in eorum contumaciam Inscriptionem Praesentem in omnibus et singulis illius punctis clausulis articulis et conditionibus universis approbam confirmam ratificam, robur Authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decretum desuper apponem, Praefatum Censum una cum Summa Capitali libertati et immunitati Ecclesiasticae adscribem incorporam inviscerem, atq super eodem censu et Summa Capitali Cantoriam et Praelaturam, Cantoremq et Praelatum in praefata Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Crac sitt erigendum fundandum dotandum, Onera et obligationes in tuitu ejusmodi census Cantori pro tempore existenti, ut videlicet qualibet Septimana duas Missas lectas, primam quidem Requiem nuncupatam feria sexta pro animabus Fundatoris ac Nobilium Alberti et Elisabethae Parentum, Reverendi olim Adami Sacerdotis Fratris Germani Fundatoris, aliorumq propinquorum et Consanguineorum ipsius ad altare Privilegiatum celebret. Alteram vero Missam itidem Lectam Feria quarta seu die Sabbathi de Immaculata Conceptione Beatissimae Mariae Virginis Coelorum Terrarumq augustissimae Reginae cujus Charitas qua fertur erga peccatores, multitudinem vitiorum cooperit, atq Intercessio ad visionem beatificam Summae et Individuae Trinitatis

perducit

perducit applicando pro anima solius duntaxat Fundatoris in Ecclesia Sanctorum Omnium vel alias ubicunq; vel in quacunq; Ecclesia absolvat perpetuo. Quodsi vero praefatis diebus quibus praenominatas Missas absolvere deberet, aliquod festum celebre ad populum vel alias duplex inciderit, ex tunc loco praefatae Missae Requiem aliam absolvet de Festo, facta commemoratione Defunctorum Suprascriptorum, loco vero Sacri de Immaculata Conceptione itidem absolvet de festo celebri alias duplici occurrente facta commemoratione per Collectam de Immaculata Conceptione, vel è converso Missam de Immaculata Conceptione Bsnae Mariae Vgs cum Commemoratione Festi occurrentis, et Missam eandem applicabit Suprascriptae intentioni Fundatoris. Quodsi etiam idem Dominus Cantor Suprascriptis diebus aliquomodo fuerit impeditus, tunc praenominatas Missas juxta Suprascriptam ordinationem aliquibus aliis diebus sive per se, sive per alium Substitutum Presbyterum in dicta Ecclesia Sanctorum Omnium sive in quacunque alia Cracoviae et si fuerit itinerans etiam extra Cracoviam ad altare privilegiatum alias quodcunq; si aliter fieri nequiverit absolvet et absolvere tenebitur imponendum, eundemq; ad explendas Suprascriptas obligationes et onera sub onere conscientiae ac interminatione districti Judicij Omnipotentis Dei in perpetuum obligandum et stringendum duximus, prout Christi nomine repetito approbamus confirmamus ratificamus apponimus adscribimus, incorporamus inviscerамus erigimus fundamus dotamus imponimus obligamus et obstringimus. Porro Jus Patronatus et praesentandi Cantorem seu Praelatum Suprascriptum ad praefatam Cantoriam seu Praelaturam vacatione ejusdem occurrente juxta petitionem et intentionem dicti Fundatoris Excellenti Alberto Carolo Wisniowski Artium Magistro et Philosophiae Doctori, Publico Sacra Authoritate Apostolica Notario uti dicti Fundatoris ex Fratre Nepoti quo ad vixerit reservamus. Post decessum vero ipsius nonnisi et duntaxat Soli Fratri Germano Seniori

ejusdem Wosniowski et post Fratris Senioris obitum filio itidem ejusdem Fratris defuncti Seniori itidem soli et in solidum, semperq Fratri seu Filio natu majori et Seniori in gradu consanguinitatis proximiori serviet, Et sic consequenter quicunq ex genere et familia eorundem Wosniowskich sexus masculini duntaxat inter eosdem Wosniowskich consanguineos gradu proximior et natu major fuerit, quousq genus et familia eorundem Wosniowskich perduraverit, ipseq solus sine alijs Fratribus ad hujusmodi Jus patronatus spectabit et pertinebit, atq Illustrissimo Domino Lociordinario pro tempore existenti seu ejus Officiali Generali ad hujusmodi Cantoriam seu Prelaturam vacantem non nisi etiam gradu proximiorem Fratrem Cognatum agnatum seu affinem primam Tonsuram saltem habentem qui ad residentiam personalem non tenebitur praesentabit. Quodsi vero nullus ex Fratribus cognatis, agnatis, propinquis et affinibus ad Statum Spiritualem aspirare vellet, tunc neminem alium extraneum dictus Patronus ad dictam Cantoriam praesentare poterit, nisi vel Illustrissimi Dni Lociordinarij pro tempore existentis Episcopatus Cracoviensis, aut Venerabilis Capituli Ecclesiae Cathedralis Crac. Notariis, vel unum ex Collegis Dominorum Jurisconsultorum Almae Academiae Cracoviensis, vel unum ex Poenitentiarijs dictae Ecclesiae Cathedralis Crac: quicunque magis idoneus ex his ad obtinendum hujusmodi Beneficium praefato Wosniowski pro illo tempore Patrono existenti videbit. Si vero Senior Wosniowski negligens in praesentando ad dictam Cantoriam quandocunq vacantem ultra tres menses a die vacationis fuerit, extunc ejusdem Senioris Wosniowski proximus natu Frater, et hoc etiam negligente alter proximior natu junior, sic ut praemissum est ex personis supra praeterptis praesentare debebit et tenebitur. Etsi hi omnes Wosniowscy in praesentando praedicto Cantore negligentes fuerint, Jus patronatus pro illa tantummodo vice, non vero

pro alijs

pro alijs perdant, et in hoc casu negligentiae praesentandi ejusmodi Cantoris Illustrissimus Dominus Locioordinarius seu Judicium ejus de hujusmodi Cantoria non extraneae alicui personae sed ex praefatorum Wosniowskich Consanguineis cognatis agnatis vel affinibus et in defectu horum cuicunque ex supra scriptis Notarijs Collegi: et Poenitentiarijs providebit et ad onera supraexpressa absolvenda moneri faciet et curabit. Ne vero aliqua difficultas ratione Consanguinitatis graduum et propinquitatis durante Familia inter praefatos Wosniowskie oriretur, quilibet Cantor seu Praelatus pro tempore de Familia duntaxat Wosniowskich existens in Testamento aut alias coram quibuscunque actis constitutus Personam ex dicta Familia Wosniowskich occurrente vacatione praefatum Jus patronatus juxta praescriptam Ordinationem de Familia servire debeat, et qui praesentandus occurrente vacatione fuerit, habita vero in praemissis notitia et graduum in praefata familia cognitione certa, nulli ex Familia juxta praesentem Ordinationem in quo ipsius conscientiam oneramus et obligamus praejudicium faciendo, nominare et designare, relationemque qui ex ipsis in hujusmodi Jure Patronatus et praesentandi juxta Erectionem succedere debeat facere tenebitur. Cujus nominationi, designationi relationi, sive coram Actis sive per aliquam publicam sive per Testamentum sive per quamcunque manu ipsius privatam scripturam factae tam in Judicio quam extra standum et plene credendum erit. Quod si aliquis error in praemissis nominatione, designatione et relatione successu temporis quocunque modo intervenerit, ex tunc ille qui senserit se esse gravatum et sciverit proximiorem habebit Jus et facultatem liberam reclamandi et praefatam Cantoriam et Praelaturam sibi conferri petendi, et ad Illustrissimum Dominum Locioordinarium pro tempore existentem in praemissis recurrendi. Item

ad hujusmodi Juspatronatus et praesentandi durante Familia praefatorum Wosniowskich illi tantum, qui vel mediocriter saltem literati, vel artes Liberales tractantes, vel in statu nobilium ac Equestri ordine aut alias urbano existant spectabunt et pertinebunt spectareq et pertinere debebunt. Inter quos semper ut praefertur natu major gradu Consanguinitatis proximior licet sit mediocriter literatus juniori magis Literato et idoneo, tam in pari quam remotiori gradu existente, tam ad possidendum Juspatronatus quam ad obtinendum hujusmodi Beneficium praeferendus erit, et Jus ad hujusmodi Juspatronatus prout superius ordinatum habebit, Quodsi vero durante Familia praefata, ex eadem aliquem Religionem quamcunq approbatam ingredi, et postea ex quacunque causa ad saecularem statum redire contigisset, ex tunc eo ipso tam ad Juspatronatus possidendum quam etiam ad hujusmodi Beneficium praelaturae seu Cantoriae obtinendum, si ad statum spiritualem aspiraverit, solus duntaxat incapax et inhabilis erit, et ad Juspatronatus etiamsi esset natu major et gradu consanguinitatis proximior, minime pertinebit. In defectu vero Familiae praefatorum Wosniowskich Nobilibus Clarissimis ac Spectabilibus Dominis Proconsuli et Consulibus in pleno numero residentibus celeberrimae Urbis Cracoviensis pro tempore existentibus perpetuo ac in aevum hujusmodi Juspatronatus et praesentandi ad hujusmodi Cantoriam adscribimus adjungimus annectimus, et applicamus Qui in praesentando observabunt conditiones infrascriptas Primo quod neminem extraneam personam post devolutionem ad se Juspatronatus, nisi ex praefatis ultimi in Familia Wosniowski affinibus, affinem gradu proximiorem occurrente vacatione usq ad tertium gradum affinitatis inclusive tantum, in defectu vero eorum ex praefatis Notarijs, Jurisperitis et Poenitentiarijs praesentabunt, 2do

nemine

nemine in tertio gradu affinitatis præfatorum Wosniowskich existente ex Præfatis Collegis Notarijs et Pœnitentiarijs loco prior et in senio major juniori et inferiori nullo nullo modo præferetur. Verum quemcunq et his magis habilem præfati Proconsul et Consules animadverterint, eidem hujusmodi Cantoriam seu Prælaturam conferent. Ne vero aliquo modo per magnates et Principes libera præfatorum Dominorum Proconsulis et Consulum dictæ Cantoriæ Collatio impediatur, ideo si aliquem ex supraspectis præsentandis ab aliquo Magnate et Senatore Intercessoriales Literas ad effectum obtinendæ hujusmodi Cantoriæ acceperit, eo ipso ad obtinendum idem Beneficium sit et efficiatur inhabilis, præfatiq Patroni quemcunque ex supraspectis Personis uti sibi bene notis, habiliorem viderint, huic dictam Cantoriam conferre tenebuntur. Quod si vero prædicti Proconsul et Consules in præsentando negligentes intra tempus superius assignatum fuerint, monitiq ut supra ab Illmo Dno Locioordinario præsentare neglexerint, extunc Illustrissimus Dominus Locioordinarius Personæ ex supraspectis præsentandis hujusmodi Cantoriam pro illa vice conferet. Si vero (: quod Deus avertat:) ex Familia Wosniowskich supraspecti Patroni gradu proximiorum et natu maiorum in hæresim prolapsi fuerint, extunc præfatum Jus patronatus ad alias remotiores, etiam quoque in hæresi existentibus ad præfatos Proconsulem et Consules. Quibus etiam (quod absit) hæresi infectis præfatum Jus patronatus ad Illmum Dominum Locioordinarium pro tempore existentem spectabit et pertinebit. Ita tamen ut extincta hæretica labe ad præfatam Familiam Wosniowskich et in defectu eorum ut supra ad supraspectos Dnos Proconsulem et Consules si superfuerint Catholici uti more laicali redeat et devolvatur manentibus firmis supra expressis conditionibus et ordinationibus. Insuper statuimus quod hujusmodi

Inspatronatus et praesentandi tam dictis Successoribus praefati Wo-
Sniowski quam Proconsuli et Consulibus Cracoviensibus pro tem-
pore existentibus non licebit aliquo modo in perpetuum ali-
enare, alias si quae intercesserit alienatio, ex tunc irrita nul-
la et inanis censeri debet etiam longissimi temporis et inme-
morabili praescriptione non obstante. Deinq ut ex praefato
censu Centum Nonaginta Talerorum Imperialium ra-
tione participationis refectionum cum alijs Praelatis et Cano-
nicis dictae Ecclesiae Sanctorum Omnium Venerabili Ca-
pitulo Decem taleros Imperiales ad manus Procuratoris e-
jusdem Capituli, Quatuor vero Taleros Cantori Scholae seu
Ecclesiae ejusdem ut diligentior sit in officio suo pro duabus
rathis videlicet prima ratha Quinque taleros Imperiales
pro ipso festo SSm Fabiani et Sebastiani inter Praelatos et Ca-
nonicos qui eodem festo ad Sanctum Sebastianum et alios
quinque pro ipso festo et die Sacratissimi Corporis Christi
inter eosdem quoque suprascriptos Praelatos et Canonicos
qui ad ejusdem Sacratissimi Corporis Christi Ecclesias Proces-
sionibus praesentes more Canonico interfuerint distribuendos.
Tum et suprascripto Cantori Scholae seu Ecclesiae duos ~~Taleros~~
Florenos quolibet festo ex praedictis Cantor seu Praelatus su-
pranominatus perpetuo det, solvat, et numeret decernimus.)
Et ita statuimus ordinamus atq praefatum Cantorem seu
Praelatum pro tempore existentem omnibus et singulis honoribus
libertatibus, Juribus praerogativis privilegijs Statutis Decretis
ordinationibus et quibusvis alijs praeeminentijs ac titulis ejus-
dem Ecclesiae in Capitulo uti, frui, potiri, et gaudere, fore
ac debere fore prout et alij Praelati et Canonici dictae Ec-
clesiae futurum, fruuntq potiuntq et gaudent decernimus,
eidem Cantori noviter erecto et fundato Stallum in Choro
locum et vocem in Capitulo cum plenitudine Juris Canonici assi-
gnamus

quamus, defectusq omnes et singulos si qui de jure aut de facto in et circa premissa quomodolibet intervenerunt authoritate ordinaria supplemus, Literasq approbationis confirmationis, erectionis fundationis et dotationis desuper necessarias in forma solita decernimus et relaxamus. In quorum fidem Plentes sigillo nostro muniri jussimus. Actum et Datum Cracoviae die Lunae 11 Mensis Maij Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quadragesimo Octavo Indictione Romana prima Pontificatus Ssmi Dni nostri D. Innocentij Divina providentia Papae X ejus nominis feliciter moderni Anno ipsius quarto. Presen. Illustri et Adm. Rdo Alexandro de Brzezie Brzeski Archidiacono Zarichostensi, Justo Stowikowski Parochialis Beatissimae Mariae Virginis in Circulo Archipresbytero Causarum Curiae Nostrae generali Auditore, et me Joanne Grabowski Ph. Doctoribus Actorum coram Nobis Notario. Sequitur.

Restrictio praedictae Cantoriae facta Anno 1665

Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo Quinto Die Veneris Vigesima nona Mensis Maij

In Nomine Domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Andreas Trzebicki Dei et Aplicae Sedis gratia Epus Cracovien. Dux Severiae. Universis et singulis quorum interest, interest, aut quomodolibet in futurum interesse poterit presentibus Literis Nostris et in perpetuum valituris significamus Quomodo coram Nobis pro Tribunali et Juribus reddendis sedentibus Judicioq Nostro personaliter comparens Adm. Rdus Adalbertus Pleszowski Ecclesiae Collegiatae Ssm Obm Cracovien. Cantor, uti et tanquam

Cantoriae dictae Collegiatae Ecclesiae Unicus Fundator et Actor oblatis Cridae Literis in vim citationis generalis contra omnes et singulos sua ex adverso Jus et interesse aliquod communiter vel divisim se habere praetendentes ex Cancelleria Nostra emanatis et debite ut apparebat exequutis contumaciam omnium et singulorum dictis Cridae Literis Citatorum et non comparentium accusavit, et in eorum contumaciam Erectionem suprascriptae Cantoriae in Judicio Illustrissimi et Reverendissimi Domini olim Petri Gembicki eadem gratia Episcopi Cracoviensis Ducis Severiae immediati Praedecessoris Nostri Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo, die undecima Maij factam, per Actorem suprascriptum fundatam et dotatam in punctis et conditionibus ex parte Juris Patronatus et praesentandi ac Praesentandorum, necnon onerum ac obligationum in dicta Erectione descriptis reformari, moderari atq; census annui Reemptionalis Septuaginta florenorum Polonicalium, cujus circa Erectionem Originalem Cantoriae non est facta totalis dispositio ordinationem fieri decerni, aliaq; quae de Jure venerint statui et ordinari petijt. In praesentia Nobilis Mathaei Czernicki Adm. Rdi Alberti Wosniowski Praepositi Mielecensis Citati ex adverso Principalis, in reformationem moderationem et alia petita Fundatoris expresse consentientis. Nos vero Andreas Trzebicki Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Cracoviensis supramemoratus Judiciumq; Nostrum ante omnia omnes et singulos alios Citatos et non comparentes contumaces reputarimus et in eorum contumaciam attento eo, quod bene gesta in

melioren

meliorem finem formam et modum de Iure possunt
reduci ideo ad instantem petitionem suprascripti Fundato-
ris moderando et reformando puncta et conditiones pri-
mævæ Erectionis supra de actu descriptæ statuimus
ac decernimus ut Ius patronatus sequuta morte supra-
scripti Fundatoris et non alias Magistratui Cracoviensi
pro tempore existenti in perpetuum serviat. Qui Patro-
ni et Collatores ad hujusmodi Canteriam vacatione ejusdem
occurrente, non aliquem ex Notarijs Curiæ Episcopalis vel
Venerabilis Capituli aut Pœritentiarij Ecclesiæ Cathedra-
lis Cracoviensis prout in primæva Erectione descriptt.
et ordinatum est, cui hoc Decreto Nostro in perpetuum
derogamus, sed in primis supradictum Adm Reverendum
Adalbertum Wosniowski Propositum Mielecensem, nepotem
Fundatoris, deinde unum ex Consanguineis Fundatoris
de Linea Paterna habilem tamen et idoneum ac de vita
moribus et doctrina commendatum Actu Presbyterum in æ-
tate plus vel minus Quadraginta annorum existentem.
Tandem occurrente vacatione ejusdem Canteriæ idem Patro-
ni non amplius de ulterioribus Consanguineis extra Aca-
demiam Cracoviensem existentibus, sed unum ex duobus
Dominorum Iurisconsultorum Professoribus Almæ Aca-
demiæ Cracoviensis in Convocatione a Domino Præpto
ejusdem Collegij Dominorum Iurisconsultorum indicenda
per Dominos Professores eligendum et Magistratui Crac:
commendandum, quem voluerint et magis idoneum censu-
erint, maxime si aliquis Consanguineus dicti Fun-
datoris inter eosdem Professores aut in alia ejusdem
Academiæ Facultate laureatus fuerit, Nobis et Reve-
rendissimis Successoribus Nostris Episcopis Cracoviensibus

vel Officiali Generali Cracoviensi ad instituendum presentabant et presentare debebunt. Item statuimus ut Cantor pro tempore existens ultra duas Missas in priori Erectione descriptas Tertiam Missam de Requiem pro Animabus Consanguineorum Fundatoris in dicta Collegiata Sanctorum omnium non vero in alia quapiam Ecclesia per se et non per alium nisi forte legaliter impeditus aut eadem Ecclesia impedita fuerit absolvat. Suprascriptas tamen obligationes Ptatus Adm Rdus Praepositus Mielnicensis per se vel per alium Substitutum Presbyterum adimplere poterit. Idem Dominus Cantor pro tempore existens pro decore Suprascriptae Ecclesiae Festis Solennioribus, Processionibus et thurificationibus adesse tenebitur. Porro census annui Septuaginta florenorum talem distributionem et ordinationem facimus. Primo Praelatis et Canonicis dictae Ecclesiae Collegiatae Ssu Obm quotannis absq ullis oneribus florenos duntaxat viginti Polonicales, non vero triginta prout in erectione Originali continetur, et qui ex Praelatis et Canonicis Ejusdem Ecclesiae Processioni Solenni in Festo Sacratissimi Corporis Christi interfuerint, decem restantes a dictis triginta florenis Polonicales florenos assignamus. Item Cantori ejusdm Ecclesiae ut diligentior sit in suo Officio florenos quatuor. Sacristiae pro vino et cera seu candelis florenos decem, vicarijs pro Anniversario decantando pro Anima Fundatoris florenos quatuor, Procuratori Venerabilis Capituli dictae Ecclesiae, qui attendet ut satisfiat ordinationi et Erectioni Fundatoris in absolvendis obligationibus florenos tres, Sacristiano quoque ratione laboris (: quem specialiter obligatum esse vult Fundator, quatenus diligenter attendat obligationibus Missarum ab eodem Cantore celebrandarum, et ut eandem in eventu negligentiae ad Venerabile Capitulum

bile Capitulum deferat:/ assignamus annuatim florenos tres, Campanatoribus vero ejusdem Ecclesiae florenum unum quotannis dari et numerari decernimus. Insuper Cantor pro tempore existens ratione erictionis census, super quo praefata Cantoria fundata est inquantum retentus fuerit quindecem florenos Polonicales ad Caecam seu cistam per Cantorem seorsive comparatam quotannis reponere debebit, quae cista erit sub ara et regimine Procuratoris Vblis Capituli dictae Collegiatae Sanctorum Omnium, a qua una Claris debet esse penes dictum Capitularem Procuratorem, altera vero penes Cantorem pro tempore existentem. Qui quidem Cantor circa Rationes Capitulares quotannis tenebitur dare rationem perceptorum et expensorum Capitulo praefato. Et ita statuimus decernimus ac ordinamus ac in alijs punctis Erectionem et ordinationem priorem in suo robore conservamus perpetuo. In quorum fidem praesentes manu propria subscriptas sigillo nostro muniri jussimus Datum Cracoviae Die Veneris Vigesima Nona Mensis Maij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quinto. Praesentibus Illustri et Adm Reverendis Stanislao Trzebicki Cantore Gnesnensi Custodi Cracoviensi, Curiae Nostrae Cancellario, Andrea Pegowski Canonico Chelmensi, Scholastico Sandomiriensi Andrea Grabianowski Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico, Ecclesiae Collegiatae SSm Obm Crac Scholastico, Joanne Lucatelli Ecclesiae Parochialis Sancti Jacobi Casimiriae ad Cracoviam Praeposito, Raphaele Roscicki Publico et Actorum Curiae Nostrae Notario alijsque plurimis Testibus fide dignis.

281

Ex Actis Acterum Episcopatus Cracovien extractum, et Sigillo Loco Sigilli X: Concordat cum Actis Collationavit Franciscus Krolicki Apticus Notarius m.

Decretum Tribunalis Regni Anno 1663 Fer. 6. post Dnicam Rogationum Lublini pro parte Perillustris olim Alberti Pleszkowski latum, per oblatam ad acta Castren Cracovien f. 4 post festa Solennia Paschae Anno 1671. porrectum. per Nobilem Albertum Dobrzynski.

Punctum In termino itaq hodierno vigore eiusdem Citationis ac praesentium Judiciorum Ordinationis legitime ad praesens ex arresto incidenti et provenien parte utraq Actorea per Nobilem Joannem Duklewicz Actata vero per Gnosum Stanislaum Parzyniceski comparente et contravertente. Judicium praesens Ordinarium Gnlis Tribunalis Regni Lublinen super Bannitionem post controversias Partium ex personali et ex dilatione infirmitatis in Jure Succubitorio super actore Cassan obtentae ht nominibus non posse sibi constituere Actorem cassandae locum Standi adinvenit, et eodem Actore hanc convictionem super se obtentt moderamini Judicij subyciente decernit ut idem actor cassandae in contestationem loci Standi et sublationem bannitionis pro qua cassanda agit triplex Vadium Capitaneale Parti, Judicio vero duplex in instanti, parti vero circa Solutionem Censuum in sex septimanis reponat, et nihilominus in principali satisfaciendo Census juxta Inscriptionem Recomptionalem retentos ad annum praesentem inclusive siquidem per processum litigitium, Solutionem ipsemet protraxit, duobus duntaxat annis hostilitatis exclusis hinc in sex septimanis ab actu praesentium praemissorum Officio Castren Capitaneali Crac sine dilationibus et offerenda Intromissione solvat lucta ad praesens poena 14 Marcarum Polon Parti et Judicio praesenti totidem, Parti quidem sub majori poena duplici 14 Marcarum Polonicalium, Judicio vero sub poena bannitionis in instanti solvenda &c &c.

Cantores. Ecc. Coll. SS. Olim

1. Albertus Pleszkowski ~~ad~~ A° 1640
2 Arbertus Carolus Wosniowski ~~ad A. 1670~~ 1670 16 Junij
3 Albertus Constantinus Wosniowski 1682 19 9bris

U.J.D.

4 Andreas Krupecki 1604 24 Aprilis
5 Joannes Ekart U.J.Dr. 1607 11 Aprilis
6 Adamus Styrkowski U.J.D. 1709 12 Julij
7. Gaspar Topinski U.J.D. 1714 19 Novembris
8 Joannes Lukini U.J.D. 1717. 21 Octobris
9 Stephanus Kropski U.J.D. 1730 14 Novembris
10. M. Stanislaus Mamczynski U.J.D. 1750 8 2 Maii installatus.
11 M. Casimirus Jarmundowicz U.J.Dr 1751. 12 Martii institutus Installatus verò die 27 Junij
12 M. Jacobus Marciszowski U.J.P. 2-9bris installatus, nemine contradicente Ao 1754.
13. M. Franciscus Minocki U.J.Pr, in Modlnica Curatus. install. 26. Junii. 1773.
14. M. Bonifacius Garycki 1785 installatg. Praepositg S. Annae.

Erectio Archidiaconatus in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviæ, facta

Aº 1648. 22 Mai

In Nomine Domini Amen.

Petrus Gembicki Dei et Aplicæ Sedis gratia Episcopus Cracoviensis, Dux Severiæ. Universis et Singulis tam Præsentibus, quam futuris Præsentes Literas in perpetuam rei memoriam valituras inspecturis Significamus. Quia creditam Nobis desuper regendarum Ecclesiarum hujus Diœcesis provinciam Salubriter exequi coadjuvante Domino cupientes, ad ea libenter intendimus per quæ Singulæ Ecclesiæ Præsertim Collegiatæ Insignes et Famosæ personarum utilium fultæ Præsidijs, et suis honoribus Juribus et bonis præserventur, et ad laudem et gloriam Omnipotentis in Spiritualibus et temporalibus votivis proficiant incrementis. Proinde cum Adm Rdus Adamus Roszczewicz Juris Utriusq Doctor et Pfr. Collegij Jureconsultorum Almæ Academiæ Cracoviensis Collega ac Ecclesiæ Collegiatæ S. Michaelis Archangeli in Arce Cracoviensi sitæ Canonicus, et Executor testamenti Adm Rdi Stanislai Czaplicz Juris Utriusq Doctoris et Professoris ejusdem Collegij ac Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ Canonici Summam Capitalem Mille Septingentorum Florenorum Polonicalium cum censu annuo Reemptionali centum Novemdecem florenorum proveniente, de Bonis eidem Divinitus collatis in remedium Salutis Animæ suæ ac pro fundatione Archidiaconatus et Archidiaconi in Præfata Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviæ liberaliter contulisset et in augmentum fundationis hujusmodi, aliam Summam Capitalem Trecentorum Triginta Trium Talerorum Imperialium et unius taleri trientis unum florenum Polonicalem efficientis cum censu annuo Reemptionali Viginti Talerorum Imperialium ab eadem provenien. Item aliam Summam Originalem Quingentorum florenorum Polonicalium cum Censu Triginta quinque florenorum Polonicalium ab eadem provenien. Supra scripti Adm Rdi.

Stanislai Czaplic propriam et proprias in et super Bonis in quatuor Inscriptionibus de sita loco et tempore nominatim specificatt. Prima de Actu coram Judicio Scabinali Cracoviensi die Vigesima Sexta Martij Ao Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Primo. Secunda de Actu et die undecima Februarij Ao Domini Millmo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo coram Officio Consulari Clepardiensi. Tertia de actu et die Decima Sexta Januarij Ao Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo coram Officio Consulari Cracoviensi. Ultima de Actu et die undecima Februarij Anno Dni Millmo Sexcentesimo Quadragesimo Quinto coram Pdicto Officio Consulari Clepardiensi factis et recognitis, omnes et singulas Pdictas Summas Capitales colloccatas adjungi et adunari postulasset, atq in termino hodierno ex Literis Cridae in Vim Citationis generalis ex Cancellaria Nostra emanatis et debite ut apparebat executis incidens coram Nobis ad Jura reddenda et pro Tribunali sedentibus Judicioq nostro personaliter constitutus debita cum instantia petijsset, ut in contumaciam omnium et singulorum dictis Cridae Literis Citatorum et non comparentium suumq Jus et Interesse aliquod se habere Ptendentium Inscriptiones Pdictarum Summarum Capitalium et Censuum ab eisdem procedentium, in omnibus illarum punctis, ~~ar~~ clausulis, articulis et conditionibus universis approbare confirmare, ratificare, robur authoritatis ordinariae, et perpetuae firmitatis pariter et decretum desuper apponere, dictos Census una cum Summis Principalibq libertati et immunitati Ecclesiasticae adscribere incorporare, inviscerare, atq super eisdem Summis Originalibus et Censibus ab eisdm provenientibus Praelaturam Archidiaconatus et Archidiaconum in Pfata Ecclesia Omnium Sanctorum Cracoviae sita erigere, fundare, dotare, onera et obligationes intuitu hujusmodi Beneficij Archidiacono pro tempore existenti imponere, et alia quae Juris et Justitiae sunt juxta ordinationem praedicti Adami decernere statuere et declarare provide dignaremur. Nos vero Petrus Gembicki Episcopus

Supramratq

Supramemoratus Judiciumque Nostrum dictos Citatos diu-
tius ultra horam audientiæ expectatos ac non comparentes con-
tumaces prout merito erant, justitia suadente reputavimus et
in eorum contumaciam hujusmodi Inscriptiones (: quas vidi-
mus legimus examinavimus et legitimas adinvenimus, et hic
pro expressis ac de verbo ad verbum insertis habere volumus:)
in omnibus et singulis illarum punctis, clausulis, articulis
et conditionibus universis approbant confirmant ratificant robur
authoritatis ordinariæ et perpetuæ firmitatis pariter et decretum
desuper apponent, dictos census una cum summis Capitalibus
libertati et immunitati Ecclesiasticæ adscribent, incorporant in-
viscerant easdemq summas Capitales et quamlibet ipsarum
simul cum censibus annuis ab eisdem venient pro fundatione
et in auctionem provisionis Prælaturæ Archidiaconatus
et Archidiaconi in dicta Ecclesia Sanctorum Omnium facient
adjungent adunandum et assignandum atq super hujusmodi
summis Capitalibus et Censibus Prælaturam Archidiaconatus
et Archidiaconum in eadem Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium
Cracoviæ sitt erigendum fundandum dotandum duximus, prout
repetito Christi nomine approbamus confirmamus ratifica-
mus apponimus adscribimus incorporamus inviscerамus, ad-
jungimus, adunamus, assignamus erigimus fundamus, et dota-
mus, ex quibus Censibus Archidiaconus pro tempore existens du-
centos florenos Polonicales quotannis pro se recipiet, ac in usus
suos beneplacitos convertet, residuum vero suprascriptorum
censuum videlicet quatuordecem florenorum Polon ad Ve-
nerabile Capitulum Prælatorum et Canonicorum dictæ Ecclesiæ
Sanctorum Omnium solvet et numerabit, Et quoniam Regu-
lare est qui de altari vivit eidem servire debeat necessario,
ideo Archidiaconus pro tempore existens intuitu beneficij hu-
jusmodi et census ipsi assignati, unam Missam lectam qua-
libet Septimana Requiem dictam die qua voluerit celebrabit
hoc modo, priori Septimana pro Animabus supradicti Stanislai
Sacerdotis Fundatoris ac Parentum ipsius. altera vero hebdo-
mada pro salute Animarum Stati Adami Sacerdotis itidem
Fundatoris ac Parentum ejusdem et sic consequenter et alter

natum

nectim singulis hebdomadis perpetuo faciet. Insuper Jus-
patronatus et Presentandi ad Predictum Archidiaconatum et
Archidiaconum quoties vacaverit Suprascripto Domino
Adamo Fundatori et Executori ad extrema Vitae ipsius tem-
pora. Post decessum vero ejusdem Excellentibus et Clarissimis DD.
Doctoribus Juris Utriusque in Collegio Jureconsultorum in Platea
Castrensi Cracoviae Litt. actu profitentibus perpetuis futuris
temporibus reservamus, atq ut ad hujusmodi Archidiaconatum
vacatione ejusdem occurrente unus ex Professoribus Juris et Col-
legis Supramemorati Collegii, Actu legens et diligentior, ad in-
stituendum Nobis et Illustrissimis Successoribus Nostris Episco-
pis Cracoviensibus, seu illorum Officiali Generali, per supranom-
minatos Doctores et Collatores Presentetur, Statuimus et decerni-
mus ad explendaq omnia et singula Premissa officia, Obligatio-
nes et ordinationes tam Archidiaconum quam Doctores supra-
dictos, uti Collatores sub onere Conscientiae in perpetuum obliga-
mus, ipsiq Archidiacono pro tempore existenti, Stallum in choro,
locum et vocem in Capitulo cum plenitudine Juris Canonicalis
signamus, ac ut omnibus et singulis Juribus libertatibus, prae-
rogativis honoribus, privilegijs, Statutis, Decretis et ordinatio-
nibus ac quibusvis alijs praeeminentijs et titulis ejusdem Ecclesiae
et Capituli gaudeat, fruatur, et potiatur, prout et alij Praelati
ac Canonici in ibidem fundati, ad aliarum Ecclesiarum Collegiata-
rum hujus Diaecesis gaudent, fruuntur, et potiuntur, ordinamus
et pronuntiamus atq ad Archidiaconatum istum de novo
erectum et vacantem Suprascriptum Dominum Adamum Fun-
datorem ad Supplicationem ipsius vivae vocis oraculo coram nobis
factam servatis de jure servandis instituimus ac investimus
ac omnes et singulos defectus, si quid de jure aut de facto
in Premissis quomodolibet intervenerint, authoritate Ordinaria
supplemus, Literasq approbationis Erectionis, Fundationis, et
dotationis, desuper necessarias, in forma solita decernimus et
relaxamus. In quorum fidem Presentes Sigillo Nostro muniri
jussimus. Actum et datum Cracoviae die Veneris Vigesima
Secunda mensis Maij Ao Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo

Octavo.

octavo Indictione Romana prima, Pontificatu Sanctissimi Domini Nostri Domini Innocentij Divina Providentia Papae X. ejus nominis feliciter moderni Anno ipsius quarto. Praesentibus Illustri et Adm Reverendis Dominis Justo Stowikowski Parochialis Bae Mariae Virginis in Circulo Archipresbytero Causarum Curiae Nostrae Generali Auditore, Cathedralis Cracoviensis, Sebastiano Komecki Vladislaviensi Canonicis. Jacobo Ustiensi Sancti Floriani Clepardiae et Sanctorum Omnium Cracoviae Ecclesiarum Collegiatarum, Mathia Alexandro Rudzki Seminarij Cracoviensis Praefecto, Vielunensi et Andreioviensi, Nicolao Stowikowski Severiensi Praepositis, Stanislao Rożycki Cancellario Praedictae Collegiatae Sanctorum Omnium, Paulo Plata Canonico Scarbimiriensi Juris utriusq et Joanne Grabowski Philosophiae Doctoribus, Actorum coram nobis Notario.

Inscriptio 333. Talerorum Imperialium de qua Supra fit mentio in Erectione.

Actum in Praetorio Cracoviensi Feria Quarta ante Festum S.ae Prisae Virginis et Martyris proxima die decima sexta Mensis Januarij A.o Dni 1647.

Coram Officio et Actis praesentibus Consularibus Cracoviensibus personaliter comparentes Famati Elias Kesselhutt Mercator et Catharina Markowiczowna Conjuges legitimi Cives Cracovienses Maritus quidem per se, Consors vero sua recedendo a dote et dotalitio Juribusq et Praetensionibus quibusvis quoad actum praesentem attinet per Ingenuum Joannem Markowic Tutorem, ipsius Patruelem uti Tutorem de praesentaneo ejusdem Mariti sui consensu assumptum et ab Officio praesenti approbatum mente et corpore sani existentes palam libere ac per expressum recognoverant, ac quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi censum Reemptionalem Viginti Talerorum Imperialium, pro Summa Capitali Trecen-

torum Triginta trium talerorum Imperialium uniusq Taleri Trientis florenum Polonicalem unam efficientis è manibus Adm. Reverendi Stanislai Czaplic Juris utriusq Doctoris et Professoris, Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Canonici levata de qua eundem quietant, in et super domo lapidea sua propria Cracoviae in Platea Sancti Nicolai inter aedialem olim Stolcinskiey, et Successorum Famati olim Mathiae Sliżewic ab utringue ex opposito Macellorum laniariorum sita eidem Admodum Reverendo Stanislao Czaplicz et Successoribus ejus, quos Praefatus Adm. Rdus in ultima dispositione Testamentaria sua assignabit aut alios quoscunque alio modo ordinabit, in vim reemptionis alias na Widerkaff vendiderunt et inscripserunt, prout praesentibus vendunt et inscribunt. Quem quidem Censum Reemptionalem Suprascriptum Triginti talerorum Imperialium Idem Recognoscentes se de et super Domo lapidea Suprascripta una cum Successoribus suis aut Possessoribus quibusvis ejusdem Lapideae pro tempore existentibus inscribunt et obligant per duas Anni Rathas, primam quidem ratham decem talerorum Imperialium incipiendo pro Festo Sacri Paschatis, alteram similem ratham itidem decem talerorum Imperialium pro festo S. Michaelis Archangeli proxime venturis, et sic de festis in festa et de Anno in Annum Solutionem eorundem censuum Reemptionalium, quoad Summa Capitalis Suprascripta Trecentorum Triginta Trium uniusq Trientis Talerorum Imperialium Bonis Suprascriptis ad praesens oneratis adhaeserit continuando, ad manus Praefati Adm. Reverendi Czaplic Stanislai seu Successorum ipsius supra expressorum ab ipso assignandorum, mediante quietatione manuali ipsorum realiter et effectualiter reddere et persolvere. Idq sub Intromissionis Juridicae gradibus omnibus tribus Semel et Semel in Domum lapideam ad praesens oneratam in eventu non Solutionis rathae alicujus Suprascriptae dandis et concedendis, Pro executione insuper omnimoda Praefati Recognoscentes Conjuges caveant

ac se

" corruit " Ao. Dni 1734.

ac se Presentibus ~~et~~ in et super Bonis suis mobilibus et immobilibus omnibus una cum Successoribus suis ac lapideae praefatae quibusvis Possessoribus pro tempore existentibus inscribunt et obligant, Praefatum Admodum Reverendum Stanislaum Czaplic vel delegatum ipsius ab omni impetitione Juridica quarumcunq Personarum, cujuscunq Status, sexus et conditionis existentium ratione et ex parte Lapideae ejusdem et ratione census Praefati inscripti exoriunda, necnon ab omnibus contributionibus Regalibus et Civilibus, Inscriptionibus prioribus et posterioribus coram quovis Officio et Judicio Regni, suis proprijs sumptibus et impensis tueri, evincere intercedere indemnemq omnino reddere toties quoties opus fuerit. Judq sub Intromissionis Juridicae gradibus tribus simul et semel in Bona sua omnia defectu evictionis Praestandae dandis et concedendis. Renuntiando omnibus Beneficijs Juris, exceptionibus, dilationibus, appellationibus ac earum prosecutionibus et tam facti quam Juris defensis non aliter ac si Decreto Sacrae Regiae Majestatis suis cum Successoribus convicti forent. Quodsi Praefati Recognoscentes aut eorum Successores, vel quivis dictae lapideae pro tempore existentes possessores summam eandem Capitalem reponere, Lapideamq eandem ab hoc onere Census reemptionalis eliberare voluerint, ex tunc id semestri ante Praefato Admo Reverendo Stanislao Czaplic vel ejus delegato denuntiare summamq eandem Capitalem taleris Imperialibus prout et modo accipiunt reponere tenebuntur, ac se Presentibus obligant, Inscriptione Presenti ad Premissa mediante. Ex Actis Officij Consularis Cracoviensis depromptum.

NB Ista Domus corruit Ao 1734

Inscriptio 1200 florenorum Polon de qua supra in Erectione Originali fit mentio sicut et de Inscriptione priori.

Actum in Judicio Scabinali Cracoviensi Necessario Bannito Feria Tertia post Dnicam Palmarum proxima, Die Vigesima Sexta Mensis Martij Anno Domini Millo Sexcentesimo Quadragesimo Primo legitime celebrato.

Coram Judicio eodem et Actis praesentibus Scabinalibus Cracoviensibus personaliter comparens Magnificus Nicolaus Ferdinandus a Pilca Korycinski Capitaneus Oycoviensis, Aulicus Cubicularis Sacrae Regiae Majestatis facta approbatione fori quoad hunc Actum attinet palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Censum Annuum Reemptionalem florenorum Octuaginta Quatuor Polonicalium pro Summa Capitali Mille Ducentorum florenorum e manibus Rdi Adami Roszczewic Juris Utriusq Doctoris, Collegae Minoris Plebani Smaszoviensis levata, de qua eundem quietat praesentibus perpetuo, in et super Domo lapidea sua propria et haereditaria in Circulo Cracoviensi inter Nobilium et Honorati Joannis Frączkowic Scabini, et Sebastiani Zacherla Civis et Mercatoris Cracoviensis ab utrinque sita eidem ipsi Revendo Adamo Roszczewic titulo reemptionis alias na Widerkauff vendit et inscribit. Quem quidem censum Reemptionalem una cum Successoribus suis et Possessoribus quibusvis ejusdem lapideae pro tunc existentibus de et super lapidea supra de situ loci specificata inscribit se et obligat per duas anni rathas. primam quidem florenorum Quadraginta duorum Polon pro festo nativitatis S. Joannis Baptistae anno currenti secundam vero similem ratham itidem Quadraginta duorum florenorum Polonicalium pro festo Ssm Trium Regum in Ao 1642 venturo et sic de festis in festa et de annis in annos solutionem ejusmodi censuum quoad summa supra scripta Domui praefatae lapideae inhaesurit continuando, ad manus Reverendi

Adami

Adami Roszczewicz mediante quietatione ejusdem manuali durante vita ipsius, alias vero ad manus ejus cui idem Rdus Adamus Roszczewic officiosè ordinaverit realiter et effectualiter reddere et persolvere. Idque sub Intromissionis Juridicæ gradibus omnibus tribus simul et semel in Domum eandem lapideam summâ Reemptionali et censibus ab ea provenientibus ad præsens oneratam in defectu solutionis alicujus rathæ dandis et concedendis. Quodsi domum eandem ex dividi contigerit, liberum erit eidem Reverendo Adamo Roszczewic censum ejusmodi ab uno Successorum seu Possessorum ejusdem Lapideæ exigere, salva eidem qui persolverit ac consuccessoribus et compossessoribus suis censum persolutum repetendi facultate manente. Debetque ac tenebitur modernus Recognoscens prout se una cum Successoribus suis et prædictæ Lapideæ Possessoribus pro tempore existentibus inscribit et obligat prædictum Rdum Adamum Roszczewic eum sive eos, quibus hoc jus suum ordinatione sua officiosa inscripserit, ab omni et qualibet quarumcunque personarum cujuscunq status et conditionis existentium infestatione et molestatione juridica ratione et ex parte Bonorum ad præsens oneratorum, censuumq Reemptionalium exinde provenientium oriunda necnon ab omnibus contributionibus Regalibus et Civilibus laudatis et laudandis, Inscriptionibus quibusvis anterioribus et posterioribus coram quovis Officio et Judicio Regni suis proprijs sumptibus et impensis toties quoties opus fuerit nulla præscriptione obstante tueri evincere et indemnem ac indemnes reddere. Idq sub Intromissionis Juridicæ gradibus obus tribus simul et semel in Domum Lapideam suam supraspecificatam defectu evictionis præstandæ dandis et concedendis. Renuntiando omnibus beneficijs Juris Exceptionibus dilationibus, appellationibus earumq Prosecutionibus alijsq Juris et facti quibusvis remedijs, non aliter ac si idem Decreto Sæ Ræ Mstis una cum Successoribus suis abjudicatus foret, aut quivis ejusdem domus Lapideæ pro tempore existentes Possessores, sæpedictam domum Lapideam summa Reemptionali et censibus ab eadem

provenientibus oneratam ab hoc vinculo obligationum eximere ac liberare voluerint, extunc id Semestri ante praenominato Reverendo Adamo Roszczewicz durante vita ipsius, seu aliàs ab eodem ordinandis fundandis Personis pro tempore existentibus intimare et denuntiare debebunt eruntq; adstricti Inscriptione praesenti ad praemissa mediante. M. Ferdinandus a Pilca Korycinski Oycow. Oborsk. Lask. Cass: nyt. Ex Actis Iudicij Advocatialis Cracoviensis extractum. Locus + Sigilli et alia itidem 500. Super Bonis Tarnowskie videas infra

N.B. Decretum Definitivum habet de isto Censu in actis 1747. 8.

Inscriptio floren. 500.

Decretum Definitiuum inter Admodum Reverendum Hyacinthum Tomaszewic Archidiaconum Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Actorem, et Magistratum Clepardiensem Citatos occasione denegatae extraditionis Inscriptionum in Iudicio Conrij Cracoviensis Gnralis Latum Anno. 1669.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono, Die verò Mercurij Vigesima Septima Mensis Novembris.

Coram Perillustri et Reverendissimo Domino Nicolao Oborski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Laudicensi, Suffraganeo Scholastico, Vicario in Spiritualibus et officiali generali Cracoviensi ac in ejus publica Causarum audientia, Comparens personaliter Adm. Rdus Hyacinthus Tomaszewicz U. Iuris Doctor, Protonotarius Aplicus, Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae Sitae Archidiaconus, Praepositus Xiąznicensis Decanus Vitoviensis Principalis Actor, oblatis Literis compulsis in et contra Citatos infrascriptos super eo, Quatenus sibi Inscriptiones Censuum Reemptionalium, Primam quidem Mille florenorum Summae Capitalis de Actu Undecimo Mensis Februarij Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quinto Super Bonis Pruszowskie alias Tarnowskie.

Secundam

Secundam itidem Mille florenorum Polonicalium de actu Decima Octava Octobris Anno eodem Super Bonis Mrzygłoszowskie. Tertiam itidem Mille florenorum Polonicalium de Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Super domo Famati olim Melchioris Gwozdzikowicz in longa platea Clepardiae Sitt ad Archidiaconatum Suprascriptae Ecclesiae Collegiatae Spectan, tam in Consularibus quam in Scabinalibus Clepardiensibus Actis recognitas extraderent, et in forma authentica consignarent, ab officio praesenti emanatt, et legitime ut apparebat executis, in termino hodierno ex ipsdem Compulsus Literis provenienti, ipsos poenas in ipsdem Compulsorialibus Literis appositas, stante eo quod non extradiderent dictas Inscriptiones intra Terminum sibi praefixum incidisse et incurrisse declarari, et nihilominus ad extraditionem earundem Inscriptionum eosdem poenis gravioribus compelli ac in damnis et litis expensis condemnari debita cum instantia postulavit. In praesentia Honoratorum Jacobi Grabanski Proconsulis, Valentini Srogania Advocati suis totiusq Magistratus Clepardiensis nominibus Principalium ex Adverso Citatorum comparentium se non posse praetensas Inscriptiones extradere, ex quo Acta eorundem Annorum sub tempus Hostilitatis Sueticae sunt combusta allegantt et libertatem ab impetitione Actoris petentium. Et Perillustris ac Rdsmus Dmus Suffraganeus et Officialis Gnralis Supramemoratus auditis praemissis causam praesentem ex rationibus animum suum moventibus hinc ad primam juris distulit, et interea Actori Regestra Jurium et Inscriptionum controversarum per totum hodie in Judicio suo producere mandavit. Praesentibus Perillustri et Adm Rdis Joanne Chrisostomo Bodzenta Sae Thae et U. I. D. Canonico Cracoviensi et Me Thoma Barankowicz I. U. D. Conrij Crac: Notario Actuario.

Die Mercurij 27ma mensis et Anni quorum supra

In publica Causarum Audientia comparens personaliter Admodum

Reverendus Hyacinthus Jonaszewicz Juris Utriusq. Doctor. Protonotarius Apticus Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ Archidiaconus, Parochialis Augustinensis Bronislaus Interveniens (Decanus Principalis Actor, in termino hodierno exactis proveniendi Satisfaciendo Decreto Judicij Presentis in causa occasione denegationis Actorum Officij Consularis et Scabinalis Clepardiensis, seu veritis non extraditionis Inscriptionum pro Archidiaconatu Actoris Spectantj, coram Officio Presenti mota et vertente die Mercurij 13. Mensis et Anni currentis Lato in Supplementum probandæ suæ intentionis, quod videlicet Summa Capitalis Prima quidem Mille florenorum cum censu Septuaginta florenorum de anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo quinto. die 21 Octobris Super Bonis Jurygto. Iwanskie dictt. Secunda itidem Mille similiter cum censu in Bonis Petri Jarnowski Civis Clepardien. de eodem Millesimo Sexcentesimo quadragesimo quinto, die undecima Februarij. Tertia similiter Mille florenorum cum censu ab eadem proveniente Super Bonis Melchioris Bordkiewicz Civis Clepardiensis de Anno 1646 inscripta et specurata sint, Regestra manu propria Illustris et Adm. Rdi olim Adami Jonszewicz Rd. Dⁿⁱ Doctoris et Pfris, dicto Ecclesiæ Collegiatæ Archidiaconi conscripta et annotata, et in pargameno albo compacta Factis et inscriptis Judicii aliter produxit, et Quoniam Acta in quibus dicte Inscriptiones extabant inserta per Legibilitatem prout ipsimet Citati in termino anteriori Judiciali retulerint sunt sublata, ideo quatenus hujusmodi note in dictis Regestris reperte ad Acta ejusdem Civitatis Clepardiensis, sub cujus Jurisdictione Bona dictis Summis Capitalibus onerata consistunt inscribantur, et ad Presens per Citatos quod Inscriptiones hujusmodi fuerint, facte per Possessores legitimos dictorum Bonorum recognoscantur, Imo quod Character in ipsem Regestris productis sit manus Illustris olim Rdi Jonszewicz propria agnoscatur, eosdem Citatos sub Juramento Stringi debita cum instantia postulavit. In Presentia Honorabilium Jacobi Grabanski Proconsulis et Valentini

Fragarii

Sragania Advocati Suis totiusq Magistratus et officij Consularis Clepardiensis nomine comparentium Citatorum ex adverso principalium se quidem ab Illustri olim Rostrevic audisse Censum Septuaginta florenos pro summa Capitali mille florenorum Polon in et super Bonis Mrzygłowszczyźnie dictt Clepardiensibus esse inscriptum recognoscentt, de alys vero Gensis per Actorem censualibus Inscriptionibus se ne scire allegantt. In Contrarium Supradictus Actor prioribus excutiendo Citatorum allegationem, quod videlicet et alij Census praeter hunc omni in Bonis Mrzygłowszczyźnie dictt inscriptus per Citatos hactenus Judicialiter agnitus esse in Bonis superius nominatis existent, se ad eadem Regestra retulit. et Dominos Notarios Publicos notitiam Characteris Illustris olim Rostrevic habentes Super verificatione et recognitione manus ejusdem in dictis Regestris contente debite requisivit, qui quidem Dominj requisiti Notarij videlicet Nobilis Benedictus Zegrotha et Nathanael Czernicki ac Excellens Petrus Stanislaus Orłowski Phis Doctor characterem in Regestro huctenus producto esse verum manus Illustris olim Rostrevic Supranominati recognoverunt. Et Perillustris ac Rdmus Dominus Nicolaus Borski Dei et Apca sedis gratia Epus Laodicensis, Suffraganeus Scholasticus Vicarius in Spiritualibus et officialis Curiae Cracovien: audito Gravamine, et attenta Super Characterem manus in Regestro per Actorem producto contento fidei Notariorum notitiam hujusmodi characteris habentium recognitione. Quorum Acta quibus fuerant Inscriptiones Actoris inserte per hostilitatem ut asseritur est sunt sublata, Deo gratias Citati notas in hujusmodi Regestris contentas et sic ut Gravamen est verificatas ad Acta officij Clepardiensis fideliter connotari mandavit, easdemq Notas vim Inscriptionum originalium habere mediante Decreto Gensi adinvenit. Rosenberg Lr. et Adm Rdis Joanne Chrisostomo Bordzenta S.T. Dr. et Juris Utriusq. Protonotario Stylio Hieronymo Ruscochi Crac: Nocensi Canonicis in Ozwie cum Prepto et me Thoma Barankowicz M. Dei et Rosenberg Comitj Crac: Actuario. Ex Actis Actorum Supramemorati Pervlis et Rdmi Dni Nicolai Borski desumptum.

Donatio Domus Lapideæ Tomaszewicowska dictæ pro dote Archidiaconi Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum Crac: facta Ao 1686.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Sexto Die Martis Decima Octava mensis Junij. Cracoviæ

Coram Officio Actisq Rentibus Curiæ Illmi et Rdmi Domini Joannis Małachowski Dei et Aplicæ Sedis gratia Epi Cracoviensis Ducis Severiæ pasonaliter Comparentes Perillustris Illustris et Adm Rdi Petrus Stanislaus Orłowski Canonicus Crac: Præpositus et Officialis perpetuus Tarnoviensis in Morawica, Sæ Rae Mttis Secretarius, Causarum Officij Rentis Ordinarij Gnralis Auditor. Jacobus Zelazowski. J. U. D. Protonotarij Aplici, Scholasticus Tarnoviensis, Canonicus Boboviensis, Ecclesiæ Archipresbyteralis Crac Pænitentiarius, Casimirus Wulffowicz Ph Doctor in Racławice Parochus, Testamenti Illustris et Adm Reverendi olim Hyacinthi Thomaszewicz J. U. Doctoris Protonotarij Aplici Ecclesiarum Collegiatarum S. Michaëlis in Arce Crac: Custodis, Ssm OOm Archidiaconi, Parochi in Koniusza sub die 27ma mensis Novembris Ao Millsmo Sexcentesimo Octuagesimo Secundo demortui, Executores Principales Sani mente et corpore existentes omnibus melioribus quibus melius firmius, validius et efficacius de jure forma, via Stylo potuerunt, ac debuerunt modis palam sponte libere verbis disertis ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum ex persona sua recognovit. Quia ipsi satisfaciendo Testamento et ultimæ voluntatis Ordinationi memorati Testatoris, coram memorato Adm Rdo Casimiro Wulffowicz Publico Sæ Authoritate Aplica Notario sub die 26 mensis anni eorundem condiditt et confectt per Decretum Definitivum Judicij Consistorialis Gnralis Cracovien sub die Mercurij Secunda Mensis Xbris Ao eodem Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Secundo desuper latt approbatt confirmatt, Domum Lapideam memorati Testatoris propriam et Hereditariam

Tomasze

Tomaszowicowska antiquitus nuncupatt in platea Castrensi Urbis Cracoviensis inter Lapideas Cyrusowska et Ardentowska hinc et inde consisten cum omnibus et singulis ejusdem domus Lapideæ ædificijs mansionibus, fructibus, proventibus, reditibus, censibus, utilitatibus, emolumentis, obventionibus attinentijs et pertinentijs universis ad eandem domum Lapideam quomodolibet spectantt, nullis penitus exceptis aut reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie, generi per speciem et è contra non derogando comprehensis jam ex nunc Illustri et Adm Rdo Sebastiano Piskorski U. J. Doctori et in Universitate Crac: Professori, Protonotario Apostolico ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Cracovien Sanctorum Omnium Archidiacono, Canonico Vielunensi, Parocho in Rzembocin ipsiusq successoribus prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ Cracovien Sanctorum Omnium Archidiaconis pro tempore existentibus, puro, mero, vero, donationis perpetuæ et irrevocabilis titulo cesserunt, abscesserunt condescenderunt, dederunt, et donaverunt cum omni Jure dominio directo et utili, proprietate propinquitate, hæreditate parata possessione, usufructu, ita late longe, et circumferentialiter, prout eadem Domus lapidea in suis metis limitibus ædificijs et mansionibus antiquitus continetz et extenditz, et apud eandem Domum lapideam memoratus Testator tenuit, habuit et possedit, tenereq habere, et possidere potuit, nihil juris dominij directi et utilis, proprietatis propinquitatis hæreditatis, possessionis usufructus aut alicujus prætensionis ad eandem Domum lapideam sibi, suisq successoribus quovis quæsito colore pretextu et ingenio reservantes relinquentes aut excipientes, verum idem jus totum directum et utile memorato Testatori ad eandem Domum Lapideam competens jure Executorio in personam memorati Illustris et Adm Rdi Sebastiani Piskorski, et pro tempore existentis Archidiaconi prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ Cracovien Sanctorum Omnium plenissime et efficacissime transfuderunt transtulerunt et incorporaverunt, Intromissionem tam officiosam quam privatam in eandm Domum Lapideam cessam et donatam eidem Illustri et Adm Rdo Sebastiano Piskorski Cessionario et Donatario suo permiserunt, ad tenendum habendum utendum fruendum

possidendum et in alios quosvis melliores et commodiores usus
suos proprios libere et securè convertendum, prout cum ea
obligatione, qua tenus memoratus Illustris et Adm. Rdus Sebas-
tianus Piskorski et Archidiaconus predicta Ecclesiæ Collegiatæ
Sti Olim pro tempore existens ex fructibus predicta Domus
Lapidea sibi cessa et donata pro Anniversario uno in Ecclesia
Ecclesia Collegiata Cracovien. Sanctorum Omnium in Refrige-
rium Animæ memorati Testatoris juxta obligationem Testa-
mentariæ obligationis ipsius absolvendo Adm. Rdis Prela-
tis et Canonicis totiq; Capitulo predicta Ecclesiæ Collegia-
ta Cracovien. Sanctorum Omnium Quinquaginta florenos
Polonicales, Communitati vero Vicariorum eiusdem Ecclesiæ
Collegiatæ Cracovien. Sanctorum Olim Decem florenos Po-
nicales quotannis persolvat, et extradat. Item unam Missam
lectam regialem quolibet mense in eadem Ecclesia Collegiata
Cracovien. Sanctorum Omnium per se vel per alium Presby-
terum substitutum absolvat, aliis quoque oneribus Recip:
predicta Domui cessa et donate adhærentibus cedunt ab-
cedunt condescendunt, dant donant transfundunt, trans ferunt
incorporant et permittunt, omnibus et singulis bene, seu
Juris, exceptionibus dilationibus earumq; prosecutionibus eidem
quibusvis Juris et facti defensionibus renuntiantes hac
sua offerta recognitione, et manuum suarum propriarum
ad premissa ad premissa mediante. In quorum memorati
Illustris et Adm. Reverendi Sebastiani Piskorski Archidiaco-
ni premissam donationem, cessionem et obligationem in fa-
vorem sui horumq; successorum factam acceptantis o-
mni meliori modo, &c. Presentibus nobilibus Joanne
Dalewski, Joanne Zagwalski et me Christophoro Mu-
stolynski Canonico Sandomiriensi, Publico ac Authentico
Apostolica et Actorum Curiæ suæ Illmæ Celsitudinis Notario.
Et Actis Actorum supra memorati Illmi et Rdmi Dni
Joannis Mutachowski Episcopi Cracoviensis de tempore
Quibus sic ut subscripsi et signum meum extractum fidei Christophorus Mystolynski
Publicus ac supra scriptus Notarius et Actorum Curiæ Illmæ Celsitudinis prædictæ

Susceptio et Inductio præfatæ Donationis
Ad Acta Metricæ Regni Cancellariæ Minoris Anno Dni 1689.

Joannes.

Joannes Tertius Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kiioviae Volchyniae, Podoliae Podlachiae, Livoniae, Smolensciae Severiae Czerniechoviaeque. - Significamus Praesentibus Literis Nostris quorum interest, universis et singulis Oblatam esse ad Acta Metrices Regni Cancellariae Minoris Inscriptionem infrascriptam coram Officio et actis Rdissimi in Christo Patris Dni Episcopi Cracoviensis, in praesentia Venerabilium Archidiaconorum Ecclesiae Collegiatae Cracoviensis Sanctorum Omnium nunc et pro tempore existentium, per Venerabiles Executores Testamenti olim Vtlis Hyacinthi Tomaszewicz Juris U. Doctoris, et Sanctorum Omnium Archidiaconi recognitam atq ex ipsdem Actis sub sigillo Episcopali et subscriptione manus Actorum Curiae Notarij extraditam et extractam, sanam, salvam, et illaesam cujus tenor sequitur et est talis. Anno Dni 1686. die Martis 18 Mensis Junij Cracoviae Coram Officio actisq praesentibus Curiae Illmi et Rdmi Dni Joannis Malachowski prout supra.

Quam suprascriptam Inscriptionem nos ad acta praesentia suscipi, ipsdem inscribi et ingrossari atq Parti postulanti authenticè extradi mandavimus, in cujus rei fidem praesentibus sigillum Regni est appressum. Actum Varsaviae Feria secunda Ante festum Purificationis Bae Virginis Mariae proxima die Trigesima prima Mensis Januarij Anno Dni Millesimo sexcentesimo Octuagesimo Nono Regni Nostri Decimoquinto. Carolus Tarlo Procancellarius Regni. Relatio Illmi et Mfci Domini Caroli Tarlo Procancellarij Regni. Nicolaus Szultz S.R.M. Secretarius - Locus X sigilli.

Augetur praefatus Archidiaconatus Ecclesiae Collegiatae SSm Omnium Crac: Summâ Capitali 10000m. inscriptt. sup Bonis Rawałowice. A

Comparens personaliter coram Officio et Actis Praesentibus Capitanealibus Cracoviensibus Illustris et Magnifica Anna Barbara de Rupniow olim Illustris et Magnifici Francisci à Słupow Szembek Castellani Camenecensis Consors relicta, Bonorum Villae Rawałowice Haeredissa sana mente et corpore existens Recedendo a Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis proprijs et competentibus se vero cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij Praesentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis quoad Actum Praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere ac per expressum recognovit Quia ipsa Perillustri et Admodum Reverendo Sebastiano Piskorski Juris utriusq Doctori Cracoviensi Vieluneusi Canonico Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviensis Archidiacono ejusq Succedaneis Archidiaconis modernis et pro tempore existentibus summam sexcentorum florenorum pecuniae communis Polonicae monetae et numeri in Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta Polonicalibus computando Census Annui Reemptionalis pro summa Capitali Decem Millium florenorum Polonicorum de manibus ejusdem Perillustris Sebastiani Piskorski levata, de qua ipsum Praesentibus quietat, liberumq et absolutum facit, ac per ipsum pro cauctione dotis primaevae ad Archidiaconiam supra ffatum Sanctorum Omnium ordinata, in et super Bonis suis proprijs et Haereditarijs tota videlicet et integra Villa Rawałowice cum Curia et Praedio ibidem sitis in Palatinatu Cracoviensi Districtu eodem jacent, omnibusq et singulis dictorum Bonorum subditis Incolis Cmethonibus Hortulanis Inquilinis, agris, pratis Campis, Sylvis, tabernis molendinis, fructibus proventibus reditibus, utilitatibus, emolumentis attinentijsq et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se suisq Successoribus aut alio quopiam reservatt, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et è contra non derogando in totumq et plenarie prout eadem Bona ipsamet Recognoscens sola tenuit habuit et possidebat, tenereq habere, et possidere debuit, ac ipsam concernebant

rebant eidemq legitime servire cant. Jam ex nunc perpetuo et irrevocabiliter in Arris tamen Reemptionis alias na Urderkauff vendidit et irrevocabiliter wontvendit et inscribit Quentibus. Quamquidem Summam Sexaginta tam Sexcentorum florenorum Polonicalium pecunio communis Polonicalis monetæ et numeri Grossorum Censuy annui Reemptionalis eadem Recognoscens Illustris et Magnifica Anna Barbara Krembekowa, hæredes ac suos Successores Bonorumq Quatorum tam in toto quam in parte Hæredes et quosvis Possessores de et super Bonis suis omnibus supra Quto Perillustri et Adm Reverendo Sebastiano Piskerski Ecclesiæ Quate Archidiacono et ejus Successaneis modernis et pro tempore existentibus Archidiaconis inscribit et obligat Quentibus quotannis per duabus temporum vatis. Primam quidem Rathan Precentarum florenorum Polonicalium pro Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ. Alteram vero similem Rathan Precentorum florenorum Polonicalium pro Festo Nativitatis Christi Dominj inclusive solutionem ejusmodi census pro proxime venturo Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ, et sic consequenter singulis annis Festis ad. Rathis supra Quotis dare solvere et ad manus Perillustris et Adm Rdi Archidiaconi Ecclesiæ ejusdem Sanctorum Omnium pro tempore existen, mediante quietatione manuali per suum proprium Nuntium transmittere. Idq sub vadio Summæ censui retento correspondenti per Quictam Recognoscentem Illustrem et Magnificam Annam Barbaram Krembekowa et ejus Successores Bonorumq Quatorum tam in toto quam in parte Hæredes et quosvis Possessores supra Quto Perillustri et Adm Rdo Sebastiano Piskerski Ecclesiæ Quate Archidiacono ejusq Successaneis Archidiaconis modernis et pro tempore existentibus in casu n solutionis census supra Quto pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Et jam ex nunc eadem Recognoscens Illa et Magnifica Anna Barbara Krembekowa dat et admittit Quem supra Quto Perillustri et Adm Rdo Sebastiano Piskerski Eccla Quate Archidiacono et ejus successaneis Archidiaconis modernis et pro tempore existentibus in Bona supra Quta censui Quicto onerata in eod. censu realem intromissionem cum actuali intromissione per Ministerialem quemcunq

sibi ad id duxerit eligendum jam ex nunc ipsi ab Officio praesenti ad-
ditum. Debetq ac tenebitur praedicta Recognoscens Illustris et Magnifica Anna
Barbara Stembekowa, prout se ac suos Successores, Bonorumq praefatorum
tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Successores Supra scripto Perillu-
stri et Admodum Rdo Sebastiano Piskorski Ecclesiae praefatae Archidiacono, et ejus Succe-
daneis Archidiaconis modernis et pro tempore existentibus inscribit et
obligat praesentibus, eundem Perillmum et Admodum Rdum Sebastianum Piskorski Ecclesiae
praefatae Archidiaconum, ejusq Succedaneos Archidiaconos modernos et
pro tempore existentes occasione Census praefati ac Bonorum Supra scriptorum
censu praedicto oneratorum tam in toto quam in parte ab omnibus juribus
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, si quae in eisdem Bonis cui-
cunq Personarum factae et recognitae fuerint, tum ab omni Impetiti-
one Juridica quarumcunq personarum Status sexus et conditionis cujus-
vis existentis in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit
tueri defendere evincere et intercedere indemnemq ipsum et ejus Succe-
daneos Archidiaconos modernos et pro tempore existentes indemnes
reddere. Ita ut Praedictus Perillustris et Admodum Rdus Sebastianus
Piskorski Ecclesiae praefatae Archidiaconus et ejus Succedanei Ar-
chidiaconi moderni et pro tempore existentes possit et valeat
censum supra scriptum quolibet Anno festis atq rathis Supra scriptis
sine quovis impedimento pacifice et quiete percipere queat Idq
sub alio Scorsivo Specialique vadio Summae Capitali correspon-
denti per praedictam Recognoscentem Illustrem et Magnificam An-
nam Barbaram Stembekowa et ejus Successores Bonorumq praefato-
rum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores Supra-
scripto Perillustri et Admodum Rdo Sebastiano Piskorski Ecclesiae praefatae
Archidiacono et ejus Succedaneis Archidiaconis modernis et
pro tempore existentibus in casu non completionis praemissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties
opus fuerit ad Solvendum Succumbendo. Pro quibus quidem vadio
vel vadijs praefatis Scorsivis et Specialibus taliter ad Solvendum
Succubitis ac pro Summa census praefati non Soluta, reque aliqua
principali ex praemissis non completa Citata existens memorata
Recognoscens Illustris et Magnifica Anna Barbara Stembekowa
vel ipsius Successores, Bonorumq praefatorum tam in toto quam
in parte Haeredes et quivis Possessores Citati ad Instantiam saepedicti

Perillustris

Perillustris et Admodum Reverendi Sebastiani Rzkorski vel ipsius Succedaneorum Archidiaconorum modernorum et pro tempore existentium ad Officium Pers Castrense Capitaneale Cracoviense ex tunc Recedendo ut supra a Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusq Suis quibusvis proprijs et competentibus, se vero cum Successoribus ac Bonorum Prefatorum tam in toto quam in parte Haeredibus et quibusvis Possessoribus et Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij praesentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis quo ad respondendum et Inscriptioni praesenti in toto satisfaciendo plenarie incorporando, in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere. Pro radysq Prefatis seorsivis et specialibus ac summa census Prefati non soluta, req ipsa principali ex Praemissis non completa, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur, seque ac Posteros suos, Bonorumq Prefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores obligat, ipsum primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro majori, minorennitate, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, suorum Successorum ac eid munimenta, vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad quietationem ultra spatium duarum septimanarum Officij praesentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis dilationem seu non recipiendo, nullasq motiones, appellationes earumque prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, fatalijs Juris, praescriptione terrestri, bello, conventionegue et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Cracoviensi Feria Quarta ante Festum Sae Catharinae Virginis proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo. L. / Sigilli Stanislaus Janowicz Chwalibog Vicesregens et Judex Castrensis Crac: mp

Approbatio et Ordinatio prædictæ Summæ Authoritate Ordinaria facta Anno eodem 1700.

Casimirus a Lubna Lubienski, Nominatus, Suffraganeus, Canonicus, Sede Vacante Episcopatus Cracoviensis ac Ducatus Severiensis Generalis Administrator. Universis et singulis quorum interest intererit, aut in futurum quomodolibet in futurum poterit significamus. Quomodo coram Nobis ad Jura reddenda, Causas judicandas et dijudicandas pro Tribunali sedentibus personaliter comparens Excell: Mathias Balfort Ph. Dr Perillustris et Adm. Rdi M. Sebastiani Piskorski Juris utriusque Doctoris et Professoris, Cracoviensis Vielunensis Canonici, Sanctorum Omnium Cracoviæ Archidiaconi Principalis Actoris Procurator oblatis cridæ Literis debite sit a tergo earundem apparebat per publicationem coram populo ad Divina audienda congregato in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviæ sub die duodecima Mensis Xbris anno currenti a Vbli Adamo Rzepielski, Minorum Ordinum Clerico factam executis in termino hodierno ex ipsdem Cridæ Literis legitime provenienti contumaciam Omnium et singulorum Jus et interesse aliquod ad infrascripta communiter vel divisim seu alias quomodolibet se habere putantium et Pretendentium dictis Cridæ Literis Citatorum et non comparentium accusavit, et in eorum contumaciam Inscriptionem Officiosam Census annui Reemptionalis sexcentorum florenorum Polonicalium pro summa Capitale Decem Millium florenorum similium in Vm Auctionis primævæ dotis Archidiaconatus possessionis sui Principalis in Prædicta Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium fundati, ordinata provenientem, per Illustrem et Nificam Annam Barbaram de Rupniow olim Illustris et Magnifici Domini Francisci a Slupow Szembek Bonorum Villæ Rawałowice Hæredissam coram Actis Castrensibus Capitaneatibus Cracoviensibus Feria Quarta ante Festum Sanctæ Catharinæ Virginis et Martyris proxima anno currenti factam

et recognitam

et recognitam in omnibus suis punctis, clausulis, articulis nexibus ligamentis et conditionibus universis approbari, confirmari, robur authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decretum desuper apponi, Ordinationem dictae summae censualis ferri, et onera intuitu hujusmodi census perceptionis Archidiacono nunc et pro tempore existenti de novo imponi, dictam summam eidem Archidiacono una cum censu annuo ab ea proveniente in vim auctionis et perpetuae dotis, applicari, incorporari, libertati et immunitati Ecclesiasticae adscribi, aliaque quae de jure venerint statui, Literasq; approbationis, confirmationis ordinationis, et alias desuper necessarias in forma solita decerni et extradi mandari debita cum instantia petijt et postulavit. Cujus quidem Inscriptionis tenor sequitur et est talis Vide supra. Nos vero Casimirus Lubienski Canonicus, Sede Vacante Episcopatus Cracoviensis Generalis Administrator supramemoratus visis Cridae Literis debitè executis, vis a quoque Inscriptione Officiosa in Judicio suo per Actorem producta, ante omnia Interessatos quosvis dictis Cridae Literis Citatos diutius ultra horam audientiae expectatos et non comparentes contumaces reputavimus et in eorum contumaciam praesertam Inscriptionem officiosam in omnibus et singulis illius punctis, clausulis articulis, nexibus, ligamentis, et conditionibus universis approbavimus confirmavimus, robur authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et Decretum desuper apposuimus, dictam summam Capitalem Decem Millium florenorum Polon. cum suo censu annuo sexcentorum florenorum similium libertati et immunitati Ecclesiasticae atq; Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae ipsiusq; Archidiacono, ac successoribus ejus pro tempore existentibus in vim prioris auctionis perpetuae dotis adscripsimus, applicavimus, De dicto censu annuo sexcentorum florenorum tali modo: Quatenus idem Archidiaconus pro

tempore existens censum integrum ad se recipiat, eundemdum et quando opus fuerit ipse jure vindicet, de eodem quietet, ac de dicto censu primo pro Anniversario uno quotannis absolvendo ad intentionem Fundatoris Prelatis et Canonicis dictae Ecclesiae Collegiatae Quinquaginta florenos. Vicarijs vero Decem florenos. Secundo Sacristae pro vino, cera, et apparamentis florenos Quadraginta annuatim solvat. Residuos vero Quingentos florenos pro se et persona sua tollat, disposuimus et ordinavimus. Onera et obligationes intuitu perceptionis praedicti census ut idem Archidiaconus ipsiusq successores annuatim Centum Missas lectas, pro anima Pauli Sacerdotis, excludendo duodecem Missas Fundationis Tomaszovianae, et Anniversarium ejusdem totidemq fundationis Roszczevianae in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviae per se vel per alium Sacerdotem substitutum absolvat, imposuimus, et ad explendum praemissa onera dictum Archidiaconum pro tempore existentem sub onere conscientiae obstrinximus et obligavimus prout sic et non aliter praemissa perpetuis futuris temporibus fieri debere decernendo approbamus, confirmamus, apponimus, adscribimus, applicamus disponimus, ordinamus, imponimus, obstringimus et obligamus per praesentes. Acta sunt haec Cracoviae Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Septingentesimo. Indictione Romana Octava, Pontificatu Sanctissimi Dni Nri Domini Clementis Divina Providentia Papae ejus nominis XI. feliciter moderni, anno ipsius primo, Die Veneris Decima Septima mensis Decembris. Praesentibus Perillustri, Illustribus et Admodum Reverendis Remigio Sustycki J.U. Cracovien. Canonico, Lanciciensi Scholastico, Kielcensi Custode. M. Andrea Krupecki J.U. Sanctorum Omnium Cracoviae Custode in Lubortyca. Dominico Lochman J.U. Archipresbytero

Cracovien.

Cracoviensi, Decano Sendomiriensi, Custode Opatoviensi Ioanne Ekart J. U. Sanctorum Omnium Cracoviae Primicerio in Koniusza. Ioanne Ruczek J. U. Scarbimiriensi et S. Georgij in Arce Cracoviensi Canonico. M. Martino Wegrzynowicz J. U. Sanctorum Omnium Cracoviae Canonico, Archidiacono Pilecensi in Tczczyca Curatis. et M. Adamo Styrkowski J. U. Doctoribus et Professoribus, Protonotario Apostolico Sanctorum Omnium Crac: Cancellario, Tarnoviensi Primicerio, Ruscensi Scholastico, S. Iacobi Casimiriae ad Cracoviam Praeposito, Actorum Sede vacante Episcopatus Cracoviensis Notario.

Lapidea Tomaszowicowska dicta ad Archidiaconatum Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Spectans vendita est cum consensu Capituli Ao. Dni 1720. pro summa 3500 florenorum Polon, quae eadem summa locata est et inscripta super Bonis Villae Slodkow, Gnrosi Adami Scibor Chelmski Haereditariae, ut sequens Inscriptio edocet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus Generosus Adamus Scibor Chelmski Pincerna Rozanensis Bonorum Slodkow Haeres sanus mente et corpore existens Recedendo a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus, se vero cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij praesentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Perillustri.

et Admodum Reverendo Paulo Bugayski Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae Archidiacono, Foraneo Decano Vieliciensi, Curato Niepolomicensi et Grabensi ejusq. Succedaneis Archidiaconis pro tempore existentibus Summam Ducentorum Quadraginta Quinque florenorum pecuniae communis Polon. monetae et numeri in Regno currentis, florenum quemlibet grossis triginta Polon. computando, census Annui Reemptionalis a Summa Capitali Trium Millium Quingentorum Florenorum Polon. et quidem Summa Duorum Millium florenorum Polon. per olim Illustrem et Admodum Reverendum Hyacinthum Tomaszewic Ecclesiae praefatae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae Archidiaconum, Testamento ultimae voluntatis Ecclesiae eidem super Lapidea Tomaszowicowska vocata in Platea Castrensi Cracoviae sita applicata et legata, per Executores vero ejusdem Testamenti Vidlt. Perillustres Petrum Stanislaum Oboski Canonicum Cracoviensem, Jacobum Zelazowski J.U. Doctorem, Casimirum Wolfowicz Philosophiae Doctorem olim Perillustri Sebastiano Piskorski Canonico Vielunensi die Decima Octava mensis Julij, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Sexto inscripta et ad Acta Metrice Regni die Trigesima Prima Januarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Nono per oblatam porrecta. Summa vero Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium pro reparatione ejusdem Lapideae agnita, in Summam praefatam Capitalem Trium Millium Quingentorum Florenorum Polonicalium intrantibus ad praesens de manibus Clarissimi Stephani Kropski Juris Utriusq. Professoris, Ecclesiae praefatae Sanctorum Omnium Canonici levata et percepta, de qua ipsum praesentibus quietat, liberumq. et absolutum facit, praesentibus perpetuo in et super Bonis suis proprijs et haereditarijs

tota

tota videlicet et integra villa Slodkow cum Curia et Prædio ibidem sitis, in Palatinatu Sandomiriensi, Districtu Visliciensi jacent, omnibusq et singulis dictorum Bonorum Subditis, Incolis, Omethonibus, Hortulanis Inquilinis, agris pratis campis, Sylvis, tabernis, molendinis, fructibus, proventibus, reditibusq utilitatibus emolumentis attinentiisq et pertinentijs generaliter universis, nullis penitus exceptis, nec pro se suisq successoribus, aliter alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et è contra non derogand, in totumq et plenarie prout eadem Bona ipsemet Recognoscens solus tenuit, habuit, et possidebat, teneregue habere et possidere debuit, ac ipsum concernebant, eidemq legitime serviebant. Jam ex nunc perpetuo et in ætum in vim tamen Reemptionis alias na Widerkauff vendidit et inscripsit prout vendit et inscribit præsentibus. Quamquidem Summam suprascriptam Ducentorum Quadraginta quinque florenorum pecuniæ communis Polon. monetæ et numeri præmissorum Census annui Reemptionalis idem Recognoscens Generosus Adamus Chełmski se ac suos successores Bonorumq præfatorum tam in toto quam in parte Hæredes et quosvis Possessores de et super Bonis præfatis omnibus Prænominato Perillustri et Adm. Reverendo Paulo Bugayski Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum Cracoviæ sitæ Archidiacono, ejusq Succedaneis Archidiaconis pro tempore existentibus inscribit et obligat præsentibusq notannis pro duabus temporum rathis. primam quidem ratham Centum Viginti duorum florenorum grossorum quindecem polonicalium pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ Anni præsentis, alteram vero similem Ratham itidem Centum Viginti duorum florenorum grossorum Quindecem Polonicalium

pro festo Sanctorum Trium Regum anni futuri, incipiendo solutionem istius census proxime venturo festo nativitatis S. Joannis Baptistae anni praesentis, et sic consequenter singulis annis festis atque rathis suprascriptis dare solvere et ad manus Ecclesiae praefatae Archidiaconi moderni et pro tempore existentis mediante ipsius quietatione manuali persolvere. Idque sub vadio censui retento correspondenti praedictum Recognoscentem Generosum Adamum Chełmski et ipsius Successores, Bonorumque praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores praenominato Perillustri et Admodum Reverendo Paulo Bugayski Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae Archidiacono eiusque Succedaneis Archidiaconis pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Et jam ex nunc Idem Recognoscens Generosus Adamus Chełmski dat et admittit praesentibus praenominato Perillustri et Adm. Reverendo Paulo Bugayski Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae sitae Archidiacono eiusque Succedaneis Archidiaconis pro tempore existentibus in Bona suprascripta censu praedicto onerata in eodem censu realem Intromissionem cum actuali utifructione per Ministerialem quemcunque sibi adiduxerit eligendum, jam ex nunc ipsi ab Officio praesenti additum. Debetque ac tenebitur praedictus Recognoscens Generosus Adamus Chełmski prout se ac suos Successores, Bonorumque praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores in et super Bonis suis omnibus praenominato Perillustri et Admodum Reverendo Paulo Bugayski Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae Archidiacono, eiusque Succedaneis Archidiaconis pro tempore existentibus inscribit et obligat

praesentibus

praesentibus, Eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Paulum Bugayski Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae Sitae Archidiaconum ejusq Succedaneos Archidiaconos pro tempore existentes occasione census praefati et Bonorum Suprascriptorum eodem censu oneratorum tam in toto quam in parte Haeredes ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, siquae in eisdem Bonis cuicunque Personarum factae et recognitae fuerint, tum ab omni Impetitione Juridica quarumcunq personarum Status, Sexus, et conditionis cujusvis existentium in Omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere, evincere et intercedere, indemnemq ipsum Perillustrem et Admodum Rdum Paulum Bugayski Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Obm Cracoviae Sitae Archidiaconum ejusque Succedaneos Archidiaconos pro tempore existentes indemnes ubilibet reddere, Ita ut Praedictus Perillustris et Adm Rdus Paulus Bugayski Ecclesiae Praefatae Omnium Sanctorum Cracoviae Sitae Archidiaconus ejusque Succedanei Archidiaconi pro tempore existentes censum suprascriptum quolibet Anno festis atque ratiis suprascriptis sine quovis impedimento pacifice et integre percipere queat. Idq sub vadio Summae Capitali correspondenti aliorum videlicet Trium Millium Quingentorum florenorum Polon per Praedictum Recognoscentem Generosum Adamum Chełmski et ejus Successores Bonorumq Praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quovis Possessores praenominato Perillustri et Adm Reverendo Paulo Bugayski Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae Sitae Archidiacono ejusq Succedaneis Archidiaconis pro tempore existentibus casu non completionis praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendo.

bendo. Pro quibus quidem Vadio vel vadijs praefatis Seorsivis et Specialibus taliter ad Solvendum Succubitis, ac pro Summa Census praefati non Soluta, req aliqua principali ex praemissis non completa Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Adamus Chełmski vel ejus Successores Bonorumq praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quivis Possessores citati ad instantiam praenominati Perillis et Adm. Rdi Pauli Bugayski Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae Sitae Archidiaconi ejusq Succedaneorum Archidiaconorum pro tempore existentium ad officium praesens Castrense Capitaneale Cracoviense, vel Castrense Capitaneale Neocorcinense, ex tunc recedendo ut supra a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus, se vero cum Successoribus, Bonorumq praefatorum tam in toto quam in parte Haeredibus et quibusvis possessoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij illius ad quod ex praemissis vigore Inscriptionis praesentis citabitur quo ad respondendum et Inscriptioni praesenti in toto satisfaciendum plenarie incorporando. In primo citationis termino tanquam peremptorio, stare, parere, respondere, pro vadijsq praefatis Seorsivis et Specialibus ac pro Summa Census praefati non Soluta, reque ~~aliqua~~ principali ex praemissis non completa tam in toto quam in parte toties quotus opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur, seque ac Posteros suos, Bonorum praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores obligat. Ipsum primum peremptorium Terminum et alios omnes consequentes causae ejusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro Majori, minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio Militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad quietationem ultra duarum Septimanarum officij praesentis Castrensis Capitanei Cracoviensis, vel ultra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Capitanei Neocorcinensis

dilationes

sibi dilationem non recipiendo, nullasq motiones appellationes earumq prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, fatalijs Juris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, praesenti Inscriptione ad praemissa omnia et singula mediante. Actum in Castro Cracoviensi Sabbatho post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proximo Anno Dni Millesimo Septingentesimo Vigesimo. Locus X sigilli. Correxit Tabaszowski.

Punctum ex Visitatione Lubieniana Ecclesiae Collegiatae SSm Obm Anno Dni 1711 expedita.

Sexta Praelatura Archidiaconatus Juris Patronatus Collegij Juridici. Cujus Possessor Illustris et Admo Rdus Paulus Bugayski Curatus Niepolomicensis qui pro dote habet 1mo Summam Census Reemptionalis centum novemdecem florenorum, pro summa Capitali Mille Septingentorum florenorum 2do Viginti Talerorum Imperialium pro summa Capitali Trecentorum Triginta Trium Talerorum Imperialium. 3tio Triginta quinque pro summa Quingentorum florenorum, ratione cujus una Missa qualibet Septimana. Item habet Lapideam in platea Castrensi, ratione cujus una Missa lecta quolibet mense de requiem et Anniversarium per Vble Capitulum absolvendum est. Item habet Censum Reemptionalem Sexcentorum florenorum Polonicalium pro summa Capitali Decem Millium in auctionem ejusdem Archidiaconatus per se ipsum super Bonis villae Rawatowice

Anno 1700 Feria 4ta ante Festum Sæ Catharinæ Virginis et Martyris inscripta, ratione cujus census, anniversarium per Vble Capitulum absolvendum quolibet Anno et Centum Missæ de requiem celebrandæ.

NB Causa ratione Census ex Slodkow provenientis florenorum 245 a Summa Capitali 3500. agitabatur in Consistorio Cracoviensi Anno 1720 die 30 Octobris.

Inscriptio 500 florenorum de qua Supra in Erectione Originali fit mentio, est talis

Actum Sabbatho ante festum S. Valentini Martyris die 11 Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo quinto.

Coram Officio et Actis Præsentibus Consularibus Clepardiensibus comparentes personaliter Famati Petrus Tarnowski Tabernator et Anna Przysuszanska Conjuges Cives Clepardienses mentibus pariter et corporibus probè sani existentes, matura deliberatione prehabita maritus quidem per se, uxor verò ipsius recedendo à dotalitio suo circa sponsaliorum ceremonias per eundem Maritum suum sibi denominato et à quovis jure quo ad actum Præsentem ad Bona infrascripta sibi serviente per Honoratum Albertum Dulowski Consulem Clepardiensem uti Tutorem ad actum Præsentem, cum Præsentaneo suprascripti Mariti sui consensu sibi assumptum et authoritate Officij Præsentis approbatum palam, ultrò libereq recognoverunt, et quilibet eorum verbis per expressum disertè prolatis recognovit. Quia ipsi Recognoscentes

florenos

florenos Triginta quinque Polonicales Census Reemptionalis ex infrascriptis Bonis annuatim per rathas infrascriptas solvendi Clarissimo et Adm Rdo Domino Adamo Roszczewic U. Juris Doctori et Professori Ecclesiae Collegiatae S. Michaelis in Arce Crac Canonico, Smardzoviensi p. Plebano pro Capitali florenorum Quingentorum Polonicalium summa realiter et in effectu prompta et numerata pecunia è manibus ejusdem Clarissimi et Adm R. Adami Roszczewici levata et percepta vendiderunt. Quam quidem florenorum Quingentorum Polonicalium summam una cum suprascripto florenorum Triginta quinque Polonicalium annuali censu suprascripti Recognoscentes Conjuges suis cum Successoribus in et super Domo partim Lapidea partim lignea in Circulo Clepardiensi acialiter à latere plateae vaccarum et penes domum Offmanowska antiquitus dicta sita, necnon super Braseatorio et Braxatorio ibidem existentibus munda et libera, neminiq antea per se /: exceptis Summis Reemptionalibus et Censibus ab ijsdem provenientibus in Inscriptione emptionis coram Actis praesentibus Consularibus Clepardiensibus Feria 3tia pridie festi Sae Catharinae Vgnis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septimo sibi Recognoscentibus per Famatum olim Andream Kępka alias Prus Lanium Civem Clepardiensem facta et recognita descriptis :/ ullis censibus aut Summis quibusvis obligata inscripserunt reformaverunt et assecuraverunt, prout praesentibus in vim tamen reemptionis alias na Widerkaff inscribunt, reformant et assecurant.

A qua quidem summa modo praemisso super suprascriptis Bonis reformata et assecurata ipsem Recognoscentes Conjuges suis cum Successoribus et quibusvis eorundem Bonorum Possessoribus obligaverunt ac submiserunt sese suprascriptum censum annuum florenorum 30 quinq Polonicalium pro duabus temporum rathis; Primam quidem ratham decem septem, grossorum quindecem Polonicalium pro festo nativitatis S. Joannis Baptistae, secundam vero ratham florenorum itidem decem septem, grossorum quindecem Polonicalium pro festo solenni Nativitatis Dni Nostri Jesu Christi in Anno currenti Millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto venturis et sic consequenter de annis in annos et de festis in festa tantisper quoadusq eadem Capitalis summa quingentorum florenorum Polonicalium in ipsdem bonis permanserit realiter ad manus praefati Clarissimi et A. R. Domini Adami Roszczewic mediante manuali quietatione soluturos et numeraturos. Idq sub omnibus Intromissionis gradibus tribus simul et semel successivo juris ordine omisso, cum adminiculo Officij Advocatialis et Scabinalis Clepardiensis mediante Decreto in Bona praefata defectu alicujus rathae praefati census solutionis dandis et conferendis. Quodsi vero ipsem Recognoscentes Conjuges seu ipsorum Successores et quivis Bonorum praefatorum Possessores summam eandem Principalem ex bonis ipsdem suprascriptis deportare, et ab eodem onere eliberare voluerint, extunc semestri ante praefato Clarissimo et Adm. Rdo Domino Adamo Roszczewic, vel succedaneis per eum ordinandis id intimare et

denuntiare tenebuntur. Caventes insuper ac sese prædicti Recognoscentes Conjuges in et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus habitis et habendis ubicunq locorum sitis et jacentibus, inscribentes et obligantes. quod eundem Clarissimum et A. R. Dnum Adamum Rostrewic vel ejus substitutos et succedaneos ab omni et qualibet quarumcunq cujusq status, sexus et conditionis existentium personarum impetitione molestatione et Ppedimento suis proprijs sumptibus nulla præscriptione obstante toties quoties opus fuerit ad primam sui Requisitionem sint tuituri, erecturi, intercessuri, indemnemq et indemnes omnino suis cum successoribus reddituri. Idq sub Intromissionis Juridicæ gradibus tribus simul et semel in Bona suprascripta defectu erectionis Pstandæ dandis et concedendis. Contra quam Pentis Inscriptionis Reemptionalis erectionem Pfati Recognoscentes Conjuges suis cum successoribus et eorundem Bonorum Possessoribus abrenuntiant omnibus et singulis exceptionibus dilationibus, appellationibus et earum prosecutionibus, necnon alijs quibusvis juris et facti remedijs, non aliter ac si Decreto Sacræ Regiæ Majestatis ratione Pmissorum convicti forent. alias in forma Inscriptionis Reemptionalis plenissima et perfectissima L+ L

Ex Protocollo Actorum Officij Consularis Clepardiensis ad Cracoviam extractum.

Inscriptio florenorum 500. de qua in Originali Erectione fit mentio tenor sequitur et est talis.

Actum Clepardiae Sabbatho ante festum S. Valentini Martyris primâ, die 11 Februarij Anno Domini 1645.

Coram Officio et Actis praesentibus Consularibus Clepardiensibus comparentes personaliter Famatus Petrus Tarnowski Tabernator et Anna Rzysuszanka Conjuges Cives Clepardienses mentibus pariter et corporibus probe sani existentes, matura deliberatione praehabita, maritus quidem per se Uxor vero ipsius recedens appro ad actum praesentem à dotalitio suo circa sponsaliorum ceremonias per eundem maritum sibi denominato et à quovis jure ad Bona infrascripta sibi serviente per Honoratum Albertum Dulowski Consulem Clepardiensem uti Tutorem ad actum praesentem cum praesentaneo suprascripti Mariti sui consensu sibi assumptum et authoritate Officij praesentis approbatum palam ultro libereq recognoverunt, et quilibet eorum verbis per expressum diserte prolatis recognovit Quia ipsi Recognoscentes florenos triginta quinque Polonicales Census reemptionalis ex infrascriptis bonis annuatim per rathas infrascriptas solvendi Clarissimo et Admo Rdo Domino Stanislao Czaplic Juris U. Doctori et Pfri, pro Capitali florenorum quingentorum Polonicalium Summa realiter et in effectu prompta et numerata pecunia è manibus ejusdem Clarissimi et A R Domini Stanislai Czaplic levata et percepta vendiderunt. Quamquidem florenorum Quingentorum Polonicalium Capitalem Summam, una cum suprascripto florenorum triginta quinque florenorum Polonicalium annuali censu suprascripti Recognoscentes Conjuges suis cum Successoribus in et super Domo partim Lapidea partim lignea in Circulo Clepardiensi acialiter à latere Plateae Vaccarum et penes domum Offmanowska antiquitus dictam sitam

necnon

necnon super Braseatorio et braxatorio ibidem existentibus munda et libera, neminiq antea per se s: exceptis summis reemptionalibus et Censibus ab ijsdem provenientibus in Inscriptione emptionis coram actis Praesentibus Consularibus Clepardsen pridie festi Sae Catharinae Vgs et Martyris Anno Domini 1637. sibi recognoscentibus per Famatum olim Andream Kępka alias Prus Lanium Civem Clepardiensem facta et recognita descriptis: sullis censibus aut summis quibusvis obligata inscripserunt et reformaverunt et assecuraverunt prout praesentibus in vim tamen reemptionis alias na Widerkaff inscribunt reformant et assecurant, A qua quidem summa modo Praemisso super suprascriptis bonis reformata et assecurata ijdem Recognoscentes Conjuges suis cum Successoribus et quibusvis eorundem Bonorum Possessoribus obligaverunt ac submiserunt sese suprascriptum censum annuum florenorum Triginta quinque ~~annuum~~ Polonicalium pro duabus temporum rathis. primam quidem Ratham decem septem florenorum grossorum quindecem Polonicalium pro festo Nativitatis S. Joannis Baptistae, secundam vero ratham florenorum itidem decem septem grossorum quindecem Polonicalium pro festo Nativitatis Dni Nostri Jesu Christi in Anno currenti 1645. venturis, et sic consequenter de annis in annos et de festis in festa tantisper quoadusq eadem Capitalis summa quingentorum florenorum Polonicalium in ijsdem bonis permanserit realiter ad manus Praefati Clarissimi et A. R. D. Stanislai Craplic mediante ipsius manuali quietatione quoadusq vixerit, post fata vero ipsius ad Ecclesiam in qua sepultus fuerit soluturos et numeraturos. Idq sub omnibus Intromissionis gradibus

simul et semel successivo juris ordine omisso cum adminiculo Officij Advocatialis et Scabinalis Clepardiensis mediante Decreto in Bona Praefata defectu alicujus rathae Praefati Census Solutionis dandis et conferendis. Quod si vero ijdem Recognoscentes Conjuges seu ipsorum Successores et quivis eorundem bonorum Possessores Summam eandem Principalem et bonis ijdem suprascriptis deportare et ab eodem onere eliberare voluerint, extunc semestri ante Praefato Clarissimo et A. R. Domino Stanislao Czaplic vel Succedaneis ipsius quorum intererit id, intimare et denuntiare tenebuntur. Caventes insuper ac sese Praedicti Recognoscentes Conjuges in et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus habitis et habendis ubicunque locorum sitis et jacentibus inscribentes et obligantes. Quod eundem Clarissimum et A. R. Dnum Stanislaum Czaplic vel ejus Substitutos et Succedaneos ab omni et qualibet quarumcunque cujuscunque Status, Sexus et conditionis existentium personarum impetitione, molestatione et Praepedimento suis proprijs sumptibus nulla praescriptione obstante totus quotus opus fuerit ad primam sui requisitionem sint tuituri, evicturi, intercessuri, indemnemque et indemnes omnino suis cum successoribus reddituri. Idque sub Intromissionis Juridicae gradibus tribus simul et semel in Bona suprascripta defectu evictionis Praestandae dandis et concedendis. Contra quam Praesentem Inscriptionis reemphonalis evictionem Praefati Recognoscentes Conjuges suis cum successoribus et eorundem Bonorum successoribus abrenuntiant omnibus et singulis exceptionibus dilationibus appellationibus et earum prosecutionibus necnon alijs quibusvis juris et facti remedijs, non aliter ac si decreto Sae Regiae Majestatis ratione Praemissorum convicti forent, alias in forma Inscriptionis Reemphonalis plenissima et perfectissima

Ex.

Ex Protocollo Actorum Officij Consularis Clepardiensis ad Cracoviam extraditum L.S.

Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. die Veneris Decimatertia Mensis Octobris

Coram Reverendissimo Domino Alberto de Lipnicke Lipnicki Dei et Aplicae Sedis gratia Episcopo Laodicensi, Suffraganeo, Canonico, Vicario in Spiritualibus et Officiali Gnrli Crae et in ejus publica audientia personaliter compareus Excell: Bartholomaeus Lactinius Phiae Doctor Adm Rdi Adami Roszczewic U. I. D. Ssm OOm Archidiaconi S. Michaelis in Arce Crae Siti Canonici Principalis Actoris Procurator in trno hodierno ex citatione debite ut apparebat executa provenienti contra reum infrascriptum verbo proposuit occasione non solutionis census annui reemptionalis pro annis specificandis retenti ad Archidiaconatum Ssm OOm spectan et pertinen petens ipsum ad solutionem hujusmodi census per Dominum Censuris Ecclesiasticis cogi et compelli et in litis expensis condemnari In Praesentia Honorati Melchioris Gwozdzikowic Consulis Clepardiensis Citati ex adverso Principalis specificari quotam annos, et bona in quibus est praefatus census inscriptus petentis. In contrarium Actoris Procurator in vim specificationis Inscriptiones duas ex actis Clepardiensibus facto et authentice produxit. quarum Inscriptionum copias Citati Procurator ad primam Juris dari Libi petyt et obtinuit. Praesentibus

Anno eodem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo Die Lunae Vigesima tertia Mensis Octobris.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Jacobo Gorski Utriusq Juris Doctore Canonico Crac. Judice surrogato et in ejus publica audientia personaliter comparens Admodum Reverendus Adamus Roszczewic Juris Utriusq Doctor, Ecclesiae Collegiatae SSmi OOm Crac Archidiaconus et Sancti Michaelis in Arce Crac Canonicus Principalis actor in termino hodierno ex actis provenienti, contumaciam partis adversae non respondentis directe propositioni suae in causa non solutionis census ex Pruszowskie dictis Clepardiae sitis ad acta praesentia factae accusavit, eandemq excommunicari petijt. In praesentia Nobilis Benedicti Zegota Honorati Melchioris Gwozdziewic Consulis Clepardiensis citati ex adverso Principalis Procuratoris suum Principalem incompetenter esse citatum ex quo nec utilis nec directus dominus eorundem Bonorum sit dicen et libertatem peten Et Illustris et Adm Reverendus Dominus Judex surrogatus auditis praemissis eidem Actori, quod citatus sit utilis aut directus Dominus controversorum bonorum probare mandavit. Praesentibus &

Ex Actis Actorum Rndssmi olim Dni Alberti Lipnicki & Officialis Gnrlis Crac extractum

Possessores istius Praelaturae fuerunt

1mus Adamus Roszczewicz JUDO Pfr. institutus Anno 1648.

2 Hyacintus Tomaszewicz UJD. Protonotarius Aplicus institutus A 1667. post obitum Adami Roszczewicz

3 Sebastianus Piskorski U.J.D. & Pfr. C.C. institutus in Anno 1683 d. 8. Januarii

4 Paulus Bugayski Curatus in Niepołomice J.U.D. post obitum Sebastiani Piskorski institutus Anno 1707.

5 M. Stanislaus Kutlinowski U.J. Doctor & Pfr. Curatus in Koniusza post obitum Pauli Bugayski institutus est ad Archidiaconatum Anno 1736.

6. M. Joannes Pałaszowski U.J.D. & Pfr. Curatus in Wilamowice. post obitum Stanislai Kutlinowski institutus A° 1747. obiit d. 17. Decembris A° Dni 1763.

7. M. Carolus Marxen U.J. Pfr. Ecclesiae Parochialis in Grabie Curatus, ex Canonicatu Swiniarsciano promotus est ad Archidiaconatum, et A° 1764. die 23. 8bris installatus.

Erectio Canonicatus seu Præbendæ tituli S. Spiritus in Ecclesia Collegiata OO. SS. 1493.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam 1493
Clarorum Virorum res gestæ et signanter Principum tam Spiritualium quam Secularium acta laudabilia ad posteritatis sempiternam memoriam tunc potissimum transmittuntur, quando literæ munimentaq et Scripturæ authentico testimonio illustrantur, sicq omnium pæne gentium et populorum colit ac observat illos vitæ felix recordatio, ad laudis et gloriæ illorum sublimitatem, quando amplitudinem Status Ecclesiastici, cultus Divini et sibi ob id remunerationis æternæ extendisse, personarumq Ecclesiasticarum utilitati consuluisse cogniti fuerunt. O Proinde nos Fridericus Divina miseratione Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli Sanctæ Lucæ in Septemsolys Presbyter Cardinalis Archiepus Gnesnen et Primas Episcopusq Cracoviensis significamus tenore præsentium et ad notitiam universorum et singulorum tam præsentium quam futurorum deducimus. Quomodo constitutus in Nostri præsentia personaliter Honorabilis Andreas de Jeszow Canonicus sive Altarista in Ecclesia Collegiata OOm Sanctorum in Cracovia tenens ac habens in suis manibus certum Privilegium sive donationes et fundi Præbendæ suæ præfatæ literas sub titulo et sigillo Rdmi olim in Christo Patris Dni Petri Dei gratia Epi Cracoviensis antecessoris nostri sanas siquidem salvas et integras non vitiatas non cancellatas nec aliqua sui parte, ut prima facie apparebat suspectas, sed omni prorsus suspicione carentes easdem Nobis legendas videndas et palpandas dedit exhibuit et produxit hujusmodi sub tenore qui sequitur. In Nomine Domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Cum solius Divinitatis fore dignoscitur in nullo deficere et omnium habere memoriam humana transcendit ingenia conditionis humanæ fragilitas artificio sibi quæsivit remedium, in quo vigor fabricæ naturalis summi deficit

Opificis voluntate, sic, ut illius quod agit in tempore ne cum evolutione temporum evanescat à memoria consuevit actus suos legalitate Testium et literarum apicibus perennare. Nos igitur Elisabeth relicta olim Strenui Militis Palatini Crac. felicis recordationis necnon Joannes et Spytko Germani Fratres Filij Spytkonis et Elisabeth predictorum de Velsztein notificamus universis quibus expedit presentibus et futuris presentium notitiam habituris. Quod mente solicita perpendentes et aequo rationis libamine compensantes, qualiter in hujusmodi saeculi arescentibus vanitatibus nulla sit forma constantia, et omnium rerum incertus sit exitus ad ea supremi dispensatione consilij de quibus bene sperandum est duximus attendendum, et licet quamdiu vitam Deo propitio duxerimus inhumanis, ingenia nostra de vitae commodis multipliciter distrahi oporteat, illinc tamen ubi certior et magis accepta premiorum laurea praesumitur, et animarum saluti salubrius consulitur efficaciter aspiramus. Cupientes itaque altissimo persuadente supradicti Militis Dni Spytkonis Palatini olim Consortem ac Progenitoris Nostri charissimi animae saluti, eleemosynarum sanctarum largitionibus et orationum devotarum suffragijs efficacius providere. Altare in Ecclesia ad OOs Sanctos in Cracovia ad laudem et honorem S. Spiritus ipsius tacti spiramine, necnon Beati Sigismundi Regis et Decem Millium Militum Martyrum Beatorum de novo ereximus et erigimus ob spem eorum consolationis salutaris. Ad hoc tamen consilio et voluntate Magnifici Viri Dni Jeszkonis de de Tarnow Palatini Crac: Patrui, caeterorumque Consanguineorum et Amicorum Nostrorum specialiter accedentes, sane considerantes virtutum et probitatum meritis Discreti Pauli Petri Owszycz quondam de Ozarow Clerici Gnesnen. Diaecesis, cupientesque ut felicibus incrementis proficiat ac Omnipotentis Dei misericordiam pro salute Animae supradicti Domini Spytkonis Palatini Crac: orationum suffragijs liberalius et operosius valeat invocare, eundem

Paulum

Paulum Petri in primum Altaristam Altaris hujusmodi eligimus et in Christi nomine nominamus. dantes et adjicientes, adjungentes, incorporam eidem Altari perpetuis temporibus affuturas Octo marcas pecuniae communis in et super domibus extra valvam carnificum in Platea eundo ad Sanctum Nicolaum ad sinistram situatt et signanter super Domum Aciatem Dorotheae relictae Nicolai Venczel doleatoris mediam marcam. Item super domo Golmarij mediam marcam. Item super duabus domibus Joannis Pesber unam marcam. Super Domo Nysz ~~mediam marcam~~ dicti Polske mediam marcam. Super Domo Andreae Libenthail. unam marcam quae quidem Domus supradictae sese contigue et immediate sequuntur. Item supra domibus ante praedictam valvam carnificum in fossato ex opposito fluvij Rudawa sitt et locatt et signanter super domo Nicolai Stralicz, et Nicolai Breyberg mediam marcam: super Domo Pileatoris mediam marcam, Item de domo Niklos Schepphen, mediam marcam, super Domo Petri Paczolth mediam marcam. Item super Domo Dni Nicolai Szekiyka octo scotos, supra Domum Dni Nicolai Cirologi et Nicolai Pileatoris octo scotos. Item super domo Petri Keyszlak octo scotos. Item super domibus pauli et Nicolai filiorum Pieczey mediam marcam. Item super domo Bechey Cordonis alias Kierber media marca. Item super Domo Joannis Dagey unus ferto. Item super domo Nicolai Straube carnificis unus ferto census annui terranei et perpetui in festo Sancti Martini Confessoris et Episcopi annis singulis persolvendi. Item duas sexagenas Pragensium grossorum in Zuppis Vieliciensibus de Jure montium quod Berthrakt vulgariter nuncupatur, unam videlicet ad festum Natalis Dni et aliam ad festum Paschae, eo tamen expresso specialiter et adjecto, quod praefatus Paulus et quicunque pro tempore fuerit Altarista ejusdem Altaris per se vel per alium idoneum Presbyterum singulis septimanis anni cujuslibet

octo Marcas

339

legere debet et complere duas missas circa predictum altare unam pro defunctis et aliam pro peccatis. Item Capitulo novem lectorum semel in septimana quolibet. Et insuper quibuslibet anni quatuor temporibus legere tenebitur absq negligentia quolibet unam missam pro defunctis, non obstante quod aliam missam similiter pro defunctis persolvere, sicut premittitur fuerit obligatus. In casu vero si causa legitima non obstante missas et vigilias hujusmodi supradictis temporibus et numero legere perficere et complere neglexerit, ex tunc ipsum super negligentia eisdem Reverendo in Christo Patri et Domino Domino Episcopo Cracovienssi relinquimus suadente justitia corrigendum. In quorum omnium testimonium et evidentiam plenorem presentes literas nostras conscribi et sigilli appensione jussimus communiri. Datum et actum Cracovie feria 3. prima post Dominicam Invocavit anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tertio. Post cujus quidem Privilegii presentationem et exhibitionem Domina Elizabeth relicta Spytkonis prenotata, necnon Johannes et Spytko fratres germani predicti filii Spytkonis et Elisabet de Melsteten predictorum nobis cum instantia debita humiliter et attente supplicavit, ut ipsum Privilegium contentaq in eo, atq ipsius Altaris Erectionem fundationem et dotationem Auctoritate nostra Ordinaria, confirmare approbare, ratificare, perpetuare rata habere atq grata, Indulgentijs quoque et celestibus stipendijs ex liberalitate paterna munerare, et demum quendam Paulum Petri Cuszyc quondam de Ozarow Clericum Gnesnensis Diocesis, quem tunc personaliter Domina Elizabeth hanc cum Johanne et Spytkone filijs ipsius presentavit ad dictum Altare canonice providendum investire et instituere dignaremur. Nos itaq Domina Elizabeth prenominata, Joannis et Spytkonis Melstrum germanorum filiorum ejus predictorum justis et rationi consonis supplicationibus benigniter inclinati, dictum Privilegium omniaq et singula in eodem Privilegio contenta atq hujusmodi Altaris

erectionem

erectionem fundationem et dotationem rata et grata haben, atq firma ipsa, praesentibus Authoritate Nostra Ordinaria approbamus, ratificamus, perpetuamus confirmamus, Nostroq medio decreto ordinario perpetuae firmitatis decernimus vim habere, et ut tanto avidius tantoque frequentius ad veneran devotis ac Solennissimis laudibus S. Spiritus necnon Beati Sigismundi Regis et decem millia Militum Martyrum Beatorum diem festum, in cujus honore Altare praedictum fundatum existit et dotatum, et ad Supportandum dictum et qui pro tempore fuerit Altaristam subsidijs charitativis sexus utriusq Christi fideles ferventius excitentur. Universis et singulis fidelibus Christi utriusq sexus nostrae Diaecesis filijs contritis et confessis, qui in die S. Spiritus, Beati Sigismundi Regis necnon decem Millia Militum Martyrum Beatorum festo ad dictum Altare causa devotionis oraturi, pias eleemosynas largituri et oblaturi, et ad Supportanda dicti Altaris Officiorum praescriptorum onera, ad vasorum quoque et ad pinguiorem dotationem ipsius Altaris dicto et quem pro tempore stare contigerit Altaristae de collatis a Deo ipsius bonis manus porrexerint adjutrices confisi de Misericordia Jesu Christi quadraginta dies de injunctis eis poenitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Ad praesentationem quoque praefatae Domina Elizabeth, Joannis et Spytkonis Filiorum ejus de Melstheim verorum et legitimorum dicti Altaris Patronorum Paulum praesentatum Clericum ut praemittitur praesentatum ad dictum Altare providen in Nomine Domini investivimus et praesentibus instituen canonice investimus, curam temporalium et administrationem spiritualium et si quod est regimen animarum sibi committimus in eodem. Quocirca tibi Rectori mediae Partis Ecclesiae OOm Sanctorum in Cracovia praedictae quam praesentibus requisitus fueris committimus injungen, quatenus dictum Paulum in et ad possessionem dicti Altaris inducas corporalem et realem, res et dotem sibi assignans in eodem. Mandans nihilominus omnibus et singulis dicti Altaris Censuarijs

Praesentatio

redituarijs et alijs quibuscunq nominibus censeantur subditis ut eidem Paulo tanquam ipsorum vero et legitimo Altaristae in omnibus obediant licitis et honestis et de fructibus reditibus proventibus Juribus et obventionibus universis ad ipsum altare spectantibus eidem Paulo plenarie ac integre respondeant. Volumus autem quod per praenissi Altaris Erectionem, nostram ratificationem et omnia alia praenotata Ecclesiae Ob.m S.m in Cracovia praedictae utpote Parochiali nullum praejudicium generet. Ut autem omnia et singula suprascripta illibata perpetue perseverent, praesentem transumpti, ratificationis, Indulgentiarum, largitionis et Canonicae provisionis Literas scribi mandavimus et nostri appensione sigilli perennamus. Actum et Datum Cracoviae feria 6ta proxima post Dnicam Invocavit me Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tertio. Praesentibus Honorabilibus ac discretis Viris Dominis Nicolao Praepto S. Floriani Canco Cracoviensi Laurentio de Volania Altarista Altaris S. Leonardi in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi, Bartholomaeo de Bochnia Publico Notario et Andrea Artium Baccalaureo Clerico Crac. Diocesis —— Post quarum quidem Literarum exhibitionem et receptionem Nobis et per Nos zelo ut praemittitur facturi fuimus per eundem Andream de Jerzow cum instantia requisiti et petiti quatenus hujusmodi Privilegium donationis fundi Praebendae suae praefatae literas transcribi, transumi exemplari ac in publicam formam redigi cum Authoritatis nostrae interpositione dignaremur. Nos vero ne cuiquam praejudicium efficere in hoc ipso videamur, ante ea nostras citationis more edicti publici Literas in earum forma solita pro certo termino et competenti contra omnes et singulos sua communiter vel divisim Interesse putantes decrevimus fore dandas, dedimusq et concessimus prout in notulis executionum earum plenius continetur et habetur. Quo quidem termino adhuc mente praefatus Andreas coram nobis comparens ipsorum citatorum et non comparentium contumaciam accusavit, et in eorum contumaciam Literas suprascriptas transcribi transumi et

exemplari

exemplari debita cum instantia et quia postulavit. Et nihilominus tres Testes ibidem presentes et astantes ad recognoscendum manum notarij et sigillum ~~notarij~~ Literarum prefatarum exhibuit et produxit, quos ad hoc compellendum sub pœna excommunicationis debita cum instantia postulavit, qui quidem Testes Domini per nos ut premissum est compulsi fuerant ipsi et eorum quilibet medijs eorum corporalibus juramentis, quod in manibus Vicarij nostri in spiritualibus Crac: præstiterunt dixerunt et quilibet eorum dixit sigillum eijsdem Literis superappensum et manum notarij esse illorum quorum esse dicuntur, ad ea quæ communis hominum semper habebatur recursus. Quo facto nos ad prefati andreæ ulteriorem instantiam in contumaciam prefatorum Citatorum et non comparentium prescriptas Literas transumi, innovari, et exemplari juxta earum verum tenorem nil mutando variando in eisdem quod facti substantiam immutet aut variet intellectum per notariumq nostrum publicari jussimus. ac fecimus prout de verbo ad verbum superius continetur decerneu tenore presentium mediante. Ut deinceps et in futurum perpetuis temporibus huic nostro transumpto tanta et talis fides in judicio et extra exhibeatur, qualis et quanta Originalibus Literis si in medium produceerent, darent et exhiberentur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras Literas transumi sive hoc presens publicum Instrumentum per notarium nostrum causarum et facti hujusmodi coram nobis scribam infrascriptum scribi subscribi nostroq sigillo jussimus et fecimus legitima appensione communiri. Actum et datum Cracoviæ Millesimo Quingentesimo Secundo die Vero Martis 14 Junij Indictione quinta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Alexandri Divina Providentia Papæ sexti Anno decimo. Præsentibus Venerabilibus Generosis et Honorabilibus Joanne de Kons Præposito, Nicolao Quezki Decano Ecclesiæ Cathedralis Crac: Thoma Tomecki Decretorum Doctore, Stanislao Szafranycz de Pieskowa 1502

Skała, Nicolao Rozmowski et Simone de — Publicis notarijs Testibus ad Premissa. Locus Signi + Notarij Publici. Et ego Joannes Andreae de Gorzyce Clericus Posnaniensis Diocesis Publicus Imperiali authoritate Notarius, Illustrissimi Principis et Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Friderici Miseratione Divina Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Archiepiscopi Gnesnensis et Primatis et Episcopi Cracoviensis Causarumque et praesertim hujusmodi coram sua Dominatione Scriba, Quia praedictae Citationi debitè executae oblationi, literarum exhibitioni transumpti petitioni et decreto alijsque omnibus et singulis praemissis dum sic ut praemittitur agerentur et fierent una cum praenominatis Testibus praesens interfui eaque omnia et singula praemissa sic fieri vidi et audivi Ideo praesentes Literas cum Originali auscultatas sive instrumentum publicum manu alterius Scriptae confeci et in hanc publicam formam redegi, Signo et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione Sigilli memorati Reverendissimi Domini Cardinalis Archiepiscopi Gnesnen et Episcopi Cracoviensis, et de suae Reverendissimae Paternitatis mandato speciali consignatis. In fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum Locus Sigilli X pensilis in Cera expressi in funiculo sericeo. Concordat cum suo vero Originali in Pargameno quod vidi legi et de verbo ad verbum concordare adinveni Joannes Sobliensk Publicus Notarius mp

Anno Domini 1477 Veneris 7 Novembris

Mgr Stanislaus de Brzezyn Sacrae Theologiae Pfr et Altarista Altaris S. Spiritus necnon beatorum Sigismundi Regis et decem Millia militum Martyrum in Ecclesia Omnium Sanctorum in Cracovia et Hieronymus Rokienbarke Civis de Cracovia occasione

sione exustionis domus jacentis extra valvam et retro Eccle-
siam S. Nicolai extra muros Crac et penes domum Martini Mu-
ratoris ex una et Honestam Agnetem dictam Proskuratka ex
alia partibus sitae, de qua praefatus Hieronymus ex privilegio
fundationis et ex certis obligationibus in dorso ejusdem privi-
legij annotatis pro quolibet festo Sancti Martini singulis
annis unam marcam solvere tenebatur, unanimi de con-
sensu et parcendo sumptibus et expensis talem inter se de
censu unius marcae exustae concordiam fecerunt, quam a-
pud acta praesentia inscribi petenti emologaverunt sub tali
forma. Quod praenominatus Hieronymus et sui successo-
res legitimi consideratis et attentis damnis ex incineratio-
ne praefatae domus, et alijs ex horto dictae domus proveni-
entijs pro quolibet festo S. Martini incipiendo ab Anno
Domini 1477 tunc currente, et per quatuor annos continue
et immediate se sequentes per mediam marcam, et elapsis
quinque annis pro sexto et alijs singulis annis temporibus
perpetuis sive aedificaverit sive non in dicta domus area
unam marcam pro quolibet festo S. Martini dicto Alta-
ristae parentum hujusmodi concordiae et Privilegio fundationis
se et suos legitimos successores ad solvendam dictam mar-
cam obligat et submittit sub Censuris Ecclesiasticis. Praesen-
tibus ibidem Honorabilibus Nicolao Skoczese Altarista de
Sancta Maria, Petro de Januszowice Plebano, Bartholo-
meo de Borki et notarijs Consistorij Publicis.

Ex Actis Obligationum Reverendi Domini Sta-
nislai de Swiradzice Officialis Crac: extractum

Venientes Nobiles et Magnifici Domini Joannes et Spytko
Haeredes de Mesztyn Fratres Germani et indivisi recogno-
verunt. Quia censum eorum perpetuum et Haereditarium
in Zuppa Vieliciensi consistentem qui Bartralet communi
vocabulo appellatur, de quo ipsis singulis Hebdomadis

triginta grossi latorum grossorum proveniebant et proveniunt non per errorem ac improvide sed freti amicorum suorum sano et maturo consilio pro honore Dei et incremento Religionis Christianae et pro consequenda salute sua et omnium Praedecessorum suorum et successorum Familiae Domus de Leliwa Monasterio et Domui Carthusiensium in Civitate Crac: aut ejus suburbijs aut in quocunque loco Dioecesis Cracoviensis per Executores Testamenti alteri eorum videlicet Domini Joannis de Melsztyn videlicet Rdum Patrem Dominum Jacobum de Senno olim Episcopum Cracoviensem et Venerabiles ac Honorabilem Dnos Demetrium de Senno Praeptum Scarbimiriensem, Joannem Dlugosz Seniorem Canonicos Cracovienses et Petrum Plebanum in Szczepanow erigendo, fundando, et aedificando, dederant ~~do~~ contulerunt donaverunt, et donatione perpetua et irrevocabili dant conferunt atque donant per praefatum Monasterium Carthusiensem et Fratres in eo locandos habendum tenendum utifruendum et in usus beneplacitos convertendum non tamen ex quacunque causa alienandum. Promittentes praefatum Monasterium Carthusiensem et Fratres in eo locandos et Executores praefatos occasione census praefati Bartracht evincere et intercedere ab omni impedimento et a qualibet persona, secundum quod ad quamlibet personam pertinet ~~perpetuo~~ praescriptio, et dantes praefato Monasterio Carthusiensi et dictis Dnis Executoribus in praefatum censum et in ejus perceptionem et exactionem plenam et realem per Ministerialem a jure datum Intromissionem exceptis duntaxat duabus sexagenis communis pecuniae per Altaristam Altaris Sae Catharinae in Ecclesia Cracoviensi. Item una sexagena latorum grossorum per Altaristam Sancti Spiritus in Ecclesia Omnium Sanctorum ex hujusmodi censu Bartkracht quemadmodum per Praedecessores praefatorum Dominorum Joannis et Spytkonis de Melsztyn, ut praefati Dni Executores apud Serenissimum Dnum Nostrum Regem

pro

pro applicando censu ejusmodi pro monasterio Carthusiae benevolentiam et libertatem obtineant, quam si obtinere (quod Deus auferat) non poterunt, ex tunc teneantur censum praedictum pro paratis pecunijs justo pretio vendere et omnes pecunias ex hujusmodi venditione perventuras in pios usus secundum quod ipsis melius videbitur expedire teneantur committere. Item praefatus Dnus Spytek Melsztynski promisit et se adstrinxit, quod interim quo census praedictus per praefatum Dnum nostrum Regem non fuerit libertatus aut per Executores venditus, tenebitur quamlibet expeditionem tam particularem quam generalem et quaelibet onera occasione census praefati Burkracht ferre portare et intercedere.

Actum in Castro Cracoviensi Fer: 6ta ipso die Sancti Fabiani Anno Domini 1464 Correxit Tobaszowski Locus + Sigilli.

Canonico Ecclesiae Collegiatae Sanctorum OOm Cracoviae sitt. Salis dolia 4.
Ex Pensionario Zupparum Vieliciensium extractt.

Altare tituli S. Spiritus in Ecclesia Collegiata OOm Sanctorum in Cracovia, cujus Possessor Joannes Korbel de Jezow Juravit. In fossata Platea prope Ecclesiam S. Nicolai in 23 domibus census Marcae veto. In Rupella à Conventu Sexagena latorum grossorum census facit Mar: 1. g. 8 Item Decima manipularis ex Praedio Villae Cieszkowa

Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diœcesis Cracoviensis desumptum atq descriptum.

Anno Domini 1570. die Mercurij 12 Aprilis.

Honorabilis Dominus Laurentius Zaborowski Altaristituli Sancti Spiritus in Collegiata Ecclesia Omnium Sanctorum Crac. sitt Altarista Principalis ex una, et Religiosi Viri Adalbertus de Widawa prior, et Joannes Kownacki Sacristianus Monasterij S. Stanislai in Rupella Casimirien. suo et totius Conventus ejusdem Monasterij nominibus ex altera Partibus ad acta præsentia personaliter constituti palam et libere recognoverunt se occasione annui census unius Sexagenæ latorum grossorum Pragensium ad altare prædictum pertinen. ab annis octo proxime transactis retenti concordasse et amicabiliter composuisse. Ratione cujus concordiæ præfatus Honorabilis Laurentius Zaborowski Altarista Censum prædictum per annos quatuor retentum salva residui solutione præfatis Priori et Conventus Monasterij Sancti Stanislai Casimirien. gratuito dimisit ac de eodem censu eos quietavit ac liberavit, et ab omni lite et actione desuper mota et indecisa pendent. liberos fecit et pronuntiavit. Præfati vero Adalbertus Prior et Joannes Kownacki Sacristianus suo et totius Conventus Monasterij præfati nominibus, præmissa omnia et singula rata atq grata habuerunt ac susceperunt, et nihilominus quatuor Sexagenas pecuniæ latorum grossorum Pragensium census hujusmodi ad altare prædictum spectan. pro quatuor annis proxime

xime transactis retenu ad rathas infrascriptas videlicet duas Sexagenas ad primam Juris pxmam et residuas duas Sexagenas pecuniae latorum grossorum Pragensium ad festum Pentecost proxime et immediate sese sequen, pfato Honorabili Laurentio Zaborowski Altaristae dare et solvere, Et solutionem dicti Census annis et temporibus futuris rite deberi absq aliqua contradictione praestare sub poenis ac censuris Ecclesiasticis renuntiando quibusvis exceptionibus ac juris factique remedys promiserunt et nominibus quibus supra efficaciter sese obligaverunt. Praesentibus Nobilibus Andrea Smodulecki, Philippo Rusiecki Stanislao Kwasigowski et Felice Kosz testibus ac Martino de Sandomiria Causarum Notario.

Ex Actis Actorum Officialatus Cracovien extractum

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo nono Die Lunae Secunda Mensis Augusti.

Honorabilis Dominus Andreas Korbel de Jezow Vicarius perpetuus Cathedralis et Altarista Collegiatae Omnium Sanctorum Ecclesiarum Cracoviensium Venditor et Martinus de Oswiaczyn Notarius Reverendi Domini Petri Wapowski Decani Cracoviensis emptor Decimae manipularis post agros Praediales Villae Minoris Cieszkowy excrescen ad Altare pdictum Sancti Spiritus Domini Andreae Korbel spectan coram me Notario Publico et Testibus infrascriptis ad hoc vocatorum et specialiter rogatorum praesentia personaliter constituti sponte libere publice q ac per expressum recognoverunt et sigillatim

fassi sunt talem inter se ratione Decimae manipularis fecisse Contractum. Hic videlicet Dominus Andreas Korbel se eam ipsam Decimam manipularem ex agris Praedialibus Villae Cieszkowy ad Sancti Spiritus Altare in Ecclesia Omnium Sanctorum quotannis spectantem et pertinentem memorato Domino Martino de Oszuraczyn pro duabus rathis pecuniarijs numeri et monetae Polonicalium singulis annis pro festo S. Jacobi Apostoli solvend vendidisse ad alterius illorum vitam dictam venditionem permanere, iste verò dictus Martinus de Oszuraczyn dictam emptionem Dnae Manipularis supradictae recognoscendo ex supraspta Decima ut praemissum est ad vitam alterius illorum per eum empta se eidem Domino Andreae Korbel per duas mareas pecuniarias singulis annis ad quodlibet festum S. Jacobi Apostoli submisit, ac sub poenis et censuris Ecclesiasticis inscripsit et obligavit, usq ad suam vel praefati Domini Andreae Korbel extremam diem soluturum. Praesentibus Honorabili et Discretis Dominis Andrea actu Presbytero Praebendario Sae Trinitatis, Martino Wilczek famulo, Domino Matheo Soharulonski Vicario et me Gregorio Nadersczyk Sa Apostolica Authoritate Notario publico, Praesentis Contractus Scriba

Ex Actis Actorum Officialatus Cracovien extractum.

Informatio de Villa Cieszkowy.

Cieszkowy Villa duplex Scilic et Minor et Major in Palatinatu Sandomiriensi Districtu Visliciensi sub Parochia Ecclesiae sub Probołowice. Decima ex ijs villis diversificatur trifariam: Ad Praeposituram enim Visliciensem decimas

ex agris

Joannes de Melsztyn du
as villas suas utrasque
Cieszkowy cum omni
jure, utilitatibus et pe
tinencijs universis ni
hil pro se reservando
in quadringentis quin
quaginta Marsis medio
rum grossorum Sigismun
do de Zuzow in totum
obligat tenendum
promitens in forma
ita tamen quod eas
dem peccunias idem
Joannes eidem Sigis
mundo ad diem San
cti Nicolai proximum
habet persolvere, vel
si non persolverit tunc
Ipse Sigismundus di
ctas duas Villas pleno
jure in quadringentis
et quinquaginta Mar
sis mediorum grosso
rum usq ad plenam
exemptionem possi
dere habebit cum fru
mentis seminatis ibi
dem ad hyemem tan
tum et post exemptio
nem earundem Villa
rum dictus Sigismun
dus medietatem dicto

rum frumentorum
pro se recipere et ali=
am medietatem ea=
rundem frumentorum
dicto Ioanni dimitte=
re habebit.

Acta Cracoviae in Ter
minis Terrestri
bus Feria Tertia
in Crastino Sancti
Stanislai tempo=
re Mensis Maii
Anno Domini
Millesimo Qua
dringentesimo
Decimo Nono

449

Joannes de Melsztyn

Joannes de Melsztyn Bona
sua alias duas Villas Cieszko
wy ~~oblig~~ Sigismundo de Zu-
kow. obligat

In Actis Terrestr. Crac.
Feria 3 in Crac. S. Stanislai
in Maio A.D. 1419.

Ad probandum quod duae villae fue-
runt Cieszkowy, major et Minor.

Ad Canonicatum SS. OO. ut S. Spiritus
Xmae ex Praedio Minor Cieszkowy

054

agris Cnethonalibus tantum utriusq Villae Cieszkowy ut patet ex Libro Beneficiorum Ecclesiae Visliciensis et ut edocet Sententia in actis Rdi Petri Porebski Anno Domini 1547 Die lunae 13 Mensis Junij. Ex Agris vero Praedialibus majoris Cieszkowy decimat Parochus Ecclesiae in Solec ut ex jure ejus Ecclesiae constat. Ex Praedio igitur Minoris Cieszkowy Spectat Decima ad Ecclesiam OOm. SSm. Quod autem duplex erat Cieszkowa probatur.

1mo Praepositus Visliciensis arendat Xmam in utraq Cieszkowy in Actis Raphaelis de Skawina Ao 1441 die 22 Maij in Actis obligationis ejusdem.

2do fit obligatio coram ipsdem Actis Praepositi Visliciensi pro Solvendis marcis pro Xma in utraq Cieszkowy coram ipsdem Actis 1442 d 18 Martij.

3tio Item similis fit obligatio Ao 1442 d 3 Octobris pro Xma in utraq Cieszkowy

4to Jovis 29 Octobris 1444 similis facta est obligatio coram ipsdem Actis.

5to Jovis 4 9bris 1445. similis facta est obligatio coram actis ipsdem pro Xma in utraq Cieszkowy

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Secundo Die Decima Sexta Aprilis

Hieronymus Rokienberg Civis Crac apud acta praesentia personaliter constitutus parendo Sententiae Interlocutoriae Senatus rei judicatae et processibus exinde Sequutis obligavit et se Submisit Singulis annis perpetuis temporibus

352 et suos legitimos Successores et posteros unam marcam communis pecuniae census annui et perpetui ex antiquoq solvi debiti et dari consueti de horto jacente ultra Valvam et retro Ecclesiam S. Nicolai extra muros Crac. et penes domum Martini Muratoris ex una et Honestam Ursulam Omanowa vehetam de Cracovia ex alia partibus sito ad quodlibet festum S. Martini, Domino Petro Altaristae Altaris Sancti Spiritus necnon Beatorum Sigismundi Regis et decem millia militum Martyrum in Ecclesia Omnium Sanctorum in Cracovia sito suisq Successoribus sub poenis et Censuris Ecclesiasticis obligant Soluturum et daturum, necnon quatuor marcas de retentis hodie dabit et in vim hanc consensit sibi in absolutionem Praesentibus Dominis Martino Stanislao de Dambno Procuratore et Alberto de Solecz Notario Publico

Ex Actis Obligationis Rdi Patris Raphaelis de Skawina Vicarij et Officialis Crac. extractum

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Veneris 28 Januarij

Honorabilis Laurentius Zaborowski Altarista Altaris Sti. S. Spiritus in Ecclesia Collegiata Sanctorum Crac. principalis nonnulla jura seu monimenta. Imprimis quoddam Regestrum exactionis censuum terragiorum ad altare suum praedictum spectantium diversis manibus scriptum. Item binas Monitorias Literas contra partem adversam distinctis temporibus occasione census annui octuaginta grossorum emanatas et executas. Item actum quendam occasione dicti census inter easdem partes Anno Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto die Vigesima prima Julij gestum et sigillo Domini communi

ritum

nitum facto et realiter exhibuit ac produxit et contumaciam partis adversae nihil dicentis contra accusavit p Jn Plentia Mgri Petri de nova Civitate ex adverso Religiosorum Prioris et totius Conventus Fratrum Monasterij S. Stanislai in Rupella Casimiriae Procuratoris ad id per Joannem Leloviensem Publicum Notarium Executorem deputatum Citati qui copiam Jurium et monimentorum pdictorum sibi partiq suae decerni et terminum ad dicendum contra assignari per Dominum Postulavit et obtinuit ad 2dam Juris Pntibus p Nobilibus Viris Andrea Czaplowski Alberto Wierzbicki Melchiore Sikorski testibus ac Martino de Sandomyria Causarum Notario

Ex Actis Actorum Rdi Patris Martini Jerbinski Vicarij et Off. Generalis Crac extractis

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinto Die Jovis Vigesima Septima Februarij

Honorabilis Dni Andreae de Jezow Ecclesiae Collegiatae OOm SSm in Cracovia Canonici et Altaristae ab una et Fanati Joannis Kletnar Civis et Consulis Crac ab altera partibus in causa interloquendo decernimus ut ipse Joannes Kletnar censum duarum marcarum de certis domibus et earum areis ante valvam S. Nicolai extra muros Crac sitt p Canonicatu et altari ipsius Domini Andreae singulis annis solvi consuetum per eundemq Joannem retentum pfato Domino Andreae det et solvat, ac nostrae monitioni pro eodem censu retento et ex re judicata emanatae hinc et octo dierum spatium effectualiter pareat, alioquin in defectu hujusmodi partitionis ipsum Joannem Kletnar sententiam excommunicationis in eodem monitorio contentam incidisse

declaramus et publice in Ecclesijs denuntiandum mandamus processus necessarios contra eum in forma dandos decernam. Ipsumq nihilominus Joannem Kletner Prefato Andreae in litis expensis condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum reservamus.

Anno et die quibus supra lecta per Dominum instantie Mgro de Pila. In Presentia Mgri Martini de Uslicia exadverso Procuratoris ad id per Dnum Stanislaum Klonicki Altaristam Crac et Executorem de mandato Domini in audientia publicata citati. Presentibus Notarijs Domini et quibus supra.

Ex Actis Sententiarum Adm Rdi Patris Sigismundi de Targowisko Officialis Crac extract.

Anno Domini 1595.

Quintus Canonicus Stephanus in Mogilany Plebanus institutus, erectus est autem iste Canonicatus in proventibus Altaris Corporis Christi Secundi Ministerij Jurispatronatus Haeredum de Melsztyn, qui pro dote habet ex domibus .. extra portam Sancti Nicolai in Suburbio in Vallo jacentibus censum octo marcarum plus vel minus provenientem. Item habet censum a Fratribus Ordinis Sancti Pauli Eremitae Conventus ad Sanctum Stanislaum in Rupella Casimirici Censum Octuaginta grossorum Pragensium ex certo praedio provenientem. Item habet Decimam Manipularem ex Villa Militari Czeszchowy quae recipitur, ratione cujus dotis obligatus est in septimana in Ecclesia OOm SSm duas Missas

legere

legere unam pro peccatis, alteram pro defunctis Fun-
datoribus. Item domum n̄ habet pro residentia.

Ex Actis Visitationis Kazimirsciana Eccle-
siae Collegiatae Sanctorum OOm Crac: extractum.

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Die
Mercurij Vigesima quinta Septembris

Vblis Joannes Trzetkowicz Canonicus Ecc Collegiatae OO SSm Crac
Actor in publica audientia Illustris et Adm Rdi Dni Ad-
ministratoris personaliter comparens exhibita citatione
executa contra reum infrascriptum verbo proposuit
occasione n̄ solutionis census Terragij ex domo Aciali
ante portam S. Nicolai jacente ab annis decem citra
vel ultra sibi retenti petens ipsum ad extraditionem
sive solutionem census hujusmodi juxta contenta pri-
vilegij desuper habiti per Dominum cogi, alias ad
respondendum suae propositioni compelli. In praesentia
Nobilis Andreae Starczynowski Famati Joannis Sli-
wowski Cuius Crac dictae Domus Possessoris citati
ex adverso Principalis procuratoris suum prin-
cipalem ad solutionem census retenti submitten-
tis infra hinc et unum mensem. Qui Illustris
Administrator auditis praemissis usoq Privilegio per A-
ctorem judiciatr exhibito decrevit Ogtmus idem Citatus
census retentos juxta tenorem privilegij in octava sub
poena excommunicationis persolvat.

Ex Actis Actorum Perillis et Rdsmi D. Petri Gem-
bicki Administratoris Cracoviensis extractt

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo
Die Lunae Vigesima octava Januarij

Procurator Rdi Dni Joannis Trzeszkiewicz Ecclesiae
Collegiatae OO SSmae Crac Canonici Principalis coram Domino
in Ejus publica audientia personaliter comparens in termi-
no hodierno ex limitatione de mutuo consensu parti-
um facta proveniente in causa occasione census ter-
ragij ex duabus domibus per partem adversam taliter
qualiter possessis Actori moderno pro tribus annis re-
tenti, et singulis ex altera dictarum domuum per u-
nam Mariam ex altera vero per mediam solvi debiti
coram Domino mota et vertente sententiam ferri debita
cum instantia postulavit. In Presentia Honesti Marti-
ni Skorupa citati ex adno principalis circa antiquam
consuetudinem solvendi sese conservari petentis. Pro-
curatore ex adverso Actoris petita partis adversae non esse
admissibilia ex eo quod haec eadem allegata consuetudo
ad libitum tantum sui Principalis et ipsius Anteces-
sorum fuit tolerabilis, nec privilegio super censu con-
troverso habito potuit esse praejudicialis, siquidem
licuit et licet unicuique injuriam suam quoadusque
voluerit tolerare allegante et proinde solutionem hu-
jusmodi census juxta Privilegium suum jam alius
ad Officium praesens productum decerni petente. Et
Dnus auditis praemissis usque bene pensatis et intellectis
statuit et decrevit ut citatus Censum retentum juxta
Privilegium erectionis Actori in octava sub poena ex-
communicationis persolvat Praesentibus &c.
Ex Actis Actorum Rdi Patris ac Dni Grasmi
Seretkowski Cantoris et Officialis Crac extractis

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo nono Die Martis Decima quinta Februarij

Vblis Dnus Mathias Vicarius de Rupella suo et totius conventus sui nomine cavens de ratifiabitione ipsius ab una et honestus Dnus Stanislaus Stano Civis et Consul Crac: ab altera partibus coram Dno et apud acta praesentia personaliter constitutus recognoverunt et quilibet eorum recognovit, ille tres marcas et unum fertonem census annui in et super praedio Dębniki et domo ac horto aiuali penes Scholam Ecclesiae Sancti Stanislai in Casimiria sito se vendidisse justo venditionis titulo &c. Caetera vide in Actis.

Ex actis Obligationum R. Patris Thomae Rożno wski Canon. Officialis Emrlis Crac. extructt

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Vigesimo sexto Die Lunae Trigesima Martij.

Vblis Dnus Joannes Frączkowicz Canonicus Ecclesiae Collegiatae Obm Sm Crac. actor coram Domino in ejus publica audientia personaliter constitutus in trno hodierno et limitatione a tergo citationis scripta praeveniente, eadem citatione reproducta in causa occasione occupationis Domorum in vallo majori extra portam S. Nicolai sitarum ad suum Canonicatt titulo Sancti Spiritus spectantium coram Domino mota et vertente concludi et pro concluso haberi per Dominum petyt. In praesentia Famatorum Joannis Dunowski Filius Loyskowicz Heliae Konarski et aliorum Litis consortium citatorum ex ad-

verso principalium qui impediendo petitam conclusionem allegaverunt quod Actor praesentem terminum hinc ad primam Juris post Dnicam Conductus Paschae ut sciant in quo termino causa scripta pendet limitare promisit. Ex Adverso Actor non obstantibus frivolis allegatis Citatorum petyt concludi. Et Dnus in causa hujusmodi concludendum duxit et concluxit salva reconclusione si fuerit causa legitima reconcludendi. Suprascriptis Citatis de gravamine protestantibus. Praesentibus &c.

Ex Actis Actorum Rdi Joannis Rzeczynski Officialis Generalis Crac extractum

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto Die Veneris Decimaquarta Martij.

Vblis Dnus Joannes Trzeczkowic Praeptus Hospitalis S. Leonardi extra muros Casimirien et Altarista ~~Altaris~~ tituli S. Spiritus in Ecclesia Collegiata Obm Sm Cracoviae Actor coram Dno in ejus publica audientia personaliter constitutus oblata Citatione legitime ut apparebat executa et inhaerendo contentis ejusdem Citationis reos infrascriptos ad producendum et exhibenda juxta si aliqua praetendunt se habere ad Domos in majori valle circa fluvium Rudawka et in parte sinistra eundo versus Ecclesiam S. Nicolai sitt ad dictum altare illiusq Altaristam spectan et pertinen vigore fundationis et dotationis et magnificos olim Elizabet Palatinam Crac necnon Joannem et Spytko Fratres Germanos Filios praedictae olim Dnae Elizabeth Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octo

feria

Feria 3 post Dnicam Invocavit proxima facta per Dominum cogi aliàs in defectu productionis et exhibitionis Jurium deoccupationem dictarum domuum cum suis areis attinentijs et pertinentijs decerni petijt. In Sententia Famatorum Joannis Sliwowski Georgij Markowicz Joannis Bulowski, Ambrosij Stalinski Joannis Bielawski, Bartholomei Skalski, Martini Skorupka Alberti Witkowski Alberti Dąbrowski, Jacobi Wetowski, Michaelis Trzesnia Andreae Bodura Martini Nowaczek, Felicis Lykowicz Mathae Kortowicz Petri Lamech Valentini Strażnik Helae Konarski, Stanislai Kołyski et Sebastiani Pluzek Civium Crac Possessorum Domuum suprascriptarum citatorum ex adverso Principalium terminum hodiernum hinc ad primam diem juridicam propter informationem, ex quo actor ipsis copiam citationis non dedit per Dominum prorogari postulantium. Et Dominus terminum hujusmodi ad primam Juris juxta petita citatorum prorogavit et ut in eodem termino citati propositioni Actoris respondeant inculcavit Praesentibus

Anno eodem Veneris XX Aprilis Copiae productorum Jurium cum termino dicendi contra ~~citatis~~ concessae ad primam Juris

Anno eodem Lunae 14 Aprilis Copiae concessae erectionis ad octavam.

Anno eodem Mercurij 20. Aprilis directa responsio decreta

Anno eodem Mercurij 14 Maij. Citatis probare mandavit et Jura producere.

Anno eodem Lunae 7 Julij Producunt Citati Jura

Ex Actis Actorum Admodi olim Domini Joannis Zerzynski Officialis Crac Extractus

360 Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo primo Veneris octava Novembris

Concludimus Christi nomine invocato et ipsum solum Deum prae oculis habentes pro tribunali sedentes in causa et causis inter Honorabilem Dnum Andream de Jezow Vicarium Castri Crac. et Altaristam ad Omnes Sanctos ab una, et Nobilem Stanislaum Suworez de Crac. de et super censu annuo terragio de certis Domibus ipsius Domini Stanislai Suworez extra valvam S. Nicolai sitis ad Altare praedictum Obm Sm ipsius Dni Andreae provenienti et illius occasione ab altera partibus coram Nobis authoritate ordinaria ex vi monitionis vertentibus et motis per hanc nostram sententiam definitivam quam ex his quae in hujusmodi causa vidimus et testium attestationibus intelleximus ferimus in his scriptis. dicimus decernimus pronuntiamus et declaramus praefatum Dnum Andream de Jezow juxta tenorem Privilegii sui fuisse in perceptione Census terrei ex tribus domibus ad memoratum Altare in Ecclesia Obm Sm situm spectan et pertinentis, eundemque Nobilem Stanislaum Suworez a tribus extra annis proxime transactis earundem domorum supraspectarum possessorem fuisse et extitisse. Censumque hujusmodi et ysdem domibus provenientem dicto Domino Andreae Altaristae dare et solvere noluisse et recusasse indebite et injuste sibique talia facere non licuisse neque licere et ob hoc eundem Dnum Stanislaum Suworez ad solvendum retentum censum medio dicti Dni Andreae Altaristae juramento specificam cogendum fore et cogi debere prout cogimus, et in sententiam excommunicationis in Monitorio nostro contentam incidisse declaramus in his scriptis. literas declarationis sub titulo et sigillo

gillo nostris dari decernimus. Et desuper eundem Stanislaum Szwerez Praefato Dno Andreae Altaristae in litis expensis condemnamus quarum taxationem Nobis in posterum reservamus. hac Nra Sentea definitiva mediante.

Anno Dni 1521 die Veneris octava Novembris lecta per Dnum instante Mgro Simeone de Calisz Dni Andreae Procuratore In Praesentia Mi Stanislai Klonicki ex adverso Procuratoris Citati protestans de attentatis post appellationem Praesentibus Notarijs et me Joanne Ostrowski.

Ex Actis Actorum Rdi Patris Thomae Roznowski Canonici Vicarij et Officialis Gnrlis Crac extractt

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Undecimo.

Undecimus Canonicatus tituli Sancti Spiritus Jurispatronatus Haeredum de Melsztyn cujus possessor est Adm Rdus Adamus Czeladzinski Parochus in Olpiny. qui pro dote habet in fossata platea prope Ecclesiam S. Nicolai in viginti tribus domibus census marcarum octo. In Rupella à Conventu Sexagenam latorum grossorum census facit marcas duas grossos octo. In Cieszkowa de Agris Praedialibus Decima manipularis. Item in Zuppis Vieliciensibus duas Sexagenas grossorum Pragensium. Ratione cujus dotis tenetur absolvere unam Missam pro peccatis, alteram pro defunctis, et Lectiones novem, nocturnorum qualibet Septimana et quatuor anni temporibus. Sed praedictus Possessor supplendo hos proventus

1./ 7 Ven. 1 Aug. Petrus Gorczynius resignavit Canonicum S. Spiritus

Augusti in Sct. Stephanus Chocieski

qui hac calamitate sunt incerti, pro necessitatibus Ecclesiae praefatae mille florenos Polonicales obtulit.

Ex Actis Visitationis Lubienianae Ecclesiae Collegiatae Sanctorum OOm Cracoviae extractt.

Anno Domini Millesimo sexcentesimo Decimoquinto Veneris Sexta Novembris.

2./ Ubi Dominus Joannes Checkelski Canonicus seu Altarista Altaris S. Spiritus in Ecclesia Collegiata OO. SSm Crac. sitt Actor coram Domino in audientia publica personaliter comparens exhibita citatione debite ut apparebat executa contra reum infrascriptum verbo proposuit occasione n. Solutionis census terragij ex domo Wolski pro annis decem ab anno Dni 1606. usq ad annum praesentem, deinde de domo Inderlad pro annis tribus 1610, 1612 et 1615 provenien ac retenn petens ipsum ad Solutionem per Dominum cogi. In praesentia Venerabilis Dni Stanislai Przedzieski Praepositi Hospitalis S. Nicolai extra muros Civitt Crac citati ex adverso principalis Procuratoris qui allegavit Solutionem, Actore Solutionem negante. Et Dominus Citatum ad probationem Solutionem allegatam admisit. Praesentibus Excellti ac nobilibus Dnis Alberto Luchorski S. T. Doctore Alberto Bolkowski Martino Sypniowski et alijs Testibus fide dignis

Ex Actis Actorum Rdsmi Dni Thomae Oborski Officialis generalis Cracoviensis desumptum

† Causa respectu census ex 3bus Domibus ante valvam S. Nicolai ad Canonicum Stanislaum in Actis Rozmowski Veni 8 9bris 1521.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quarto. Die Lune.
Decima octava Mensis Novembris.

Christi nomine invocato et ipsum solum pre oculis habentes pro Tribunali 113
Sedentes in causa appellationis Nobis per spirituales Literas Commissionis Illmi
Principis ac Rdmi in Christo Patris et Dni. D. Friderici Miseratione Divi-
na tituli Sce Lucie in Septem Solys Sce Romane Ecclesie Presbyteri Car-
dinalis Archiepi Strigonien. et Primatis ac Epi Cracovien. date inter Honorabilem
D. Andream de Lesczo Cancum et Altaristam Ecclesie Coll. Ob. Vir. in Cracovia ex
una et Famatum Dominum Joannem Kletnar Civem et Consulem Cracovien.
ex altera partibus de et super censibus Terragijs de certis Domibus extra
valvam S. Nicolai Litt ad predictam Prebendam et Canonicatum sive Altare
S. Spiritus in eadem Ecc. Litt pertinentibus et spectantibus, et illorum occa-
sione coram Nobis vertente et mota per hanc nostram Sententiam defi-
nitivam quam ex his que in eadem causa vidimus decernimus pronuncia-
mus et declaramus. Inuitendo Privilegio et matime concordie super
ipsis censibus inter partes grata facte et per Instrumentum publicum
coram Nobis probate censum duarum marcarum Terragium de Domi-
bus Sex extra valvam S. Nicolai in Fossata Litt, de prima namque domo
in qua hodie residet Thustchek tempore vero erectionis vocabatur domus
Liebenthal media marca, que domus est Sita inter Domos Leyskowsk
ex una, et Consulum Cracovien. ex altera partibus, de alijs quinque
domibus in quarum areis tempore fundationis dumtaxat tres fuerunt,
que sunt in Fossata, et opposito fluvij Rudawa incipiendo à po-
stico domus Aedilis sive à Signo murate passionis Christi simul
junctis et Situatis usq ad domum que quondam dicebat Willowa
nunc autem Wolfganga, de prima nunquam domo ipsarum
quinque tangit minorem aream occupans in qua hodie residet
Martinus Lubowski Pileator octo grossis, de secunda in qua Jaco-
bus Puta Sedecem grossos, de tertia in qua hodie residet Joannes
Lowentarius Sedecem grossos, de quarta in qua hodie residet
Laurentius Pileator Sedecem grossos, et de quinta que hodie
manet deserta Sedecem grossos, que Quarum Domarum ipse Do-
minus Joannes Kletnar Possessor existit ad Prebendam sive Alta-
re predictos dictam ex Fundatione Privilegij pertinuisse et spectasse
pertinere et spectare debere ac Altaristas altaris predicti in posses-

sione et perceptione pacifica census prædicti duarum marcarum de domibus prædictis numeri et monetæ Polonicalium semper fuisse et esse, præfatumq Dnum Joannem Kletnar Possessorem domorum prædictarum ipsi Domino Andreæ Altaristæ Altaris præfati moderno Censum ꝑfatum duarum marcarum dare et solvere licet non in toto tamen in parte ab aliquot annis recusavisse et non solvisse injuste et inique, sibique talia facere minime licuisse neq licere. Et ob hoc ipsum Dnum Joannem Cletnar et suos legitimos Successores sive possessores præfatarum domorum de domibus suprascriptis modo et forma quibus supra q de quolibet domo seorsum ad dandum et solvendum duas marcas pecuniarum census annui terragij in perpetuum singulis annis pro festo S. Martini ipsi Dno Andreæ Altaristæ moderno et suis legitimis Successoribus, necnon tres marcas census retenti in uno mense solvendæ condemnandæ et cogendæ fore ac condemnari debere prout condemnamus, et ad solvendum compellimus. Ipsumq Dnum Joannem Cletnar in expensis propterea tum coram Judice instantiæ primæ tum coram Nobis secundo factis nihilominus condemnari quarum taxationem Nobis in posterum reservamus.

Lecta Lata et in scriptis pronuntiata est hæc sententia definitiva per Nos Joannem de Wysoka Decretorum Doctorem, Canonicum Ob. Ssm Judicem Commissarium de consensu Vblis Dni Andreæ Gorna alterius nostra in hac Causa Collegæ instante Dno Andrea de Jerzow Principali, et Mgro Laurentio de Międzylesie ipsius Procuratore, In ꝑsentia Mi Joannis de Wieliczka Causarum Curij Crac et ꝑfati Dni Joannis Cletnar legitimo procuratore prout de suo ꝑcurationis mandato ad acta Causæ præsentis per legitima constabat et constat documenta ad hoc per certum Executorem videlicet Dnum Joannem de Jasło Mansionarium in Castro Crac de mandato Nostro citati, ꝑsentibus tunc Petro de Międzyrzecz Psalterista in Eccl. Cathl. Crac Martino de Laskarzow et Alberto Goczalek de Koprzywnica Clerico et Laicis Diœc. Crac Testibus circa ꝑmissa habitis etc.

Ex actis Actorum Rndi Joannis de Baruchow, Vicarij et Officialis Curiæ Cracoviensis extractum

Præpositura Regularis in Ecclesia Rupellæ S. Stanislai in Casimiria

Cui præsidet Religiosus Fr. Joannes Ord. S. Pauli primi Eremitæ qui juravit

In Zuppis Vieliciensibus dicta Barkrath Census perpetuus quadraginta tres marcæ, ex quibus solvunt in vim census et pensionis perpetuæ Marcas tres Altaristæ tituli Sæ Catharinæ in Ecclesia Cathedrali Crac. et Marcam unam cum XXXXII grossis Altaristæ in Ecclesia Collegiata Ssm Obm, cujus nunc possessor Andreas Corbel.

Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diœcesis Crac: extractum

Cessio Juris ad Censum perpetuum in Zuppis Vieliciensibus. Priori totiq; Conventui Ord. S. Pauli primi Eremitæ Casimiriæ ad Cracoviam siti.

Anno Domini 1487 die Mercurii 3. Mensis Januarii

In Nomine Domini Amen ad perpetuam rei memoriam Casimirus Dei grãa Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæq; Dominus et Hæres. Splendorem quo Regnum nostrum Poloniæ Sanctimonia et insigni Martyrio Bsmi Stanislai Epi Crac. extat illustratum, et multiplicia ejus suffragia Nobis et genti nostræ præstita frequentius animo rimari, ad singula quæ in suum decus et gloriam ordinantur nostræ benevolentiæ favorem impertimur. Et in personas Religiosas in Monasterio de Rupella Sanguine ejus rubricato, Salvatori Nostro et Martyri ejus Stanislao exhibemus famulatum gratiam nostræ munificentiæ pro statu illorum conservando extendimus propensiorem. Proinde significamus tenore præsentium quibus expedit Universis tam præsentibus quam futuris. Quatenus nobilis ac Generosus Spytko de Melsztyn Miles noster fidelis dilectus, fretus suorum amicorum consilio et tam mentis quam corporis potitus Sanitate Nostræ Majestatis accedens præsentiam et conspectum recognovit et publice confessus est. Quia omnem medietatem Census et introitus perpetui qui in Zuppis Nostris Vieliciensibus ratione inventionis Salis et apertionis montis seu foveæ, aut Sziba ipsum Jure hæreditario et successione Paterna et avita contingentem qui vulgari vocabulo Brahracht consuevit appellari, non per errorem aut improvide, sed de certa scientia Monasterio Beati Stanislai

in Rupella, et Honorabili Jacobo Priori, Provinciali et toti Conventui Cœnobii prædicti in Rupella Ordi S. Pauli primi Eremitæ venditione perpetua et irrevocabili pro mille marcis latorum grossorum Progensium numeri Polonicalis quadraginta octo grossos in Marcam quamlibet computando, quos se effectualiter a Rdo in Christo Patre Dno Jacobo Epo Vladislaviensi et Vbli Joanne Dlugosz Canco Crac: etiam confitebatur recepisse, vendidit reformavit et resignavit, præsentibus quoq vendit reformat et resignat, nihil sibi aut successoribus suis proprietatis tituli, aut dominii in eodem Censu Bartrakt reservando, sed omne jus quod sibi hactenus in dicto censu competebat in dictum Monasterium in Rupella plenarie transfundendo cum omnibus ejusd Census medii Bartrakt juribus pertinentiis attinentiis utilitatibus et proventibus universis: præter et exceptis tribus sexagenis quarum duæ Altari Sanctæ Catharinæ in Ecclesia Majori Cracoviensi monetæ et numeri Polonicalis, et tertia ~~in Eccl~~ Altari in Ecclesia Parochiali Ob. SSm in Cracovia latorum grossorum per Antecessores ejusdem Spitkonis sunt donatæ et inscriptæ, per præfatum Monasterium ~~et~~ in Rupella Priorem et Conventum ejusd teniend habend ut fruendum. P. Plura videantur in Actis Consistorii Crac

A. 1473. Die Sæ Sophiæ

Ex Actis Actorum Episcopatus Crac: A. 1487. extractum

De Decima in Cieszkowy fuit processus in Consistorio Crac ex Instantia Illustris Chobrzynski cum Parocho in P. Solec, A. D. 1742

Anno 1639 Die Vene. 7. 8bris

NB. Honestus Witkowski Civis Crac coram Actis Consrii Crac donavit Domum suam Præ extra portam S. Nicolai penes Domum aci alem muratam, sitam Præposito Hospitalis et Mansionariis Ecclesiæ S. Nicolai, una cum horto eidem Domui adjacente, In qua donatione specificatus est census ib grossorum ad Ecclesiam Collegiatam SSm Obm Crac spectans.

habet copia illius in Cista

Videatur hæcce donatio in Actis Erasmi Kretkowski Officialis Crac.

Possessores Istius Praebendae qui poterant reperiri, fuerunt

1 Paulus Owczyc Altarista A. 1403.
2 Petrus Altarista A 1452 } 1475 Jovis ab Marty in Actis Epis: Petrus Plebanus in Raclawice resignavit Altare S. Spiritus in Ecclesia SS. Omn.
3 Stanislaus de Brzeziny S. T. D. et Pfr. 1477. Anno in Canonicum institutus 1490.
Andreas de Jerzow. Corbel A 1502 et seqq.
Laurentius Zaborowski A 1570 et seqq.
Stephanus Plebanus in Mogilany A 1595 et seqq.
Joannes Chechelski A 1614 et seqq.
Joannes Frączkiewicz A 1625 et seqq.
Joannes Satalecki post Frączkiewicz 1647. 23 January
Adamus Dropczynski Curatus in Wieczarowice, pt Satalecki A 1665. 14 January
Carolus Trewani S. T. D. pt Dropczynski 1687. 29 January

Adamus Czeladzinski
Joannes Chobrzynski pt Adm Czeladzinski 1712 6 Maii
Antonius Zwan Curatus in Rogow pt Chobrzynski 1743 6 Janu
Josephus Bielski Curtus in Kosoeice, pt Zwan 1747 in Aprili
Praepositus in Myslenice
Rdmus. Michaël Ankwicz in Wadowice Car: 1774. 17. Xbr.
Brodzinski Curatus in Wodzislaw 1786 d 28 Jun

Post fata Illris Brodzinski successit Illris et Adm Rendus Dnus Martianus Kulpinski frater germanus Scholastici Praepositus in Rogow. Institutus et Installatus die 12 Septembris 1797. obiit autem ultimus hic S. Spiritus Canonicus die 25. Martii 799.

Erectio seu Auctio Altaris in Canonicatum erecti tituli Annuntiationis B.ae M. V.s A.o 1471.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Tertio Lunae 8 5. Mensis Aprilis.

Coram Illustrissimo et Reverendissimo in Christo Patre, Domino Georgio Miseratione Divina tituli S. Sixti Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, Radziwil nuncupato, Perpetuo Administratore Episcopatus Cracoviensis et Ducatus Severiensis Duce Olycae et Nieswiez 8 Exhibitae sunt Literae Venditionis in vim Reemptionis pro parte Venerabilium et Honestorum Georgij Plebani Ecclesiae B.ae Mariae V.s in Circulo Crac. Agnetis relictae olim Swidincer, Joannis et Stanislai Germanorum filiorum olim Georgij Szwortz Civium Cracoviensium, et Stanislai de Pleszow Artium Magistri et Licentiati in Medicinis, quae ne aliquo casu fortuito amittantur, petitum est ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino, ut easdem Actis praesentibus inscribi et ingrossari demandaret, quarum Literarum tenor est hujusmodi. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, necnon Terrarum Cracoviae Siradiae, Lanciciae Cujaviae, Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae, videlicet Chelmen. Elbingen. et Pomeraniae Dominus et Haeres, significamus tenore praesentium Universis et Singulis harum notitiam habituris. Quomodo ad nostrae Majestatis praesentiam venientes Generosi Stanislaus et Joannes de Brzezie germani indivisi, non compulsi, non coacti, nec aliquo devio errore seducti, sed sani mente et corpore amicorumque suorum salubri freti consilio recognoverunt publice et per expressum Quia Quinquedecem marcas communis pecuniae numeri et monetae Polonicalis Quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computatum census annui in et super villis seu Haereditatibus eorum Brzezie, Sarow, Dąbrowa et Zysekanie in Terra et Districtu

370

Cracovien. jacent. Venerabilibus et Honestis Georgio Stebarz de Beate Virginem in Cracovia, Agnetha relicta olim Thurdnicer, Joanne et Stanislao Serganis filijs olim Georgij Sewertz Civibus Cracovien. Patronis et Stanislao de Olesznow Artium Magistro et Licentiato in medicinis Altaristis Altaris Annuntiationis B.a Marie Virginis in Ecclesia Omnium Sanctorum in Cracovia et eorum successoribus legitimis, et Altaristis pro tempore existentibus pro Quadringentis Triginta Nobis Florenis Hungaricalibus puri auri, justi et veri ponderis vendiderunt demonstraverunt assignaverunt et pupillo ac in verum resignaverunt in titulum Receptionis clare memorie Kazimiri per ipsos et successores illorum legitimos Anniversarios perpetuis Anni temporibus levand. tollend. percipiend. ac in usus beneplacitos convertend. prout ipsius melius et utilius videbitur expedire. Quam quidem Venditionem rite rataam gratam atque firmam esse volumus ipsam de certa nostra Scientia et consensu decernimus robur obtinere firmitatis, Sigillum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Cracovie Feria quinta ante Nativitatem Dominicam Anno Domini 1471. Indictione eadem. Reverendo Patre Domino Joanne Electo Cracovien. et Magnificis Generosis ac strenuis Joanne de Pilca Cracovien. Luca de Gorka Posnanien. Palatinis. Boleslao Kmitha de Wiszniez Cracovien. Joanne Felix de Tarnow Wislicien. Joanne Amor de eadem Wolmicien. Nicolao de Gerbotka de Strzeze Sandomirien. Petrusio de Sydowice Sarnowien. Castellanis et Joanne de Tenczin Marschalco Regni Polonie, Nicolao Praustowski Cracovien. et Stephano Iwanczopolensi de Zawada Cracovien. Vexillifero et aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus Venerabilis Michaelis Richting Custodis Sandeceusis, necnon Ecclesie Cracovien. Vladislavien. Posnanien. Ecclesiarum Canonici Regni Polonie Vicecancellarij Sincere nobis dilecti. Presentibus quibus supra.

Ex Actis Actorum Regni. Pri Georgi Ladivilij Episcopi Cracovien. Anno Domini 1479 extracta

N. Obligationes hic non scribuntur, sed ipse videantur in Visitatione Kazimiriana superius in Serta, que fuerunt ex originali Erectione Altaris Dni de Lenczyce.

Erectio Altaris Corporis Christi subsecuta est a. 1479. (circa)
a Joanne de Rzeczow Episcopo Cracovien. Pendi debebant altaristae
14. marce de Villa Olszowy in Terra Bochnien. Ex Actis Archivi Eccles. Cath. Cracovien.

Ordo et Series Canonicorum istius fundi et tibi 3712 ~~9~~
li Annunciationis B. M. V. Siti Olim sub Organo
Stanislaus de Pleszow Artium Magr. et Licentiatus in Me
dicinis, fuit primus Altarista Ao 1747 Anno.
Joannes de Caplinitza gemperit fuit Altarista Anno 1482 Mercurii tol. 33.
Georgius Zworek de Cracovia Plebanus in Maria Decembris
Virginis in Cracovia. Anno 1490.
Stanislaus Plebanus in Lyotomia et Canonicus Drek.
Altaris fuit circa Annum 1521. || Postea fuit vincentius Szaniawa-
Stanislaus Sorski Canonicus Visliacensis et Plebanus ski Ao 1524 ead. Ao
legit fuisse Annis 1558. et 1560. in Stobnica V. Magistratus de Kurow.
Hieronymus Sereckei U. J. D. fuit circa A 1590.
Adalbertus Borowius Sac. Th. Ptr. fuit post Hie
ronymum Sereckei ~~Ao 1610. sive~~ 1614 in actis Synodi cop.
Stanislaus Craplic U. J. Ptr. post mortem Alberti Borowy Petri Sylvestri Mense Junio
fuit institutus Anno 1646. Ven. 17 Augusti
Hieronymus Ochwecki post fata Stanislai Craplici
U. J. Doctoris institutus Ao 1648 d 7 Aprilis
Joannes Craplic post Hieronymum Ochwecki institu-
tus est Anno 1659 9 Julij ad 1653
Joannes Furmankiewicz post Joannem Craplic
ad presentationem Krupskiego ~~Plentatus~~ institutus
Anno Domini 1682 d 27 Novembris
Gabriel Wegrzynowicz ad Plentationem Krup
ski institutus est post Furmankiewicz A 1683. d 8 Januarij

Stanislaus Zwolinski reperit fuisse canonicus
epus et Fundi ex Visitatione Lubieniana A 1711.
Josephus Lubini Curatus in Skerta et Smagrowice
Stanislaus Lusarowicz Phiae Dr. Curatus in Sz-
czepanow institutus Anno Domini 1730.
Casimirus Bednarkiewicz Ph. Dr. Curatus in Iwano-
wice institutus Anno 1744 mo.
Joannes Nepomucenus Bajer Phiae Dr institutus
Anno currenti 1755 mo. Mense Martio
Michael Radwan Lodzinski Curatus in Piotrkowie
institutus ad hunc canonicatum in Consistorio Epi
Crac. Anno Dni 1764. die 20 Novembris.
Andreas Jurkowski Phiae Doctor, Curatus in Pleszow, Notarius Montis Pii Anno
Domini 1765. d 2. 9bris installatus.
M. Andreas Laszinski Sanctae Phiae Dr in Polechowice Curatus. 1771. d 11. Julii install.
in Cellia 1800. ninguam aderat inviolabilis, obiit 1794.

1742 d 10 Septembris In Causa Census et Brzezie egit
Illustris Jarmundowicz Procurator Capituli SSm OOm
cum Magnifico Zieliński et Generoso Mrozek. Copiae
Inscriptionis decretae et aliorum documentorum ad 15.
Sed tandem Successit Solutio quod Census.
Ex Terminario Actorum Officialatus Crac. desumptum.

1568 Die Saturni 17. Januarij.

Venerabilis Dnus Stanislaus Gorski Canonicus et altarista altaris Tituli anuntiationis Mariae in Collegiata Ecclesia Omnium Sanctorum Crac. Litt. ad acta praesentia personaliter constitutus, palam et libere fassus est et recognovit, se a Generoso Dno Hieronimo Lanckoronski Capitaneo Scalensi in Brzezie ac Haerede Triginta Marcas pecuniarum Monetae et numeri polonicalis Census reemptionalis, in Bonis Brzezie et aliarum Villarum obligati pro annis duobus videlicet 1565 et 1566. transactis retenere recepisse et cum effectu tulisse. De quibus quidem triginta Marcis pecuniarum praefatum Dnum Hieronimum Lanckoronski quietavit et liberum dimisit Praesentibus Nobilibus Adamo Cybulski, Petro Podolski et Andrea Domanski Testibus et Martino de Sandomiria Causarum Notario.

Ex Actis Rndi Dni Martini Jedlinski de Ruscice Archidiaconi Posnaniensis Custodis et in Spiritualibus Vicarij Generalis Cracoviensis Excerptum.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Undecimo Die
~~Saturni~~ Mercurij Decima ~~Septima~~ Octava ~~Maij~~ mensis Junij.

Eno sus Dominus Creslaus Lanckoronski de Brzezie coram Dno et me Notario
publico et testibus infrascriptis personaliter constitutus sponte et libere recognoscens se te-
neri et obligari 15 marcas pecuniarum census annui ad altare in Ecclesia Obrzeskie
sitt provenientem, Ubi Dno Stanislao Plebano in Igolomia et Altaristae Altaris
Stati ad oo Sanctos obligavit se easdem 15 marcas pro rathis et tpribus
infrascriptis videlicet 10 marcas pecuniarum post S. Joannis Baptistae in duabus
hebdomadis et residuas 5 marcas pecuniarum pro Sanctae Crucis festis et tempo-
ribus se immediate sequentibus proxime venturis. renuntiando quibusvis cau-
telis coloribus dilationibus et Juris remedijs dictarum 15 Marcarum solutio
impedientibus. sub censuris Ecclesiasticis. Praesentibus Nobilibus Joanne Sbigneo
de Kowary dicto Stupecki et Andrea Factore de Brzezie et me Stato
de Roborzice authoritate Aplica Notario Publico actus istius testis et scriba
Ex Actis obligationum Rele Patris Bernardini Galli de Jadra
Custodis et offi-

Census ab hac summa non pendebat plurimis annis ante Visitationem Kazimirscianam (quae Ofuit expedita Ao 1593.) ob negligentiam Canonicorum. De eo autem jure agere coepit Rdus Hieronymus Gorecki Canonicus OO SS. Ao. 1592, et solutionem ejusdem evicit.

Item de hoc censu agebat Rdus Borovius Executor Rdi Gorecki, in Actis Terrestribus Ao 1618

Item est Decretum solutionis ex Officiosa adaptatione in Actis Castrensibus Crac: Ao 1676. F. 3 ante Praesentationis Bae Mariae Vgis v Feria 3. Ante Festum S. Andreae

De originali Inscriptione seu Erectione n. Dstat.

Authentica vero istius census Inscriptio reperitur in pargameno apud Rdm Sacristianum Ecclesiae nrae OO Sanctorum

Anno Domini 1558 Lunae 7ma Novembris

Venerabilis Dnus Stanislaus Gorski Canonicus Visliciensis et Altarista Annuntiationis Beatae Mariae Vgis in Ecclesia Collegiata Obm SSm Cracoviae apud acta Praesentia constitutus personaliter recognovit et per expressum fassus est se quindecem marcas pecuniarum census annui reemptionalis Anni 1557 de Bonis Villae Brzezie provenientem, Altari dicti Dni Stanislai Gorski pertinentem, per manus Domini Joannis Mosinski sibi datae a Generoso Domino Hieronymo Lanckoronski Haerede in Brzezie accepisse, de quibus 15 marcis pecun: Praefatus Vblis Dominus Stanislaus Gorski ipsum Dominum Joannem Mosinski et Gnosum Dominum Hieronymum Lanckoronski quietavit et liberum dimisit. Praesentibus Cancellariae Notarijs

Ex Actis Rdi Patris Petri Porembski Off: Crac: extractae

Item alia Quietatio habetur in Actis Rdmi Izbinski Ao Dni 1568 Die Saturni 17 Januarij

Erectio Altaris in Canonicatum elevati, tituli Annuntiationis B.ae Mariae V.gis, et Sanctorum Petri Pauli et Jacobi Apostolorum facta Anno Domini 1479

Vocatur in Erectione Eccl: Colleg: iste Canonicatus nova Fundaonis

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ad regimen Ecclesiae Cracovien. disponente Domino deputati, Interea quae nostris insident humeris et ad id praecipue ut ad laudem et gloriam Dei et fidelium profectum animarum in cunctis ordinationi nostrae subjectis Ecclesijs, cultus Divinus quem nostris augere desideramus temporibus vigeat ac accrescat ferventius votis intendimus, et operosae solicitudinis studium impertimur. Proinde Nos Joannes de Rzeszuo Dei et Aplicae sedis gratia Episcopus Cracoviensis notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quomodo nuper pro parte Generosi Domini Spytkonis Haeredis de Melsztyn Executoris testamenti Generosi Domini olim Jacobi Slupowski de Wlostowice exhibitis nobis et praesentatis certis emptionis et venditionis censuum infrascriptorum ipsius Dni Spytkonis Literis inferius insertis, fuit nobis supplicatum, quatenus certum Altare Annuntiationis Beatissimae V.s Mariae, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Jacobi in Ecclesia Parochiali Omnium Sanctorum in Cracovia situm et constructum ac in honorem eorundem consecratum, in et super censibus infrascriptis Quatuordecem marcarum annuis in eisdem Literis venditionum et emptionum inferius insertis specificatis et successive pro fundatione et dotatione dicti altaris donatis assignatis et appropriatis, ac per ipsum Dominum Spytkonem coram Nobis resignatis erigere et fundare ac ad fundationem et dotationem suam hujusmodi denuo creare et erigere Literasq venditionis et emptionis, donationis, consignationis, dotationis et fundationis hujusmodi infrascriptt, ac omnia in eis contenta cum singulis omnibus earum punctis clausulis et conditionibus ratificare confirmare et approbare necnon dictos census et proventus quatuordecem marcarum in ipsis Literis descriptos eidem Altari annectere, incorporare

et appropri-

appropriare, Ecclesiasticaeq Libertati et immunitati adscribere et supponere, ac fundationem et dotationem hujusmodi praefati Domini Spytkonis de Melsztyn Executoris Testamenti memorati ratificare et perpetuare, necnon Honorabilem Venceslaum Nicolai de Koszyce praesentatum ipsius Domini Spytkonis ad idem Altare novae fundationis ad praesentationem ejus confirmare, instituere et investire, sibiq et caeteris Altaristis dicti Altaris pro tempore existentibus onera imponere et injungere ac defectus quoslibet si qui forte in praemissis intervenerunt, vel intervenire possent in futurum, corrigere et supplere dignaremur. Quarum quidem venditionis censuum dotationis et donationis Literarum de quibus supra fit mentio tenor sequitur in hunc modum. In Nomine Dni Amen. Quoniam humanae imbecillitas memoriae ut assolet extinguitur nisi scripturarum adminiculo sustentetur, etsi temporalia acta temporaliter literarum suffragio noscantur, roborari; necesse profecto est, ut de quanto anima corpore praestantior est, de tanto omnia salutem animarum recipientia commodum et profectum in privilegiatione et singulorum actuum perennatione transitorijs uberius praeferunt. Proinde Nos Spytko Haeres de Melsztyn Executor Testamenti olim nobilis Domini Jacobi Stupowski de Wlostowice, ipsius praedecessorumq suorum saluti animarum consulere cupientes; de pecunijs videlicet sexingentis florenis Hungaricalibus in summa per ipsum Dominum Jacobum derelictis et ad opus infrascripti nobis tanquam Executori consignatis, per nosq pro nostra necessitate receptis et applicatis super Scultetiae Villae nostrae Olbiny in Terra Becensi sitae medijs Censibus, proventibus et utilitatibus quibuscunque quae in privilegio ipsius Scultetiae infrascripto manifeste continentur, Altare in honorem Beatissimae Virginis Annuntiationis et Beatorum Apostolorum Petri, Pauli et Jacobi in Ecclesia Parochiali ad omnes Sanctos in Cracovia fundamus et dotamus perpetuo firmiter duraturum. Quos quidem census proventus et utilitates mediae Scultetiae praefatae Nos et Successores Nostri legitimi qui pro tempore Haeredes praefatae

378 Nrae
villae Olpiny fuerint exigere, et in manus Nostras recipere et
Altaristae Altaris nominati singulis Annis pro Festo nativi-
tatis Christi Septem, et pro festo Sanctae Margarethae alteras
Septem marcas pecuniae monetae et numeri Polonicalis qua-
draginta octo grossos in quamlibet marcam computando sol-
vere debebimus et debebant, hoc addito et expresso, quod Nos
Executor et Dotator memoratus volumus, ut aliquibus casu
et eventu Altarista dicti Altaris fundandi pro tempore exi-
stens census hujusmodi quatuordecem marcas de medietate
dictae Scultetiae in Olpiny in aliqua parte seu ex integro si-
gnanter propter diminutionem proventuum ipsius Sculte-
tiae (: quod absit :) non perceperit, ex tunc solutionem plenari-
am ipsarum quatuordecem marcarum, sive alias partem defi-
cientem de bonis et censibus totius dictae Haereditatis Olpiny
impendi et suppleri, ad quod similiter faciendum Nos et
Successores nostros dictae Haereditatis Olpiny pro tempore Posses-
sores subijcimus et obligamus; ita tamen quod Altarista
Altaris praenominati, qui pro tempore fuerit ratione oneris Al-
taris praelibati singulis Hebdomadis duas Missas, unam pro
peccatis, et alteram pro defunctis, item vigilias novem lecti-
onum per se vel per aliam idoneam sacerdotis personam
legere et complere tenebitur. Quotiescunque vero dictum Al-
tare quocunque modo vacare contigerit, toties Nos et nostri Suc-
cessores masculino duntaxat genere descendentes uni per-
sonae idoneae dante Domino ipsum conferemus. Si autem
quod absit genus masculinum defecerit, ex tunc praefatam sol-
lutionem ipsius Altaris ad propinquiores nostros vel Succes-
sorum nostrorum de Armis Leliwa duntaxat devolui
volumus, etiamsi Haeredes praefatae Haereditatis Olpiny non fu-
erint. Volumus insuper ut Altarista praefatus ad servi-
tia expeditionum generalium ad quae praefata Scultetia
tenebatur, et ad aedificationes seu instaurationes taber-
narum, molendini, macellorum in privilegio ipsius Scultetiae
contentorum

contentorum non teneatur, sed Hæredes ꝑfatæ Hæreditatis Olpiny. Cujus Scultetiæ Privilegij tenor est talis. In Nomine Domini Amen. Quod magnifica Regum Authoritas facere decrevit, debet esse firmum et stabile, roburq perpetuæ firmitatis obtinere. Proinde Nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ notum facimus universis tam ꝑsentibus quam futuris hanc Literam inspecturis, Quod cupientes utilitates Regni Nostri per amplius ampliare et augere Discretis viris Joanni et alteri Joanni damus villam in Olpiny in fluvio dicto Suepetnica et ex utraq parte dicti fluvij jure Theutonico quod Magdeburgense dicitur, quæ villa seu Hæreditas habebit centum mansos in circumferentijs suis locandi disponendi perpetuo duraturam omnimodam potestatem. Quibus Joanni et alteri Joanni in ꝑdicta villa damus perpetuo et jure Hæreditario et Successoribus ipsorum Scultetiam habendam, tenendam possidendam, vendendam, donandam commutandam pro sua et Posterorum voluntate convertendam. Qui Sculteti ante omnia debent mensurare duos mansos pro Ecclesia ibidem in Olpiny, quos Nos eidem Ecclesiæ perpetuo damus possidendos, duos etiam mansos pro pellendo grege, quod Skotnica vulgariter nuncupatur, ratione locationis dictæ villæ damus ꝑdictis Scultetis et ipsorum Successori perpetuo quatuor mansos liberos et sextum mansum liberum, piscinam liberam, ubicunq intra limites ꝑdictæ Hæreditatis fieri potest, molendina libera cum quotcunq rotis fieri possunt, macellum carnium, sutorum, fabrorum Pistorum, seu panum, quatuor hortos liberos, duas tabernas liberas, pratum ad quadraginta currus, licebitq ꝑdictis Scultetis Joanni et alteri Joanni ac posteritati ipsorum piscari libere infra limites dictæ Hæreditatis, mellificia facere, in mansis tamen ipsorum Scultetorum etiam damus jam dictis Scultetis et suis posteris perpetuo tertium denarium de judicijs in causis magnis vel parvis duobus duntaxat pro nobis reservatis. Et ut dicta villa possit locari eo citius

omnibus et singulis Cmethonibus dictae villae a data praesentium ad viginti annos continue computando damus et tribuimus ab omnibus solutionibus et exactionibus, collectis servitijs plenam libertatem, qua elapsa extunc Cmethones quolibet anno semper in festo B. Martini ratione census nobis per octo scotos grossorum solvent, et pro decima cui debebitur per fertonem. Praeterea excipimus elapsa libertate quod dicti Sculteti nobis et posteri ipsorum ad expeditionem generalem cum homine in galea in equo valente sex marcas tenebuntur servire. Item ad tria Judicia magna, quae ter in anno fieri consueverunt unum Sculteti et Cmethones duo prandia dabunt, vel pro quolibet prandio nostro nuntio per sex scotos solvent. In causis autem capitalibus et criminalibus et alijs quibuscunque magnis vel parvis, saepedictis Sculteti et posteris ipsorum judicandi, sententiandi, condemnandi et puniendi juxta exigentiam ipsius Juris Theutonici in villa praedicta vel extra villam damus plenam facultatem; removemus namque a praedicta villa omnia Jura Polonicalia, angarias et praeangarias, ita quod Sculteti praefatae villae et successores ipsorum coram nullo penitus debent respondere, nisi in Judicio nostro Theutonicali, dum autem per Literam nostram fuerint citati, Cmethones vero coram Sculteti saepefatae villae, jure quo supra respondere tenentur. In cujus rei testimonium nostrum sigillum praesentibus duximus appendendum. Datum in Brecz feria 6ta ante diem Beati Laurentij Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo nono. Praesentibus his testibus. Hermano Procuratore Generali Terrarum Crac. et Sandomirien. Henrico Castellano Visliciensi, Andrea Succamerario Cracovien. Lussota de Sadip. Dobeslao Subdapifero et Creslao de Sunsko et alijs multis. Ad quod quidem

1349.

= Altare denuo fundandum et erigendum Discretum Venceslaum Nicolai de Koszyce Clericum in minoribus constitutum Diocesis Crac. praesentandum duximus et tenore praesentium

praesentamus

Presentamus investiendum Rogantes Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum Dominum Joannem Dei gratia Episcopum Cracoviensem Loci Ordinarium quatenus Altari hujusmodi confirmato et erecto dignetur ipsum Nostrum Presentatum de altari eodem ad hanc Nostram Presentationem investire et instituere gratiose, administrationem spiritualium et regimen temporalium sibi committendo, prout ad Suae Reverendissimae Paternitatis officium pertinet Pastorale. In cujus rei testimonium Sigillum Nostrum Presentibus est appositum Datum in Melsztyn Dominico in Crastino Sae Dorotheae Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo nono Presentibus Honorabilibus et Nobilibus Dominis Nicolao Prebendario Castri Nostri Melsztyn, Jacobo Presbytero Notario Nostro Joanne Zawisza de Lanka, Jacobo de Laganow, Joanne Pierzchala de Wroblowice Petro de Kalina et alijs multis. Nos igitur Joannes Episcopus memoratus justis dignis supplicationibus hujusmodi Prefati Domini Executoris Testamenti Fundatoris antedicti acclinati et ejsdem tanquam Juri et rationi consonis favorabiliter annuentes citationem primitus loco Cridae ut res magis valeat et subsistat contra omnes et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes, quos dictum tangit negotium vel tangere poterit quomodolibet in futurum per Nos ad certum terminum competentem rite Premissam, et tandem ex debite executa et in cujus termino Prefixo coram nobis reproducta, nec aliquo ex adverso pro suo interesse comparente et impugnante, attentis ipsis venditionis emptionis donationis consignationis resignationisque censuum, et dotationis hujusmodi sic ut Prefertur factis et consumatis fore rationabilibus, ac eis et ipsorum Literis Preinsertis Sigilloque appenso veris compertis et existentibus, ipsas venditionem emptionem ac donationem et resignationem censuum Predictorum, prout resignati, demonstrati et inscripti existunt, necnon dotationem et fundationem Preinsertas hujusmodi, rite debite et prout de jure licuit

disposita et ordinata rata et grata habentes et benigno
affectu prosequentes in omnibus ipsarum partium tenoribus
clausulis articulis et conditionibus ratificamus approbamus
et confirmamus dictum Altare Annunciationis Beatissime Vir-
ginis Marie Sanctorum Petri Pauli et Jacobi Apostolorum in
Ecclesia Omnium Sanctorum Cracovie fundatum et in ho-
norem ejusdem Beatissime Virginis Marie et Sanctorum Apostolo-
rum dictum dedicatum et consecratum ac singulas ordinationes fundationes
dotationes fundi Dni Spytkonis Executoris Testamenti
memorati, in nomine subscripti Annunciationis Be Virg. Ma-
rie et Sanctorum Petri Pauli et Jacobi Apostolorum antedicto-
rum erigimus fundamus et de novo creamus, ac instituimus
Jtem tenore presentium dictos census quatuordecem marcarum in ipsis
Literis venditionis et consignationis dicti Domini Spytkonis
Executoris pinctis descriptos et specificatos eidem Altari et
suo Altaristae pro tempore existenti pro missis in precibus
celebrandis cereisq et alijs necessarijs dicti altaris comparandis
donatos et consignatos adjungimus, annectimus et incorporamus
ac Libertati et immunitati Ecclesiastice appropriamus, ad hoc
et subjacere volumus et decernimus per presentes, pro tempore
in eisdem Literis specificatis Altaristae ejusdem Altaris eius-
singulis et temporibus duraturos sub censuris Ecclesiasticis
per quemcunque Judicem et Judices Ecclesiasticum et Ecclesiastica
levendis sustinendos, omnes defectus si qui forsan commissi
sunt in premissis deplentes, et ut ceteri ad similia pie tales ope-
ra faciendo tanto promptius insurgant, quanto benigni-
oribus favoribus et gratijs alijs honoribus se viderint consolatos,
Jtem dicto Domino Spytkoni de Melsztyn et ejus Liberis ma-
sculis duntaxat, alias de fidejcente prole masculina succes-
ribus suis proximioribus masculini generis de domo et armis
Melsztyn jus-patronatus collationem et presentationem dicti
dicti Altaris Annunciationis Beatissime Marie Virg. et Sanctorum
Petri Pauli et Jacobi Apostolorum per ipsum Dominum Spytko-
nem Executorem Testamenti de super facti et per nos primitus
et antea confirmati presentibus damus conferimus assignamus
et reservamus, ad eundem Dominum Spytkonem et singulos

hos.

Suos Haeredes et Successores proximiores masculini generis de dicta domo et armis Leliwa ad eorum quemlibet conjunctim ac divisim dictum Jus patronatus et praesentandi pertinere et spectare, ac perpetuo devolvendum esse volumus pleno jure omnibus Successoribus praefati olim Jacobi Slupowski ab inde exclusis nihilque Juris ac proprietatis ipsis in eodem Jure Patronatus et praesentandi ejusdem Altaris in posterum reservatis. Verum quia Beneficium datur propter officium, et ut is qui emolumenta percipit onus subire non recuset. Omnes Altaristas dicti Altaris pro tempore existentes ad legendum duas Missas videlicet unam pro peccatis et alteram pro defunctis circa idem altare singulis septimanis, necnon vigilias novem Lectionum omnibus Quatuor Temporibus pro dictorum Domini olim Jacobi Slupowski Testatoris et Spytkonis Executoris, eorumque singulorum Parentum Antecessorum et Successorum omniumque Christianorum defunctorum animabus oneramus obligamus et adstringimus ac sub excommunicationis conscientiaeque propriae oneratione et maledictione aeterna, poenis, per se vel alium Praesbyterum idoneum complendas et adimplendas esse volumus. Injungentes eisdem Altaristis quatenus pro dictorum dominorum olim Jacobi Slupowski Testatoris, Spytkonis Executoris ipsorumque Progenitorum Parentum et Successorum vivorum et mortuorum animarum per eosdem earum in Missis et orationibus jugis memoria habeatque temporibus aeternis. Et ut major decor dictae Ecclesiae Omnium Sanctorum accrescat volumus quod Altarista praedictus infra cantum Divinorum officiorum in eadem Ecclesia superpelliceatus incedat. Quibus omnibus sic ut praefertur factis per nos ordinatis et statutis authoritatem nostram ordinariam praesentibus imponimus pariter et Decretum decernentes ea habere et obtinere robur perpetuae firmitatis, et insuper praefatum Venceslaum Nicolai de Koszyce ad ipsum Altare taliter fundatum dotatum et erectum ad praesentationem dicti Domini Spytkonis de Melsztyn Executoris ut praemissum est, Crida per nos legitime praemissa per manus capiti suo impositionem instituimus et investimus in Dei nomine per praesentes

384

Administrationem Spiritualium et regimen temporalium rerum dicti Altaris sibi committentes. Mandamus nihilominus Dominis Vicarijs praedictae Ecclesiae Omnium Sanctorum praesentibus requirentes in virtute Sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena, quatenus postquam vigore praesentium per praefatum Dnum Venceslaum Altaristam per nos taliter institutum fuerint requisiti, seu eorum alter fuerit requisitus, ipsum in ad realem actualem et corporalem possessionem ipsius Altaris inducant et ponant satisfacientes sibi de censibus et attinentijs ejusdem Altaris plene et integre respondere, quodque Ceristae dicti Altaris eidem in omnibus licitis et honestis obediant et intendant, tanquam ipsorum vero et legitimo Altaristae et possessori. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est suo appensum. Actum et datum Cracoviae in Curia nostra Episcopali Die Veneris die quinta mensis Martij Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo nono Praesentibus Venerabilibus et Honorabilibus Dominis Arnolpho de Mierzyniec Sae Mi Professore, Joanne de Srebrnia Canonico, Nicolao de Latowice Altarista Decretorum Doctore, Joanne de Land Plebano de in Gnoyno et Altarista Ecclesiae nrae Cracoviensis Jacobo de Widawa Notarijs Curiae nostrae et alijs quam plurimis testibus ad praemissa. Jacobus de Widawa dictae Curiae Episcopalis Cracoviensis Notarius et Scriba de mandato praefati Reverendissimi Domini Joannis Episcopi manu propria sigillavit et subscripsit.

Ex Literis originalibus pargameneis praemissa continentibus inter munimenta Ecclesiae Collegiatae OO Sanctorum asservatis de verbo ad verbum fideliter transumptum per me M. Casimirum Jarmundowicz Phiae Doctorem, Tylicianum Eloquentiae Pfrem Collegam Minorem, Publicum Sacrae Auctte Aplicae Notarium Canonicum Ssmi Dni et Capituli Procuratorem

Haec eadem

Haec eadem Erectio Altaris Annunciationis Bae Mariae Vs et SS. Petri Pauli et Jacobi Apostolorum continetur in Actis Rdi in Christo Patris Erasmi Kretkowski Officialis Gnralis Cracoviensis per Oblatam porrecta Anno Domini 1636 ꝑ die 11 Junij.

Haec eadem ipsa Erectio reperitur in Archivo Capituli Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis sub Petro Andrea Trzebicki cum alijs munimentis transumptis porrecta.

Possessionem probant quae sequuntur.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Secundo Die Lunae Tertia Octobris.

Generosus Dominus Joannes Jordan de Zakliczyn reproducta citatione Domini debite executa petijt se a Censuris Ecclesiasticis absolvendum decerni. In praesentia Honorabilis Martini de Oswieczyn Procuratoris Reverendi Patris Domini Petri Wapowski Decani Cracovien. allegantis ipsum non debere absolvi donec prius pareat contentis monitionis contra ipsum emanatae, alias censum pro Octo annis singulis annorum per quatuordecem marcas de Scultetia villae Olpiny retentum, ad altare ipsius Domini Decani ad Omnes Sanctos Spectan. solvi solitum ad effectum persolverit. Domino Joanne Jordan negante se esse Possessorem hujusmodi Scultetiae, nihilominus allegante ejusdem Scultetiae alios videlicet N. Kowalski et Lyczko esse Possessores. Honorabili Martino offerente Principalem suum Dominum Decanum, id quod ipse Dominus Joannes sit Possessor ejus Scultetiae probaturum, et nihilominus ipse Dominus Joannes decernitur ad causam absolvendus. Praesentibus notarijs

Ex Actis Actorum Rdi in Christo Patris Dni Jacobi Kreiszowski Canonici Vicarij in Spiritualibus et Officialis generalis Cracoviensis deprompturum.

386

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Tertio
Veneris Ad Undecima Iulij.

Reverendi Patris Domini Petri Wapowski Decani Cracovien.
nomine Magister Stanislaus Brzezinski ipsius Procurator
petijt in causa concludi. in Presentia M. Andreae Urzedonae.
Ante omnia concludimus et omnes dilationes frivolas amputa-
mus appellationesq refutamus Christi nomine invocato
et ipsum solum Deum pre oculis habentes pro Tribunali
Sedentes in causa inter Rdum Dominum Petrum Wapowski
Decanum Cracovien ex una, et Generosum Dominum Joannem
Jordan de Zakliczyn Heredem Villae Olpiny et Scultetiae in
ibidem Sitae partibus ex altera occasione census annui qua-
tuordecem marcarum ab octo annis de dicta Scultetia
villae Olpiny seu ejus medietate sibi Domino Decano
Cracoviensi retenti coram Nobis authoritate Ordinaria
vertente et mota. Ex his quae in presenti causa vidimus
et ex Testium depositionibus Literisq coram Nobis productis
cognovimus per hanc nostram Sententiam definitivam quam
de Jurisperitorum consilio, maturaq intra nos deliberatione
praehabita ferimus et in his Scriptis dicimus, decernimus
pronuntiamus et declaramus Altare Sanctorum Petri Pau-
li et Jacobi Apostolorum in Ecclesia OOm SSm Cracoviae Sitt
ex Sui fundatione et dotatione censum predictum Quatuor
decem marcarum in Scultetia Villae praedictae Olpiny seu
ejus medietate habuisse, Dominosq altaristas ipsius Alta-
ris pro tempore existentes ac ipsum Dominum Petrum
Wapowski Decanum Cracoviensem Altaristam modernum
dicti Altaris in possessione pacifica istius census quatuor
decem marcarum de dicta Scultetia villae Olpiny fuisse
et esse. Ipsum Dominum Joannem Jordan Scultetum
Hereditatis ejusdem Scultetiae in Olpiny seu ejus medieta-
tis extitisse, et ipsam Scultetiam Jure Hereditario ab
Anno Dni Millesimo Quingentesimo Vigesimo Sexto usq

ad Annum

ad annum Domini Millesimum Quingentesimum Vigesimum
nonum inclusive possedisse, allegationemq suam circa litis
contestationem per ipsum Dominum Joannem Jordan ad con-
tenta monitionis super possessione ipsius Scultetiae in Olpiny
per nobiles N. Kowalski et Lyczko factam minime pro-
bavisse, et in probatione sua defecisse, dictumq Dominum
Joannem Jordan possessorem Haereditarium dictae Scultetiae seu
ejus # medietatis in Olpiny ipsum censum quatuordecem
marcarum ab annis octo per quatuor annos sibi Domi-
no Petro Wapowski Decano Cracoviensi retinuisse, et ob hoc
eundem Dominum Joannem Jordan ad solvendum dictum
censum quatuordecem marcarum pro ipsis quatuor annis
eidem Dno Decano Cracoviensi Altaristae [illegible] Altaris
cogendum et compellendum fore et compelli debere, prout co-
gimus et compellimus. Ipsumq Dnum Joannem Jordan
nisi hinc et triginta dies eundem censum retentum solve-
rit in sententiam excommunicationis in monitorio nostro
contentam extunc prout ex nunc reimponimus ac declara-
mus, ac in facie Ecclesiae denuntiandum mandamus. Pro
alijs vero quatuor annis sequentibus actionem salvam
ipsi Domino Decano Crac contra dictum Stanislaum Lycz-
ko possessorem ejusdem Scultetiae per alios annos 4 sequentes
pro causa retento reservamus. Et nihilominus ipsum Dnum
Joannem Jordan in litis expensis eidem Domino Decano
Crac condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum
reservamus nostra sententia mediante. Anno Dni
1633 Veneris 15 July lecta lata et inscriptis pronunciata
ejusdem sententia per Rdmum Dnum Patrem Decretorum
Doctorem Jacobum Cresczewski instante M. Stanislao
Brzezinski [illegible] Patris Domini Decani Procuratore
legitimo [illegible]

Ex Actis Actorum Rdi in Xsto Patris Dni Jaco-
bi Cresczewski Canonici Vicarij et Officii Crac excerptum

Item Ministerialis Generalis Regni Providus Stanislaus Woytkowski A° 16

coram Osto et Acto Generosos Castrens Capit sede personaliter stans
publice recognovit Quia Fei 2 post Dominicam oculi prox
Gterita Adcitationem literalem ad judicia ordinaria Tribunalia
Regni Lubliñ pertinens ex parte et ad instantiam Jacobi Zavo-
dzyckiego Scripti et Actum Jacobi Zorskiego Custodis Alberti Boro-
wij Canonici Eccleśie Collegiate Olkusien Cracovien dte ac tocius
Capituli Eccleśie ejusd Olkusien successorum Olim
Alberti Porzeckiego Canonici Eccleśie ejusd Olkusien nuper vita
functi Actorum contra Infram Nobilem Dominam Reginam Zbo-
rowsku germanam et successricem legitimam ac unicam olim
Gnosi Stanislai Zborowskiego nuper Generalis et vita functi
ad Gleus vers Censorem legitimum Generosi Joannis Zalo
de Szczekarzewice tum et Generosum Andream Zestawskiego
Bonorum Bellic Ospitij quovis modo Possessores adcitatos ad
paratam causam Gdicti patris ipsius Actus et eidem Zestawski ad
Officium Castrens Olkusien per Gdictum olim Albertum Porzec-
kiego insertatam, et ad omnes actus Judiciarios ea in causa
subsecutos tum parentis Rationem a Decreto ejusd Officij Castr: Olkusien
dem interpositam et ad instans parat[a] determinem in Judiciis Tribu-
nalibus Regni Lubliñ incidentes et mortem tam Gdicti Actoris ejusdem
Actoris Regni et morte Gdicti olim Rdi Alberti Porzeckiego interrupt
dej pendentem citationem Castrens Olkusien super qua motio Acta interveniit.
Cum Gdictus olim Actor ejusd Actoris et Gdicti Zestawskiego ex parte
Gdicti olim Rdi Alberti Porzeckiego Actoris fuerint, inhaerendo
Constitutionibus Regni recentioribus de tribuendis cen[sibus]
Recemptionalibus sancitis citati fuerunt ut Possessores Villa Ospi-
cum pro ex: Quia ipsi censum annuum Recemptionalem spa
annis 13 prox Gterita de citatione expressis pro quolibet Anno
per 14 marcas pecuniae polonicales summa Sexcentorum Aureo-
rum Hungaricalium Exercientem et per eosdem Citatos retentum fuit pacta
Inscriptionem Certam per ej olim Instructorem de Melsztyn recog-
nitam tenebant, eidem Actori Gdicto Solverunt sine ullis
Retinuerunt aut pro Resolutione ejusd census retentionem
taxam in 600 marcas pecuniae polonicales continuo latius ple-
nius in Actis in Curia Bonorum Bellic Ospitij [illegible]

Actum in Castro Cracien[si] A[nno] 1640 die 6ta Mensis Octobris Indictione
Item alia Citatio A[nno] 1639 Feria 6ta post Festum Nativitatis Mariae Virg[inis]

Decretum Solutionis Census prædicti

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Septimo Die Lunæ 12 Mensis Junij

Coram Perillustri et Adm Rndo Mathia Josepho à Lubna Lubienski Ecclesiæ Catdis Crac Canco Judice Surrogato in publica Causarum Audientia comparens personaliter Nobilis Albertus Mysłowski Illustris et Adm Rndi Andreæ Mellioruci Ecclæ Collgtæ SSm Obm Cracoviæ Canonici, Parochialis in Jadowniki Curati Principalis Actoris Procurator in termino hodierno ex Citatione debitè ut apparebat executa provenienti contumaciam Illustris et Magnifici Michaelis in Potok Potocki Palatini Wolchyniæ Bonorum Olpiny Hæredis sive Gnosi Josephi Koziarowski ejusd Illustris et Mfci Palatini Dictorum Bonorum Oeconomi necnon Magnificæ Kuropatnicka Viduæ et illius Successorum, uti Magnifici Ankwicz Jurisdictorum tum et prædicti Magnifici Ankwicz Dapiferi Inowladislaviensis uti et tanquam prealleg atorum Bonorum Olpiny immediati obligatorij possessoris Citatorum, quatenus nec per se nec per suos Procuratores aut legitimos Mandatarios comparentium, nec contra Inscriptionem Census Annui Reemptionalis 14 Marcarum juxta valorem antiquæ monetæ pro summa Capitali Sexcentorum Florenorum Hungaricalium, super dictis Bonis Olpiny coram Actis Decensibus Feria 6ta ante diem Beati Laurentij Anno Dni 1349 recognitam provenient ad Actorem ipsiusq Altare tituli Annuntiationis Bæ Mæ Vgs et SS. Petri et Pauli et Jacobi Apostolorum in Pfata Ecclesia Collgta SSm Obm Cracoviæ situm superquo Canonicatus possessionis Actoris est erectus, spectantis et pertinentis pro Annis plurimis alias ab ultima quietatione retenti, jam alias in terminis anterioribus productam excipientium accusavit, et in eorum contumaciam

reproducta hujusmodi Inscriptione decretum Definitivum
eâ in Causa ferri, in Scriptis promulgari illudq debitæ exe-
cutioni demandari, necnon super Decreto suspensionis
cum Memoratto Magnifico Ankwicz factæ interloqui
debita cum instantia petiit. Præsente Nobili Paulo Sto-
wacki Mfci Valentini Ankwicz Citati ex adverso Principa-
lis Procuratore Salvis obus beneficijs Juris suo principa-
li in toto reservatis et præmissa protestatione de indebita
vexa se ad exceptionem quod suus Principalis sit extra
possessionem Bonorum Olpiny in Causa Plenti in termino
anteriori oppositam, necnon ad Decretum Judicij Plantis
quo mediante adcitatio Hæredum Bonorum Olpiny est
demandata referente et in ipsa persistente, standum
eidq Decreto decerni alias suum Principalem liberum ab
impetitione actoris pronuntiari petente. Præsente eodq
Nobili Paulo Stowacki Gnoso Telatycki Procuratore, Sal-
vis beneficijs Juris suo principali in toto reservatis et præ-
missa solenni protestatione de indebita vexa suum Princi-
palem incompetenter conveniri ex quo Oeconomum Bo-
norum agens a nutibus duntaxat Mfcæ Kuropatnicka
Castellanidis Beccenl Bonorum Hæredissæ dependet dicente
et libertatem petente. — Perillustris et Adm Rndus
Dominus Judex Surrogatus supramemoratus exauditis
Partium controversiis eoq attento, quoniam Causa Plens
ex inchoato per Illustrem et Adm Rndum olim Macutkie-
wicz immediatum ejusdem Canonicatus Possessorem
processu à multo tempore per inutiles dilationes pro-
tracta, per modernum Actorem in modico tempore
continuatæ, Ideo ante omnia dilationes quasvis in Causa
hujusmodi factas et passas amputavit, et visa Inscripti-
one Originali census Controversi, Anno 1479 die Vene-
ris 5 Martij seu potius Erectione Canonicatus Sanctorum

Omnium coram olim Rndmo D. Joanne de Rzeszow Epo Crac
facta, viso quoq processu Judicij Praesentis ratione Census hu-
jusmodi retenti per defunctum Illustrem Macutkiewicz for
mato habitoq respectu annorum calamitosorum ante annum
1730. durantium Censum retentum ad annos Decem,
dummodo Citati hujusmodi Decreto acquieverint reduxit.
alias ejusdem Executoribus defuncti Illustris Macutkiewicz
Salvam vindicationem pro annis pluribus reservavit,
eundemq Censum quatenus Citatorum unusquisq pro an-
nis suae possessionis ad manus Actoris persolvat, a-
ctor vero receptum censum pro annis possessionis suae
pro se tollat. Executoribus vero defuncti Illustris Macut
kiewicz benificet demandavit, et ad effectum solutionis
hujusdi Census mandatum executivum contra Citatos cum
termino 30 dierum relaxavit. Quo vero ad petitam
reductionem valoris quatuordecem Marcarum annuarum
eidem Actori Salvam viam Ordinariam prout de Jure re-
servavit Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante
praesente me Alberto Ceypler U. I. D. Kielcensi et Ssm Ob.
Crac Decano Consistorij Generalis Cracoviensis Actuario.

Anno Domini 1529 Veneris 12 Februarij
Cmethones de Olpiny Olszyny Serzyny et Swiaczany
ad instantiam Rndi Patris Dni Petri Wapowski Decani
Crac tanquam Altaristae Ecclae Obm Sanctorum mo-
nitos et citatos ut diem juxta exigentiam termini
ad hodie continuati Dominus inquantum est a trno
hodierno absolvit et in fatigis condemnavit instan-
te M. Laurentio Wolborz Praesentibus Notarijs
Ex Actis Pronuntiationum Rndi Patris Jacobi Er-
cieszowski Officialis Cracoviensis extractum

Series Canonicorum fundi istius

1479 Venceslaus Nicolai de Koszyce.

1490 Petrus Wapowski Decanus Cath. Crac, quem constat fuisse possessorem istius Canonicatus adhuc Anno 1533.

1600 Stanislaus Zerski Plebanus in Biezanow fuit Possessor istius, patet ipsum egisse de Censu ex Zathor idq indebite A. 1608. 11 July

1625 v 23. Albertus Porzecki Canonicus Cath. Crac post Zerski institutus A° 1625. 9 Aprilis ad Presentationem Hæredum in Melsztyn, et vixit ad Annum 1640

1640 Martinus Lyszkowicz

1711. Sebastianus Burski Ph. Dr. S. Steph: Præpto

1713. 27. 8br Mortuus 1713. Post Burski institutus Christophorus Swiątecki

17.. Franciscus Brzezinski Provisus Aplicus

1725. Blasius Karpinski Provisus Apostolicus

1729 15 Junij post obitum Blasij Karpinski institutus Joannes Maentkiewicz Curatus in Melsztyn

1740 Andr Melliorucci Curatus in Jadowniki.

1767. 11. Junii Bartholomæus Osinski in Wodzisław Curatus.

1772. post crudelem à Moschis occisionem Illris Osinski; installatus est 9 1. Februarii Josephus Dembinski in Wodzisław et Mokrzko Curatus. sed Anno 1782 benevole resignavit.

1783. Die 13. Januarii Joannes Cantius Kaleginski Installatus. abjudicatus per Decretum Ipsale ob certas notas.

1790. d. 27. Decemb. Joannes Zamoyski Curatus in Skała, qui obiit Ce. 1. Mensis Martii Anno 1795

Erectio Altaris in Canonicatum elevati, tituli Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Nicolai Confessoris et Sanctæ Barbaræ Virginis facta 1433.

In Nomine Domini Amen. Nos Zbigneus Dei et Apostolicæ Sedis providentia Episcopus Cracoviensis. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis, quomodo constituti coram nobis personaliter Honorabilis et Honesta Joannes Szefler Canonicus Ratisboriensis ac Dorothea relicta olim Mathiæ Jegerdorff Civis de Cracovia volens saluti suæ salubre remedium procurare, bonisq operibus diem mortis suæ prævenire, et terrena felici commercio commutare pro æternis. Censum annuum videlicet Viginti marcas latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis apud Præclaros Principes Dominos Casimirum et Margaretham Dei gratia Duces Oswiacimenses, spondentibus pro eisdem Consulibus Scabinis et Civibus de Zator certis pecuniis comparatum et emptum pro Altari in Ecclesia Omnium Sanctorum in Cracovia per nos fundando et erigendo per eosdem donatum et deputatum et cum effectu assignatum. Quem quidem censum videlicet Viginti marcas grossorum latorum prædicti Duces se singulis annis soluturos Privilegio ac Literarum ipsorum patentibus efficaci Inscriptione obligarunt. Supplicarunt nobis humiliter, quatenus ipsos in hujusmodi laudabili proposito conservare, ac dotationem donationeq hujusmodi confirmare, ac in præfato censu, Altare erigere. Literasq easdem translatas in Latinum transumere et in omnibus suis punctis et clausulis ratificare et approbare. Paterna pietate dignaremur. Quarum quidem Literarum seu Privilegiorum tenor de Theutonico translatus in Latinum sequitur et est talis. Nos Casimirus et Margaretha Dei gratia Dux et Ducissa in Oswiaczyn et in Nova Civitate alias Zathor &c. Recognoscimus.

publice Litera Praesenti omnibus eam videntibus vel legi audientibus
Quia Nos veri et proprij debiti tenemur et obligamur Ducentas
Marcas grossorum Bohemicalium Polonicalis numeri Honestae
Dominae Dorotheae Jegerdorffinnae Concivi Cracoviensi, et Ho-
norabili Joanni Szefler Canonico Ratisboriensi Filio Fratris
sui, quas ipsi Nobis in magna necessitate accommodaverant:
In qua pecunia Praedicta Nos ipsis vendidimus et inscripsimus
inscribimus et vendimus vigore Praesentis Literae Viginti marcas
census annui monetae et numeri Praedictorum, in et super No-
stra villa et Bonis Spytkowice jacente in Nostra Novae Civita-
tis Districtu et in et super villae Praedictae pertinentijs, Cmetho-
nibus sive Rusticis Censibus agriculturis cultis et incultis, et
super omnibus emolumentis nullis exceptis eundem censum dare
omni anno decem marcas nativitatis Domini vel quatuordecem
diebus expost, et alias decem marcas ad festum S. Joannis Ba-
ptistae et ad festum Natalis Domini nunc proxime venturi inci-
piendo. Ita quod Scabini villae praenominatae praedictum censum
colligere debent, et eundem in eorum proprijs expensis et damnis
ad Cracoviam praedictis Nostris Creditoribus ad unam domum
vel hospitium quod eis a praenominatis Nostris Creditoribus de-
monstrabitur tradere et deponere et dare, ~~et id~~ Item annis singulis
annuatim facere debent singulis diebus censualibus omni tem-
pore quamdiu dicta pecunia Ducentarum marcarum a Nobis aut
Nostris Successoribus, Praedictis Nostris Creditoribus soluta non fuerit
sub censura Ecclesiastica et pignore, quae memorati Nostri Cre-
ditores pro Censibus perfessis facere debent et possunt, quo-
ties eis in Praedictis Terminis solutionum census solutus non fuerit.
authoritate Domini Episcopi aut ipsius Officialis Cracoviensis quan-
tum ex parte censurae est, et cum adjutorio Capitanei Nostri sive
Inpignoratorum in Zator quantum est ex parte pignoris, et cum
eodem pignore sic recepto facere et dimittere, acsi omnes Solen-
nitates Juris Juridicaliter essent peractae et servatae. Etiam
promittimus praedictos census et reditus praedictae villae Spytko-
wicz nulli obligare nec quovis modo invadiare, nec etiam ho-
mines ibidem quovis modo aggravare vel angarizare. Ita
quod exinde Praedicti Nostri Creditores in ipsorum censibus damnificati

et retardati

et retardati fuerint quoquomodo. Quia si premissa fecerimus et predicti nostri Creditores in ipsorum censibus damna aliqua perceperint, extunc nos dictis nostris Creditoribus indulsimus authoritate Literarum presentium, quod ipsi homines nostros de Civitatibus et villis cum ipsorum bonis et rebus arestare debent et possunt in Civitatibus oppidis et villis et vice sine aliquo alio jure vel Jurisdictionis requisitione et cum bonis seu arestatis facere et dimittere, acsi omne jus judicialiter esset peractum. Item arestati non debent de hujusmodi arresto recedere nisi predictis nostris Creditoribus de censibus perfessis fuerit ad plenum satisfactum. Insuper quantacunque damna nostri Creditores occasione dictorum suorum censuum non solutionem perceperint tam ex parte nuntiorum quam literarum missilium, vel qualiacunque damna talia fuerint, de quibus docere poterint, extunc nos promittimus eis ad plenum se sarcire et primo etiam nos specialiter prenominata Margaretha Ducissa sponte et voluntarie non coacta, de pleno nostro consensu promittimus sub nostra fide et honore, quod licet dicta prenominata villa Spytkowicz nobis in donationem propter nuptias sit inscripta et donata, Nihilominus tamen nos omnia prescripta in omnibus suis clausulis punctis et articulis ex parte nostra et successorum nostrorum Ducum firma et inviolata servare volumus et promittimus sine omni impedimento. Et specialiter nos Consules Scabini et Jurati presentes et qui pro tempore fuerint, et tota Communitas prenominatae Civitatis Zater promittimus una cum Principibus nostris predictis, tanquam nostrum debitum proprium et nos submittimus ad omnia prescripta emulgata et laudata scilicet in censuram Ecclesiasticam et impignorationem ac arestationem, in casu si predictis nostris Creditoribus hujusmodi solutionem predictorum censuum modo premisso in omnibus punctis et prescriptis articulis integre ad plenum responsum fuerit. Extunc nostri dicti Creditores nos occasione predictae Inscriptionis et laudationis sententia excommunicationis, impignoratione ac arestatione coercebunt, videlicet nos excommunicando et arestando tandiu, quousque plenarie in ipsorum censibus fuerint expediti et soluti. Item nos Consules Scabini et Jurati predictae Civitatis promittimus sub nostra fide et honore, quandocunque nostri

dicti Domini et Duces dictum censum viginti marcarum recenere pro
Ducentis marcis voluerint, extunc nos easdem ducentas marcas p-
dictis nostris Creditoribus sub nostris propriis damnis et expensis in
Cracovia in Cenusp vel Honestum stoptium quod nobis ab eis
ostensum fuerit deponemus et dabimus et solvere volumus sine
qualibet contradictione. Denum Nos prescripti Dux et Duessa
ac Consules sub nostra fide et honore promittimus quod qui-
cunq; p̄sentem Literam de bona voluntate et consensu p̄dictorum
Creditorum illi vel illis p̄missa inscripta omnia in ipsorum clausu-
lis punctis et articulis integre et in toto servare et tenere volu-
mus per omnia velut p̄nominatis nostris Creditoribus. Specia-
liter tamen Nos Dux et Duessa pro nobis et nostris posteris Prin-
cipibus reservamus, quod dictas viginti marcas census liberum
sit nobis pro similibus Ducentis marcis monete et nummi pre-
dictorum recenere, cum et quando nobis placebit. In fidem
et testimonium p̄missorum Nos Dux et Duessa ac Consules
p̄sentibus Literis nostra de certa nostra Scientia Sigillum sub-
appendi. Datum feria quinta post festum S. Jacobi Anno
Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo tertio. 1433.

// Nos igitur tit cum Divina disponente clementia solicitudini es-
stricti licet immeriti Pastorali deputati, retinendo ad ea vetis con-
grui roboris, adhibemus firmitatem per que cultus Divinus in Ec-
clesijs nobis credit̄is tempore nostri regiminis possit felicia rec-
re incrementa aponamus juxta petentibus non consuevimus dene-
gare. Proinde p̄fatis Joannem Stetter Canonicum Ratiborien
et Dorotheam relictam Mathie Jegerdorff de Cracovia in p̄-
positione hujusmodi laudabili conservare, donationem dotationem
et assignationem hujusmodi ratam et gratam habent. Altare
ad honorem Omnipotentis Dei et ejus genitricis Virginis Marie
ac Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, Nicolai Confessoris
et Sancte Barbare Virginis in Dei nomine in eisdem pro-
ventibus et censibus erigimus et fundamus Literas q̄ sive Pri-
vilegia predicta p̄sentis scripti patrocinio confirmamus ap-
probamus et ratificamus per p̄sentes decernen ea obtinere ro-
bur perpetue firmitatis, censusq; altaris predicti a modo et
semper deinceps Ecclesiastice subjici Libertati, Preterea ad ea
onera

onera quae Altarista existens pro tempore ferre debet hic habere volumus pro expressis. Et primo volumus et sub poena obedientiae praecipimus et mandamus, quatenus altarista Altaris ejusdem pro tempore existens per se vel per alium tres missas in hebdomada videlicet feria secunda pro defunctis fidelibus animabus fundatorum et Patronorum. Feria quarta de Sancto Nicolao vel de Sta Barbara et Feria sexta de Passione Domini celebret. Si autem eisdem diebus praenotatis legere non poterit subsistente legitimo impedimento, alijs diebus easdem poterit adimplere. quodque in Oratoribus suis per hujusmodi Missas celebrandas pro fundatoribus specialis memoria habeatur. Item dum praefatum Altare percessum vel decessum et quotiens vacare contigerit jus praesentandi, ad Joannem Szefler et ad Dorotheam Jegerdorfinne praefatos pertinebit. dum autem praefatos Joannem Szefler et Dorotheam ex hac luce migrare contigerit, jus praesentandi dicti Altaris Ad Venerabiles Magistros Promotos et Collegiatos Collegij Serenissimi Principis et Dni Domini Vladislai Dei gratia Regis Poloniae in Parochia et Platea Sanctae Annae in Civitate Cracoviensi siti perpetuo pertinebit. Qui quidem Magistri unum ex Fratribus de Ordine ipsorum ad dictum Altare praesentandi plenariam habeant potestatem. Ipseq Magister sic per eos ut praemittitur praesentatus unam Lectionem singulis Commutationibus in aliqua Facultatum Theologiae videlicet vel Artium legere sit adstrictus, Gaudebitq omnibus et singulis juribus privilegijs et libertatibus prout ipsimet Magistri praedicti Praesentatores gaudere consueverunt. et non minus ipsum promotio in suo ordine, quam praefatos praesentatores in et ad Ecclesiam Sancti Floriani, et ad alias Ecclesias, seu quaevis alia Beneficia sequi debet. Item volumus ut dum et quando praefatos Ducem et Ducissam censum hujusmodi reemere contigerit, viceversa quando pecunia capitalis videlicet Ducentae marcae nulli alteri praeterquam Magistris superius dictis assignentur, et in manus ipsorum fideliter tradantur cum effectu. Pro alio censu annuo secundum eorum industriam a Domino Deo eis datam, et cum scitu et consilio praedictorum Joannis Szefler et Dorotheae Jegerdorfinnae si eis vita comes fuerit et Altaristae pro tempore existenti convertendae. Item volumus et sub poena

eadem Præcipimus quatenus Altarista pro tempore existens duas Marcas pro candelis in Altari eodem cremandis secundum conscientiam suam exponat ut eo decentius dictum Altare posset exornari. Item volumus et sub pœna eadem præcipimus et mandamus quatenus Altarista pro tempore existens post mortem Prædictorum Joannis Szefler et Dorotheæ Jegerdorfinnæ Fundatorum dicti Altaris duo Anniversaria in Ecclesia Parochiali Prædicta Omnium Sanctorum singulis Annis ordinabit. Legue pro quolibet Anniversario unam marcam Plebano Vicarijs et Campanatori, ratione vigiliarum Missæ et pulsibus et candelis ibidem cremandis dare erit adstrictus. Unum autem ex his Anniversarijs duobus peragi debet pro anima dictæ Dorotheæ, reliquum autem pro prædecessoribus suis, quæ volumus perpetuo inviolabiliter observari. Item quia memoratus Joannes Szefler ad dictum Altare per nos taliter fundatum et erectum extat nobis investiendus per eandem Dominam Dorotheam Jegerdorfinnæ Præsentatus, Nos ejusdem legalitate conspecta ipsum ad Præsentationem Præfatæ Dorotheæ de dicto Altari per manus nostræ Capiti impositionem canonicè investivimus et instituimus, investimus et instituimus in Dei nomine per Præsentes, curam et administrationem Spiritualium et temporalium sibi committentes in eadem. Quocirca vobis Vicarijs Parochialis Ecclesiæ apud omnes Sanctos in Cracovia mandamus, quatenus dictum Joannem in Corporalem et actualem dicti Altaris possessionem inducatis, res et dotem sibi assignan. in eadem, mandantes nihilominus dicti Altaris Censuarijs Redituarijs et alijs quibuscunq censeant nominibus, ut eidem Joanni Szefler tanquam eorum vero legitimo Altaristæ et Rectori in omnibus licitis et honestis obediant et intendant de fructibus reditibus proventibus et obventionibus universis eidem plenarie respondent. In cujus rei testimonium sigillum nostrum Præsentibus est appensum. Actum et datt Cracoviæ 22 die mensis Augusti Anno Domini 1433. Præsentibus Venerabilibus Honorabilibus et circumspectis Dominis Mgro Laurentio e Racibor Sæ Th: Pfre, Canco S. Floriani extra muros Crac: Joanne Altarista ad Sanctam Mariam in Cracovia Joanne de Pniow et Joanne Dlugosz de Medzielsko nostris Notarijs Testibus ad Præmissa.

Ex Libro Legum et Privilegiorum Collegij Minoris

Alme Universitatis Cracovien. transumptum p
me Mathiam Jarmudzicium Publicum Auctte Apca Notarium.

Oppidi Zatoriensis

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Nono die
Martis Undecima mensis Januarij

Cum coram Illustrissimo et Rmo Domino Georgio Cardinali
Radziwil Episcopo Cracovien. Duce Severie Comite Slaphusiae
Castellano Antiquiensi et Georgio Politycki Advocatus Zatorien. duo et
totius Communitatis Oppidi Zator nomine ex et contra Nobilem Sassinum
Calendrinum Minoris Collegij Ptrem Studij Cracovien. Collegam et
Altaristam Altaris titulo Beatissimae Mariae et Sanctorum Apostolorum
Petri et Pauli in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium consistens
quod pie per Illustrissimum antiquum et nouum Praedecessorum
Altaris ejusdem Possessorum eadem ad sensum majorem Recemptionalem
fatione Altaris ejusdem de concessum extradi compelli petit et
auret. Ex adverso tunc pars Nobilis Calendrinus allegauit quod non-
nisi prout Privilegio sibi edicto eadem compelli ad ipsum extradendi
curet et in comprobationem suae allegationis Literas erectionis ejus-
dem Altaris produxit petens se circa eandem conservari, ipsorum e
Oppidanos juxta ipsius contenta et Descriptiones suas de tuitionem do-
ri. Et supra exhibitis per Zatorienses vicis eisdem Literis
ac diligenter perlectis petierunt saltem ad biennium sibi concedi
et modo et consuetudine antiqua eundem corpus videlicet per Ingres
tres quatuor Florenos Polonicales dictos Nobilis Altaristae tollat et per-
cipiat, subintentes et allegantes Sacratam Communitatem Oppidi
Zatorien. summam principalem quo ad corpus eundem ad hoc
tempus repositum, ideo sub talitione et pensione corpus prout in
Literis Privilegialibus continetur. Et in quantum haec eadem summa ab
illis eidem non fuerit inter hoc tempus reposita debite cum insta-
tia postulaverit eandem Submissionem suam a sua Illustrissima
Celsitudine admitti approbari et acta Privilegiis inscribi mandari.
Et Nos Illustrissimus de consensu supradicti Nobilis Calendrini hanc

ipsorum subjectionem ad pleni approbavit et Actis presentibus inseri mandavit. Presentibus Admis Dnis Sebastiano Brzezinski, Christophoro Varnicki Canonicis Cracovien[sibus], Nicolao Dobrowicki Cracovien et Sandomirien Canonico, Cancellario Curiæ Suæ Illmæ Celsitudinis, Joanne Jozio Scholastico Lubomirien[si]. Causarum Suæ Illmæ Celsitudinis Auditore Juris utriusq; Doctoribus et me Martino Klocinski Curiæ Actorum ejusdem Suæ Illmæ Celsitudinis Notario.

Et Actis Actorum Episcopatus Cracovien[sis] extractum.

Item

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tertio Mercurij die Vigesima mensis Novembris.

In causa occasione solutionis canonum decem marcarum pecunie Latorum proporum pro ratha festi S. Joannis Baptiste annicurrentis adsolvendum stabuli Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in Ecclesia collegiata Oppidi Zator pertinen[tium] ex remissione Rdmi Dni Pauli Dębski Suffraganei et Canonici Cracovien[sis] in Spiritualibus et Officialis Generalis Cracovien[sis] ad Judicium Illmi et Rdmi Dni Bernardi Maciejowski Episcopi Cracovien[sis] devoluta inter Nobilem Stanislaum Nigricium Act[orem] ex una Magistrum Minoris Collegij Studij Generalis Cracovien[sis] Professorem Collegam et dicti Altaris Possessorem Actualem ex una, et Dominos Albertum Lotarog Procuratorem totius Collegium Canonicum Oppidi Zator citatos et reos conventos parte ab altera, in termino hodierno parte utraq; comparente et contravertente, Judicium Suæ Illmæ Celsitudinis eo Petente quod ante tres annos Conventa, Pars Actoris et ultro subnixa Mense ad Acta Illmi et Rdmi olim Cardinalis Radziwił Epi Cracovien[sis] consensu exhibita Fundatione Originalem ipsius in Oppido Sub factum, ingrossatum Summa Principalis pro quæ ex venditus reposita et realizata à se non fuisset, quod ubiq; factum non est, Altaris ejusdem stabuli Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Possessori pro tempore existenti solvere, Ea propter ipsam subnissionem hujusmodi sua Actoris facere teneri adinvenit, ipsamq; ad solvendum censum retentum Actoris Partis hinc ad decursum quatuor septimanarum sub Censuris Ecclesiasticis condemnavit decreto Pendente dimissa mediante.

Et Actis Actorum Illmi et Rdmi Dni Bernardi Maciejowski Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Epi Cracovien[sis] de promptum.

Junt

Sunt Praeterea plures novissimi Status in actis Conv. Crac. potissimum post annum Dni 1720. Stante possessione Illustris olim Relezynski obtenti, quos quilibet Successor ejus vel ex curiositate vel necessitate reperire poterit quaerendo per titulos, ubi Scriptum est Census Collegij Minoris

Informatio de hoc Canonicatu.

Hic Canonicatus fuit primitus ministerium Altaris SS. Petri et Pauli Aplorum, ut ex originali Erectione patet. Tandemcum Ao 1490 elevaretur Parochialis Ecclesia OOm Sanctorum Cracoviae sita in Ecclesiam Collegiatam per Fridericum Epum Crac. elevata sunt sex Altaria in Canonicales Praebendas, et Altaristae in Canonicos, inter quae Altaria etiam Altare SS. Petri et Pauli hoc honore donatum est. Institutio Altaristarum consequenter Canonicorum Fundationis Steflerovianae pertinebat de jure ad Episcopum Cracoviensem uti Loci Ordinarium et ejus Vicarios in Spiritualibus pro tempore existentes usque ad annum Dni 1506 alias ad tempora Rdssimi Joannis Konarski Episcopi Cracovien., qui ad Instantiam Rectoris Universitatis pro illo tempore existentis donavit aliquot investituras seu facultatem dedit Custodi S. Floriani instituendi Collegas Minores ad aliquot Altaria, consequenter etiam ad Altare hoc, SS. Petri et Pauli Nicolai et Barbarae in Eccleā OO. Sanctorum, Qui Custos in possessione hujus gratiae instituendi licet quidem ad alia Altaria extiterit, non tamen ad hoc in Ecclesia SSm OOm, nam nullo Statu id doceri potest, quamvis aliquoties tentatum fuerit. Contigerat Ao Dni 1651. quia post ~~obit~~ resignationem hujus Altaris seu Canonicatus in Ecclesia SS. OO. per M. Stanislaum Tomberski factam ~~contigerat~~ diutius vacaret hocce Altare seu Canonicatus Fundationis Steflerovianae propter non praesentationem Personae idoneae per Clarissimos Collegas Majores uti Patronos legitimos: Unde ex Curia Illustrissimi olim Petri Tembieski Epi Crac. ad Instantiam Instigatoris officij emana-

navit Edictum Publicum affixum valvis majoribus Eccle-
siae Collegiatae SS. OO. et in Termino ex edicto Publico
Anno Dni 1651. Die 27 Februarij inferebatur Judicia-
liter Canonicatum à multis annis vacantem propter ne-
glectum Patronorum jure devolutivo conferri debere ne
intentio Fundatorum fraudetur. Opposuerat se quidem
Collegae Majores uti Patroni et Collatores, ac inhibitionem
Romanam ne quidquam per Epum in hac causa attentetur
Officio intimari fecerunt, vano tamen conatu et eventu
inani, quia, finitâ forsan in Sma Signatura lite ex
inhibitione incidente. post aliquot annos. institutus est
in Officio Conrali per Illmum Officialem M. Joannes
Kopciewicz Collega Minor Anno 1659. et ante illum
M. Stanislaus Tembecki Coll. Nov Ao 1648 28 Maij
Postvo Rdum M. Kopciowicz institutus est M. Joannes
Radzki. Tandem Post Basilium Olszynski M. Au-
gustinus Czyzyczkiewicz Collega Minor. 1681 3 Jan
Tandem post Ascensionem ad Canonicatum Sae Annae
M. Augustini Czyzyczkiewicz institutus est M. Al-
bertus Zołwinski Collega Minor. 1684 15 Martij

Augetur is idem Canonicatus Summâ
2000 Scripto manuali roborato Super
Bonis villae Pławowice inscriptâ.

Niżey na podpisie wyrażony zeznaię tym Skryptem
moim w ręce JmcX Woyciecha Nagurskiego Kanonika
Sądeckiego Sto Marcina w Krakowie Proboszcza danym, iż
ia zaciągnąwszy dnia dzisieyszego pewnego y rzetelnego
długu u pomienionego JmcX Kanonika Nagurskiego
na pilną potrzebę moię to iest Summy złotych Polskich

dwa

dwa tysiąca in aurea moneta veri et justi ponderis każdy
Czerwony złoty rachuiąc juxta currentiam in Regno monetae
po złotych Polskich Osmnaście, ktorą to summę dwa tysiące
złotych Polskich in moneta superius expressa ninieyszym
Skryptem moim obliguię się una cum Successoribus meis
punktualnie na Swiętá Wiekanocne w Roku da Pan Bog
przyszłym 1732 przypadaiące nic á nic czasu nie uchy-
biaiąc bez wszelkich odwłok y trudności prawnych, tako-
wąż monetą y wagą przerzeczonemu JmX Kanonikowi
lub Ukazycielowi tegoż Skryptu una cum provisione
per florenos Septem Polonicales a quolibet Centum provenienti
computanda, nulla obstante hostilitate et calamitate temporum,
ktorym praesentibus renuntio, ani się nie zacłaniaiąc Praeiu-
dykatami per medium naznaczaiącemi totaliter et de inte-
gro oddać y rzetelnie wyliczyć, y pokiby ta summa de
consensu przerzeczonego JmX Kanonika Nagurskiego u mnie
lub Successorow moich zostawała /: albowiem każdego czasu
y na wszelką rekwizycyą po skończonym iednym roku
oddana bydź powinna :/ takoważ prowizya zupełna bez
wszelkiey dyminucyi płacona bydź ma, o ktorą summę
tak Kapitalną iako y Prowizyonalną za Ewikcyą na
Dobrach moich ogulnie wszystkich dziedzicznych y zasta-
wnych, summach pieniężnych ubivis locorum zostaią-
cych a osobliwie na Dobrach wsi Pławowicach w Woie-
wodztwie Krakowskim a Powiecie Proszowskim leżących
meis cum Successoribus praesenti scripto zapisuię się
Co wszystko y każdy rzecz z osobna strzymać y ziścić
wiarą dobrą y słowem Szlacheckim meis cum
Successoribus pod zakładem takowey summy dwoch tysią-
cy złotych Polskich y processem wiary dobrey obiecuię.

y przyrzekam. W niedosyć zas uczynieniu ninieyszemu Skryptowi lub ktoreykolwiek w nim opisaney kondycyi amputatis quibusvis dilationibus motionibus earumq prosecutionibus, etiam non obstante relatione gravaminis ad Judicia Ordinaria Generalis Tribunalis Regni Lublinensis edenda Sąd sobie y Urząd Grodu Krakowskiego vel eo vacante quodvis Judicium et Officium etiam Capturale Palatinatus Cracoviensis, lub tez Forum quodvis Spirituale do odpowiadania naznaczam, y ten Skrypt reką własną podpisawszy Aktami Grodu Krakowskiego roboruię. Działo się w Krakowie dnia dwudziestego pierwszego Miesiąca Marca Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetnego Trzydziestego Pierwszego. - - - - - - -

Stefan Benedykt z Raciborska Morsztyn S.K.mp

Roboratio Scripti praedicti subsecuta est eodem Anno 1731 Feria 4ta post Dominicam Ramispalmarum et facta est coram Actis Officij Castrensis Capitanei Cracoviensis.

Punctum ex Testamento pie defuncti Rdi Alberti Nagurski per Officium Spirituale Crac: 15 Aprilis Ao Dni 1732 approbato.

Dwa Tysiąca ktoren dał na Kartę roborowaną w Grodzie Krakowskim z Zapisem na Pławowice J. W. Jmci Panu Morsztynowi Staroście Kowalskiemu & upraszam ieżeliby przyiął Zapis perpetuis temporibus na Pławowicach pro Auctione Canonicatus OO Sanctorum ad Professionem Minoris Collegii Universitatis Cracoviensis cum obligatione iedney Trycezymy na każdy rok Mszy Swiętych pro Anima mea zapisać usilnie proszę, ktore to dwa Tysiąca zapisane Collegio Minori Universitatis Cracoviensis applikuię: X Woyciech Nagurski K. Ow. S. K.

Cessio.

Cessio provisionis à Summa præfata duorum Millium in rem Capituli SS. Olm per Executorem p. d. Rdi Nagurski facta.

Comparens personaliter coram Officio et Actis Præsentibus Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus Illustris et Adm. Rdus Joannes Chobrzynski Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ sitæ Canonicus, uti olim Illustris et Adm. Dni Alberti Josephi Nagurski præfatæ Ecclesiæ Omnium Sanctorum Canonici, Hospitalis Sancti Martini Cracoviæ siti Præpositi Testamenti Ultimæ voluntatis ipsius die 15 Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Secundo in Consistorio Cracoviensi approbati Executor Recedendo à à Terris Districtibus Foro Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus, se verò cum successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij Præsentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis quo ad actum Præsentem attinet totaliter et plenariè incorporando atq subijciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro jure suo, videlicet de Provisionibus a Summa Capitali Duorum Millium Florenorum Polonicalium Scripto manuali per Magnificum Stephanum Benedictum de Raciborsko Morsztyn Capitaneum Kowaliensem de Actu et data illius Cracoviæ die Vigesima prima Mensis Martij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Primo eidem Illustri et Adm. Rdo Nagurski dato, Actis Officij Præsentis Feria quarta post Dominicam Ramispalmarum

Anno eodem Millesimo Septingentesimo Tricesimo primo roborato, Super Bonis generaliter Omnibus ac Summis quibusvis pecuniarijs et praecipue Super Bonis Villae Planowice in Palatinatu Cracoviensi Districtu Prosoviensi jacentibus inscriptâ et ad Solvendum assecuratâ retentis et in futurum pendendis, donec Summa Capitalis Ptata Duorum Millium florenorum Polonicalium pro cuctione Canonicatus Szeflerowiani Collegij Minoris in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum Cracoviae sita fundati juxta Testamentariam dispositionem Suprascripti olim Illustris et Admodum Reverendi Nagurski ejusdem Canonicatus antehac Possessoris officiose inscripta et per Illustrissimum et Reverendissimum Loci ordinarium approbata fuerit cum omnibus Scripti praefati ac Inscriptionis ejus Roboratoriae ad Provisiones tantummodo sese referendi conditionibus, punctis clausulis articulis mixtis ligamentisque universis ibidem appositis, cumque toto Praemissorum Omnium Jure, dominio, proprietate, praerogativa competentiaque nihil Juris dominij proprietatis, praerogativae competentiaeque ac quorumvis usufructuum et utilitatum ex praemissis omnibus pro se suisque successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo, sed in totum et plenarie prout praemissa ~~contra~~ omnia se Recognoscentem concernebant, sibique legitime serviebant jam ex Nunc et de facto Illustribus et Admodum Rdis Praelatis Canonicis totique Ubli Capitulo Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae sitae atque in rem Ecclesiae ejusdem juxta dispositionem praedicti Venerabilis Capituli cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus. Omneque et integrum Jus suum praemissorum

omnium

omnium in eosdem Illustres et Admodum Reverendos Prelatos Canonicos, totumq Venerabile Capitulum Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae sitae totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit prout transfundit transfert et incorporat per praesentes. per ipsos Illustres et Admodum Rdos Prelatos Canonicos totumq Venerabile Capitulum Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae sitae hoc Idem Jus cessum praemissorum Omnium cum universis beneficijs et praerogativis, Provisiones videlicet suprascriptas ac omissa Omnia praesentibus abscessa cum suis utilitatibus et emolumentis tenendi habendi possidendi pacificeq et quiete utifruendi cum plenaria facultate provisiones easdem tollendi levandi, percipiendi, de levatis et perceptis quietandi ac pro eisdem si non fuerint persolutae jure agendi, praemissaq omnia tanquam sua propria in rem Pdictae Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium libere convertendi vigore scripti ac Inscriptionis ejus Roborotatoriae ad praemissa sibi servientium praesentisq cessi et transfusi Juris

Actum in Castro Cracoviensi Feria quarta post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Septimo Correxit Tobaszewski mp Loco X Sigilli. Lectum per Mitodroski

Anno Domini 1442 Vigesima Februarij

Stanislaus Processus dictus Szuwicz et Nicolaus dictus Klosch Consules Oppidi Zatoriensis suo et totius Communitatis dicti oppidi Zator ac cavendo p eadem Communitate ex con-

cordia inter eosdem ex una et Honorabilem Dnum Joannem Sc-
ffler Canonicum Ratiboriensem et Altaristam SSm Apostolorum
Petri et Pauli in Ecclesia OOm Sanctorum in Cracovia de et
super censibus possessis et à quatuor annis proxime retro
actis et ad dictum Altaristam et ejus Altare pertinentibus
et ipsorum occasione partibus ab alia facta, se et dictam Com-
munitatem obligarunt ad solutionem quindecem marcarum
latorum grossorum sibi Dno Joanni Altaristae ad Pen-
tecostes pxme venturum festum sub poena reductionis in pri-
stinas sententias conparticipationis. Nihilominusq coram
se et dicta Communitate infra hinc et octo diebus Literam
venditionis census super Oppido Zator pro dicto Dno Joanne
et ejus Altari ptato sub sigillis Dominorum Ducum
Venceslai et Premislai necnon Oppidi Zathor robora-
tam et sigillatam simul cum ratificatione et incorpora-
tione eorundem ~~Testium~~ censuum dicti Altaris à Dno Epo
Crac sub eadem poena et poenis obligant se expedire infra
hinc et Dominicam Laetare pxme venturam; quibus
et statim consentientibus in absolutionem Praesentibus
multis. Joanne de Sicrek Pecyonovski Martino de
Sochaczew ac Bartkone notario. Et nihilominus Ur-
banus Plebanus de Zator sponte cavendo pro eisdem consu-
libus et dicta Communitate obligat se ad omnia pdicta
sub eisdem poenis cooperaturum et facturum ac soluturum.

Ex Actis Obligationum Rdi Raphaëlis de Skawina

Anno Dni 1644 d 2 Septembris

A Civibus Zatoriensibus ratione Canonicatus SSm Pe-
tri et Pauli in Ecclea Collegiata SSm Obm census pro du-
obus annis retenti floreni nonaginta sex qui post
obitum Rdi Dni Joannis Rogalioz olim ejusdem Tenu-
tarij vacante Canonicatu per Decretum Sntiae D.
Rectoris subductis Oneribus Communitati p mensa adjudicati
sunt Ex Regestris Collegij Minoris in Ovo.

Anno Domi

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono. Die Mercurij Sexta mensis Aprilis.

Venerabilis Dominus Joannes Latossinius Artium Liberalium Magister, et Collegij Minoris Academiae Cracoviensis Collega personaliter ad acta praesentia constitutus suo et totius Communitatis Collegij Praedicti Magistrorum nomine palam libere recognovit. Quia providi Viri Proconsul et Consules Zathorienses pro tempore existentes, censum annuum Viginti quatuor florenorum pecuniae monetae, et numeri Polonicalis ad minus Collegium praedictum annis singulis dare et solvere tenentur dantq et solvunt cum effectu Praesentibus Discretis Gasparo de Dąbno, Melchiore Sikorski Studiosis Academiae Cracoviensis Testibus et Martino de Sandomiria Causarum Notario.

Ex Actis Actorum A. R. Dni Martini Jebinski Canci Vicarij et Officialis Crac extractt

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octavo Die Veneris Undecima Mensis Julij.

Procurator Vblis Stanislai Zerski Plebani in Biezanow et Canonici Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae Actoris coram Domino in publica audientia personaliter constitutus oblata citatione debite ut apparebat executa, Sententiam Definitivam in causa occasione census annui Reemptionalis quindecem marcarum Poloni-

calium ab anno Domini Millesimo Sexcentesimo primo usq ad annum Millesimum Sexcentesimum Septimum retenti ex Praetorio Zatoriensi provenienti mota et vertere ferri et in scriptis promulgari per Dominum petyt. In Praesentia Nobilis Thomae Pogorzelski Famatorum Proconsulis et Consulum Zatoriensium Citatorum ex adverso Principalis Procuratoris Sententiam quoque pro parte suorum Principalium fieri affectantis. Et Dominus visis dictarum partium juribus allegationibus deductionibus quietationibus et alys probationibus illisq diligenter attentis et bene consideratis Sententiam definitivam conclusione ante facta in praesentia utriusque partis procuratorum tulit et in scriptis promulgavit, tenoris infrascripti Praesentibus quibus supra. Cujus quidem Sententiae tenor talis est ut sequitur. Concludimus Christi nomine invocato pro Tribunali sedentes et ipsum solum Deum prae oculis habentes in causa et causis inter Ublem Stanislaum Zerski Canonicum tituli Assumptionis Beatae Mariae Vgs primi ministerij in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum Cracoviae actoris ex una et Famatos Proconsulem et Consules Zatorienses de et super non solutione census Reemptionalis quinquedecem marcarum Polonicalium ab anno Millesimo Sexcentesimo primo usq ad Millesimum Sexcentesimum Septimum annum retenti, rebusq alys in processu causae et causarum hujusmodi latius deductis et illarum occasione citatos ex altera partibus coram Nobis in prima instantia versente et mota, et his quae in hujusmodi causa et causis vidimus et ex Juribus et

alys

alijs probationibus allegationibus et deductionibus partium cognouimus et intelleximus per hanc nostram sententiam definitivam quam de Jurisperitorum consilio pariter et assensu, maturaq intra nos deliberatione praehabita in his scriptis ferimus dicimus decernimus pronuntiamus et declaramus praefatum Canonicum ad Juramentum circa sua documenta in decursu unius mensis in vim sufficientioris probationis teneri, quod dicti Citati ejusmodi censum annuum quinquedecim marcarum ex Praetorio Zatorienti suis antecessoribus solvebant, et Canonici suae Canoniae in usu et possessione illius erant, aut probationes evidentiores producent, quod juramentum postquam praestitum ab eo, seu evidentiores probationes exhibitae fuerint, extunc eosdem Proconsulem et Consules Zatorienses ad solvendum hujusmodi censum altaristae a die Institutionis illius cogimus, litis autem expensas ab utraq parte hac in causa coram nobis factas certis de causis compensamus hac nostra sententia definitiva ad praemissa mediante. Paulus Dąbski Suffraganeus Canonicus et Officialis Generalis Crac. ita pronuntiavi.

Ex Actis Actorum Perillustris olim Dni Pauli Dębski Suffraganei Canci Officialis Crac. extractum

NB NB Gratis ipse Stanislaus Zerski actionem cum Curibus Zatoriensibus instituit, quia ipse fuit alius fundi Canonicus nimirum censum habens ex Olpiny ut patet ex actu Institutionis Rdi Alberti Purzecki Canci OO Sm de anno 1625. d. 9 Aprilis coram Actis facto, qui Porzecki institutus fuit post obitum Stalcii Zerski, hic vero Purzecki quia fuit Canonicus fundi Olpiny patet supra in descriptione Canonicatus Annuntiationis B. Mariae Vgs.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Nono die Veneris Octava Mensis Januarij, In Actis Rdmi Dąbski Officialis Crac.
Illustris Chociszewski Decanus Ecclesiae Collegiatae Ssm Obm Crac citavit Magistrum Cilindrinum Altaristam seu Canonicum Ssm Obm ratione n adimpletionis onerum ex Vi Erectionis Altaris sui se concernentium, et alias petyt Decretum ferri. Sed cum se idem Mgr Cilindrinus tueretur, n nulla participatione Censuum a Consulibus Zatoriensibus, peteretq dilationem ad convictionem eorundem Rdmus Dominus Judex Publicationem Decreti suspendit.

Anno Domini 1476. Lunae 5. Februarij
M. Mathiae de Szydlow Altaristae ad Omnes Sanctos in Cracovia et totius Communitatis Oppidanorum de Zathor in Causa. Dnus certis responsionibus permotus Causam ipsam in eisdem punctis ad adventum Dni Palatini huc in Cracoviam suspendit, et ibi duo Consules cum mandato sufficienti nomine Omnium comparebunt justitiam cum ipso Magistro Mathia per modum amicabilis concordiae recepturi.

Anno eodem Mercurij 27 9bris
Magistri Mathiae de Szydlow Altaristae de Obus Sanctis in Crac ex adverso Consulum de Zathor occasione Census retenti. Dominus decrevit tenendam Ordinationem inter eos factam super solvendis Viginti quinque florenis annuatim ad certum tempus ipsi Magistro, Et etiam hos ipsos Consules inquantum moniti existunt, declarat et processus propter eosdem opportunos decrevit, effectum tamen suspendit ob spem solutionis primae rathae

tredecem florenorum ad diem Veneris proximam post festo circumcisionis Dni proximum.

Anno Domini 1477. Veneris 17 Januarij

Magistri Mathiae de Szydlow Altaristae de Omnibus Sanctis in Cracovia, ex adverso Universitatis Consulum et Oppidanorum de Zathor occasione tredecem cum medio florenorum census unius ratae S. Michaelis pxme praeteriti Joannes Gompel et Urbanus Oppidani de ibidem suo et aliorum Consulum ac totius Communitatis Oppidi praedicti nominibus cavendo de illorum ratihabitione impedientes declarationem de eis occasione hujusmodi tredecem florenorum fiendam allegarunt se et suos litis consortes fecisse solutionem praedictorum tredecem florenorum, quam ex Decreto Domini probabunt ad octavam.

Anno eodem Lunae 20 Januarii

Mgri Mathiae de Szydlow Altaristae OOm Sanctorum in Cracovia ex adverso Universitatis Oppidanorum de Zathor ad id faciendum ad probandum ipsorum allegationem solutionis à feria Sexta proxime ventura ad quindenam terminus continuatur de consensu ipsius Mgri Mathiae ac Providi Lucrissii alias Lukasz Consulis Noe ipsum suo et totius Communitatis Consulum et Oppidanorum petentes et obtinentis

Anno eodem Die Veneris 7. Februarii

Proconsulem Consules Magistros Operariorum et Artificum Oppidi Zathor allegationem solutionis 13. florenorum ad instantiam Mgri Mathiae de Szydlow Altaristae ad OO Sanctos in Cracovia non probantes Dnus instante ipso Mgro Mathia eosdem sententiam excommunis in Monitorio contentam incidisse declaravit et processus declarationis contra eos decrevit in formam. Ex Actis Actorum Joannis de Lato Supp. Offis

Anno Domini 1529

Altare tituli Assumptionis Bae Mariae Virgi in Ecclesia Collegiata Stm Obm prope ambonam cujus possessor Venerabilis Dominus Simon de Szamotuly Artium et Medicinae Doctor juravit.

In Zathor ex Praetorio Census in vim Reemptionis marcae quinquedecem

Ex Libris Retoxationum Beneficiorum Eccle Cathedralis et Collegiatarum Cracovien extractum. et Sigillo Rdmi Capituli Cath. communitt.

Videat Visitatio Radzivilliana fol. supra ~~14~~ 124

Item videatur Visitatio Lubieniana fol. supra 91.

Possessores hujus Altaris seu Canonicatus

1433. et seqq Joannes Szefler Canonicus Ratisbovien Fundator

1476 et sequent M. Mathias de Szydlow Col. Minor

1490 Joannes Baccalaureus Artium.

1529 M. Simon de Szamotuly AA et Medic Doctor

1539 M. Adam Tussinus de Tarnow Col. Nor

1569 M. Joannes Latossinius AA LL Mgr Col. Nor

1595 M. Gaspar Cylindrinus Collega Minor

1603. M. Stanislaus Nigritius Coll. Minor

1608 V. Stanislaus Zerski Plebanus in ~~Mogilany~~ Biezanow extra legitur censum apud Consules Zathoriensis vindicasse

1638 ~~40~~ M. Joannes Rogalicz Coll. Nor. cessant 1641.

1648 28 Maii M. Stanislaus Tembersk Coll. Nor

1651. Post resignationem Stanislai Tembersk vacante hoc Canonicatu institit Fiscalis Curiae Epalis pro providendo eodem Canonicatu Jure devolutivo.

1652 M. Simon Makowski Coll. Nor.
1659 M. Joannes Kopciowicz Coll. Nor
1671. 31. Aug. M. Joannes Rudzki Coll. Nor post Kopciewicz
167— M. Basilius Olszynski Coll. Nor.
1681. in Janu: M. Augustinus Czyzyckiewicz Col Nor
1684 15 Mart M. Albertus Zolwinski Coll. Nor.
1685. M. Albertus Topinski Coll. Nor
1690 M. N. Balicki Phiae Dr extraneus
1698 in Feb M. Mathias Jagelski Col. Nor.
1700 in 8bri M. Albertus Dzielski Col Nor pt Jagelski
1706 in Aug: M. Joannes Grymecki Coll Nor
1709 in 8bri M. Adamus Pecherzynski Coll. Nor
1714 in Aprili M. Simon Wozinski Coll. Nor.
1722 in Julio M. Casimirus Relezinski Col. Nor.
1731. 11 Apr. Adm R. Albertus Nagurski Comes Sandecz
1732 3 7br. M. Andr Kolendowicz Coll. Nor ex institutione Custodis S. Floriani. Sed post amotionem ejus ab Anno 1733 usq ad 1739 vacabat hic Canonicatus.
1739 2. 9bris install. M. Paulus Gorczycki Phiae Dr Curatus in Mogilany Jure devolutivo. Obiit Anno 1746 ipso die Nativitatis Domini. Unde hic Canonicatus propter motam litem in Judicio Episcopali de Jure instituendi ab eodem Anno 1746 ad huc usq vacat
1754 die 16 Februarii, institutus est ad hunc Canonicatum finita ac decisa lite inter Justigatorem Curiae et Custodem S. Floriani M. idq vigore Decreti definitivi M. Thomas Alexander Matyszko Phiae Dr et Ptr Collega Minor idq installatus est.
1757 d 29 Martij installatus post Thomam Matyszko, M. Stanislaus Barauski Phiae Dr Collega Minor.
1772. d 31. Martii installatus M. Petrus Rydulski Phiae Dr et Pfr, Collega Minor.
1777. d 22. Febr. installatus M. Bonifacius Garycki Phiae Dr et Pfr, Collega Minor, in Brzesko Curatus.
1785 Franciscus Marciszowski

Decretum inter Instigatorem Curiæ, et Illustrem ac Adm Rndm Custodem S. Floriani latum Ao 1748.

Anno Domini 1748 Die Merc. vigesima nona Maii Coram Judicio Curiæ Illmi et Rndmi Dni Andreæ Stanislai Kostka in Załuskie Załuski Dei et Aplicæ Sedis gra Epi Cracovien Ducis Severiæ in publica Causarum audientia comparens personaliter Instigator Officij Pten principalis Actor in termino hodierno ex actis et conservatione illius sub die Lunæ 29 Men Aprilis Anno currenti Judiciatr facta et connotata provenien contumaciam Citati infrascripti quatenus non comparentis accusavit et in ejus contumaciam excipiendo in et contra asserta Jura et documenta in causa de et super prætenso Jure instituendi ad Canonicatum Eccle Collgtæ Slm Obm fundationis Szeflerovianæ aesi Citato uti Custodi Eccle Collgtæ S. Floriani Clepardiæ competen coram Judicio præsenti mota et vertente in termino anteriori ex parte Citati producta et sibi communicata dixit per hujusmodi Jura et documenta Jus instituendi de quo agit nullatenus evinci ex rationibus sequentibus 1ma quia Jus instituendi Prælatos et Canonicos in Literis Erectionis Eccle Parochialis Slm Obm in Collegiatam Illmus olim Fridericus Epus Crac sibi et Successoribus suis reservavit per verba = Ita quod Prælatos et Canonicos illi Pten ent Patroni qui Pten tabant Plebanos et Altaristas ex antiquo per Nos et Successores Nostros instituendos 2da quia per Privilegium Illmi olim Joannis Konarski Epi Crac vigore cujus citatus principale Jus ad instituendum sibi adstruit, non fuit derogatum reservationi primitivæ, nec etiam Juri communi, quia Epi in talibus semper habent fundatam intentionem in Jure, et præsentationes non ad eos directæ n tantum ex se nullæ sunt verum etiam et

Institutiones Sententiae Conc Trid. Sess 14 de Reform cap 13. Item
quia praeallegatum privilegium statim a principio insuitatum
& observantia & ideo huiusmodi privilegium cum clausula
= si & in quantum sunt in usu = per felic. record. Leonem
pp. X fuit approbatum. — Cum vero ex parte Citati depos.
Sessione seu quasi Juris instituendi non doceatur nec doceri
possit eo, quod Institutiones ad praedictum Canonicatum
authoritate Ordinaria deputa fuerint, privilegium per non
usum sublatum est. Ideo Citatum obtentu huiusmodi
privilegii jus instituendi ad Canonicatum SS. Omnium
praetendere & posse declarari, Jusq & justitiam ministrari
debita cum instantia postulavit. Salvo Omniq. Presente
Nobili Paulo Stowacki Illustris Clmi ac Rndi M Calinini
Patasznowski I. I. D. & C. Collega Majoris Eccle Collgte S. Flori
ani Clepardia ad Cracoviam Custodis Citati ex adverso Princi-
palis Procuratore, reproductis documentis literatoriis Jus spe-
ciale tum ex possessionem instituendi ad Canonicatum ex al-
tari fundationis Szeflerowiana conversum in Eccle Collgte
Olm ob Cracovia situm pro principali uti Custodi Collgte S.
Floriani Clepardia ad Cracoviam servien ac habitura
ennuntiantibus. Ex quibus & quidem Imo ex erectione al-
taris fundationis Szeflerowiana siquidem manifeste de-
ducitur praefatum altare in dicta Collgta Ll. Olm fundatu
tuisse & pro sua dote censum ex oppido Zathor ab hac pa
rimeva fundatione habuisse, sub tempus vero im mu-
tationis Ecclesia Parochialis ac Erectionis illius in
Collegiatam Ll. Olm in anno 1490 die Mens. 24 Martii
ex huiusmodi altari eundem ipsummet Canonicatum
de quo ad Quem agitur factum & istitue ac existere
ac eundem ipsummet censum pro dote sui Canonicatg
ex dicto Oppido Zathor, prout & idem saepefatum
Altare fundationis Szeflerowiana habuerat hucusque
possidere, per privilegium autem ab Illmo olim Joanne
Konarski Epo Crac super investitura octo collegiator,
minorum Custodi saepefatae Ecclesiae Collgte S. Floriani pro
tempore existenti ipsiusq successoribus concessum

ac per Bullam Leonis Papæ X. de datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1513.tio Octavo Idus Junij Pontificatus Anno primo approbatum, Jus instituendi ad eundem Canonicatum ex dicto Altari ut præmissum est, factum, qui Canonicatus juxta adductum Privilegium, et juxta adductam illius approbationem eundem ipsummet censum ex præmemorato Oppido Zathor pro sua dote habet Custodi S. Floriani in perpetuum adscriptum fuisse ac esse, eidemq Custodi pro tempore existenti legitime competere luculenter probatur. Et licet in suprascripto Privilegio et ipsius approbatione idem Canonicatus fundationis Szeflerovianæ non nominatur Canonicatus sed altare, nihilominus hoc minime obstat, nec citato Custodi S. Floriani præjudicare potest, nam etiam ex post ipsemet Liber Retaxationum in Anno 1529, quo ad Ecclesiam Collegiatam SSm Obm Cracoviæ conscriptus omnes Canonicatus in eadem Collegiata non nominat Canonicatus sed Altaria, ac etiam ipsummet hunc Canonicatum de quo agitur, et qui pro dote sua hôcce ipsomet censu supra descripto ex Oppido Zathor etiam juxta hujusmodi Librum Retaxationum, prout ipsamet Originalis fundatio Szefleroviana tum et subsequenter prædictum Privilegium et illius approbatio edocent ac declarant, gaudet, Assumptionis B. M. fraternitatis Pauperum describit et nuncupat, ac insuper ex Libro visitationis Lubienianæ sub titulo Capella S. Adalberti in Circulo Cracoviensi in Anno 1711. conscriptæ constat, Custodem Collgtæ S. Floriani habere Jus instituendi ad unum Canonicatum in dicta Eccl.ea Collegiata SSm Obm Cracoviæ, et de facto per eundem Custodem Illm Clmum et Adm Rndm M. Simonem Wozinski Ph. Drem et Prem in Anno 1714 die 23 Martii prout libellus Statutorum memoratæ Ecclesiæ Collegtæ S. Floriani annotat, ac ex post memoratum Clmum et Adm Rndum M. Andream Kolendowicz pariter Ph. Drem

& Professam Collegiam Minorum in Anno 1732 die 3tia Jun
ut ex Decreto Vtlis Capituli Collgte Sti Obm Cracovie in stalla-
tionis ejusdem Clarissimi Andreæ Kolendowicz sufficienter
dignoscitur ad eundem ipsummet canonicatum Collegiatæ
Sti Obm institutos esse fuisse. Ideo tantibus premissis
adductis documentis iisdemq; mihi intendo jnum Principalem
Custodem circa Privilegium supra ut ipsum approbatio-
nem, ac circa professionem institutionis Collegiatorum ad
præfatum canonicatum fundationis Szeflerovianæ vigo-
re prætacti Privilegii habitam conservari & manuteneri
petens Salvo &c omnia. —— Judicium Curiæ Illmi &
Rndmi Domini Epi Cracovien Duris Severis supramemo-
rati auditis partium controversiis & disceptationibus hinc
inde judicialiter factis, visis Erectione altaris fundatio-
nis Szeflerovianæ in Eccla Sti Obm Cracovie Authoritte
Illmi Zbigneï Epi Crac de Anno 1433. die 20 Augusti
cum reservatione Juris patronatus activi fundatoribus
ipsorum vita durante, post fata vero ipsorum Collegio Mino
ri & jupsivi collegis Minoribus, Erectione Parochialis
Sti Obm in Collegiatam & altaris predicti in canonica
tum Authte Illmi Friderici Epi Crac de anno 1490 feria
3. prima ante Dnicam Lætare. Literis concessionis per-
petuæ juris instituendi ad canonicatum fundationis Sze-
flerovianæ ad altare tituli Assumptionis B. M. V. in Ecclesia
Collgte Sti Obm Custodi Eccliæ Collgte S. Floriani Cle-
pardia ad Cracoviam facta per Illmum olim Joannem
Konarskei Epum Crac Anno 1506. die 23 Aprilis —
Literis apostolicis fol. recard. Leonis Papæ X meipsum =
= solicita consideratione = confirmatoriis Edictarum
literarum concessionis Juris instituendi datis Romæ
apud S. Petrum Ao Incarnationis Dominicæ 1513.
octavo Idus Junij. Partitâ desumptâ ex actis visi-
tationis Capellæ S. Adalberti Cracovie de Ao 1711mo
in quibus enumeratur Custodi Eccliæ Collgte S. Floriani
pro tempore existenti competere jus instituendi ad
unum canonicatum Sti Obm, & ad alia altaria
in Privilegio Illmi olim Konarskei expressa, factâ

Suae Illmae Celsitudini de meritis hujusdi causae fideli relatione, de ipsius Speciali declaratione et mandato Citato et Custodi Ecclae Collgtae S. Floriani pro tempore existenti Jus instituendi ad Canonicatum fundationis Sze Floriana in Eccla Collgta SSm Obm ex Speciali concessione Illmi olim Joannis Konarski competiisse et competere pronuntiavit, Ipsumq Citatum et Custodem pro tempore existentem in possessione seu quasi hujus modi Juris instituendi gratis continuanda, deductâ per acta Capituli Ecclae Collgtae SSm Obm manutenuit et conservavit Decreti Pr. eius vigore ad Pmissa mediante. Praesentibus Perillustri adm Rndo Nicolao Lipski Cano Crac, Causarum Curiae suae Illmae Celsitudinis Auditore generali et Judice et me Petro Josepho Fahll. JUD Curiae ejusdem Actuario

Ex Protocollo Actorum Curiae Illmi et Revmi Domini Epi Crac Ducis Severiae supramemorati extractum et Sigillo Suae Illmae Celsdis communitum

L. + Sigilli Petrus Josephus Fahll J.U.D. Curiae Suae Illmae Celsidis Actuarius.

Erectio Altaris in Canonicatu elevati, tituli Sanctorum Antonij et Leonardi Confessorum in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracovie siti. AD. 1386.

In Nomine Domini Amen. Ad ~~perpetuam~~ sempiternam rei memoriam. Ex quo gesta que fragilitas humana pro commodo temporali cum tempore perituro solicitudinis studio acticat, ut illibata in posterum permaneant quanto amplius ea convenit posterorum memorie literarum apicibus commendare, unde animabus in eternum victuris salubrior speratur fructus queat provenire. Proinde Nos Joannes Episcopus Cracovienſis Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris notitiam presentium habituris. Quomodo in nostri constitutus presentia nobilis ac strenuus Vir Joannes de Melsztein Castellanus Cracovien3 coram nobis exposuit, qualiter ille sanus mente et corpore existens zelo devotionis ductus, cupiens pro terrenis mereri celestia et transitoria commutare pro eternis, tum ac suorum progenitorum salubriter saluti providere, attendens quod celesti scripture legitur oraculo: qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus in benedictionibus et metet: demum considerans quod salvator generis humani Jesus Christus sanctam Ecclesiam Domum suam ha-

bitationis super fundamentum æternum Sacramentorum constituit, ut per prævaricationem primorum Parentum Stolam innocentiæ perditam humana natura Christo Duce recuperans, in eadem salutem et misericordiam consecuta ad laudes debitas Creatori suo persolvendas, et multiplicatis Sanctorum Cælituum suffragijs amissa dona æterna recuperare valeat: pro Altari, et ipsius pro tempore Altarista legitimo ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei, ejusque præcelsæ Genitricis Virginis Mariæ necnon Sanctorum Antonij, Leonardi, aliorumq Sanctorum Tutelarium in Ecclesia Parochiali, sub titulo Sanctorum Omnium novissime per Famosum Virum Jacobum Bobola militem in Regno Hispaniæ Ordinis celeberrimi Hierosolymitani, in Urbe Cracoviensi fundata erecto, ac per nos eum in effectum invitatos consecrato, nonnulla bona sua videlicet Decimam fragum omnis generis de Prædio seu Allodio Villæ suæ Piotrkowice inter Niegardow et Zielenice ad littus fluvij Szreniawa in terra Cracoviensi situata excrescere, meti et colligi solitarum, quam sibi ex magnifica liberalitate præpotentis Principis ac Domini Casimiri dudum speciali Privilegio, coram nobis multoties exhibito, consignatam accepit, nihil sibi aut suis posteris de eadem in futura tempora relinquens, sed totalem et integram, tantam, quantam ex provida Dei omnipotentis benignitate singulis annis evenire contigerit, dedit, donavit, ac pro ultima ac finali sua voluntate donatione irrevocabili assignavit, volens, ut ab hinc in dotem Altaris

Altaris Sanctorum Antonij et Leonardi in dicto Parochiali Sanctorum Omnium templo, et Altaristæ fundatorum transeat, et amplius Juro Divino maneat subjecta; ac ut Altarista de eadem Decima tripartitim divisa duas partes priores pro se in vim onerum tollat, nec-non ad promovendum cultum Divinum, atque duas Missas singulis hebdomadibus absolvendas pro se Fundatore et dotatore, domesticisq suis, et pro felici Patriæ nostræ Statu primam, alteram pro animabus sanguine Christi redemptis potissimum Prædecessorum et Parentum suorum in piacularibus flammis auxilium à Christi fidelibus expectantibus celebrare sit adstrictus sub censuris Ecclesiasticis. Tertia verò pars præfatæ Decimæ spectare debet ad Præsidem Scholæ Parochialis penes eandem Ecclesiam Sanctorum Omnium, et hic potest esse unus de medio Vicariorum perpetuorum, ut memor sit ac obligatus in pietate et timore Domini maximè tamen in laudibus magnæ Dei Matris Scholares suos exercere, et solus cum ipsdem Scholaribus ante prædictum Altare salutarem illam et plenam Cœlestibus mysterijs cantilenam Bogarodzicza Dziewicza, aut aliam similem piam et devotam prosam canere. Supplicavit nobis deniq idem ipse præfatus Strenuus Joannes, ut hanc illius piam intentionem ac donationem præmissam authoritate Ordinaria approbaremus, onera prædicta literis consignaremus, Jus quoque Patronatus præsentandi eundem Altaristam sibi Fundatori et suis Posteris bonorum prædictorum Hæredibus ac Dominis in perpetuum reservatum de-

cerneremus aliaq quae cultum et ornamentum praedictae Ecclesiae concernunt gratanter omni meliori modo definiremus. Nos igitur Joannes Episcopus memoratus piam erga Deum et Sanctos ejus intentionem benigno favore complectentes, et ardentia ejusdem voteo ad effectum ~~deducta~~ debitum, quantum in Domino possumus deducere cupientes, ea admisimus ratificavimus, gratificavimus et confirmavimus, prout tenore praesentium admittimus, ratificamus gratificamus et confirmamus. Decimam quoque praedictam Praedialem tripartitim ut praemissum est divisam praefato Altari Sanctorum Antonij et Leonardi in Ecclesia praefata sitt. et ipsius pro tempore existentibus Altaristis quoad duas partes priores, quoad tertiam, ~~eam~~ praesidi Scholae Parochialis in Xenium pro debita Scholarium in pietate exercitatione annectimus ~~et~~ incorporamus, appropriamus, adscribimus per ipsos Altaristam et Scholae praefatae Praesidem perpetuis temporibus exigendam, tollendam levandam percipiendam ac in eorum usus beneplacitos ~~ac~~ et benevisos convertendam decernentes, ut deinceps praefata Decima Ecclesiasticae immunitati subiaceat, et quod pro ejus ~~evic~~tutione sive recuperatione nonnisi ad forum Ecclesiasticum habeatur recursus. Praefatum vero Fundatorem Dominum Joannem et ejus legitimos Successores, bonorum Villae Piotrkowicze Dominos et possessores verum et legitimum, atq veros et legitimos dicti Altaris Patronum sive Patronos, qui personam idoneam et bene meritam ad praedictum Altare Sanctorum Antonij et Leonardi recurrente vacatione

nobis

Nobis et Successoribus nostris praesentare tenebuntur, dicimus declaramus et firmiter pronuntiamus. Quia verò praefatus Fundator ipse ad dictum Altare per se erectum et dotatum Honorabilem Martinum de Lwowek Presbyterum Diocesis Cracoviensis Nobis vivae vocis oraculo praesentavit de eodem Altari instituendum, ideo nos eundem praesentatum acceptavimus, quem tamen ad dictum Altare ~~instituere~~ investire destitimus, ne per celerem hujusmodi negotij expeditionem alicui in jure suo praejudicium vel gravamen inferre videremur. Liberis Cride in vim Citationis contra omnes et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes ritè praemissis, ipsisque in praedicta Ecclesia Sanctorum Omnium ~~juxta~~ per legitimum Executorem juxta illarum continentiam et tenorem debitè executis, ac demum in termino coram Nobis reproductis, nullo ex adverso comparente ~~cum~~ nec contradicente, contumaciâ Citatorum omnium non comparentium attentâ, praefatum Martinum ad dictum Altare praesentatum, ad idem Altare SSm Antonij et Leonardi per manus nostrae suo capiti impositionem in nomine Domini Canonicè instituimus et investivimus, curam et administrationem ipsius Altaris cum omnibus suis juribus et pertinentijs sibi committen. Ut autem dictus Strenuus Vir Joannes de Melsztyn Fundator suae Fundationis et dotationis consequi mereatur ~~fructum~~ effectum, statuimus et ordinamus, quod Altarista Altaris praefati pro tempore existens Missas infrascriptas per se ~~aut~~ vel per alium videlicet ferijs secundis pro remissione peccatorum et felici Statu Regni Poloniae et Omnium Statuum, ferijs verò sextis pro Ani-

matibus fundatoris s. si ei acciderit vita fungi quod
sero eveniat / predecessorum ac parentum illius le-
gere et complere, sepe specificatus quoque consuetis pre-
cessionibus in Ecclesia eadem sanctorum Omnium inter-
esse. Presesidem Scholæ cum suis Scholaribus, pre-
fatus in Divinis officijs juvare, predictas missas
cum Scholaribus audire, et pro tunc cantilenam Bor-
gia Rodrica Turonica sive aliam piam — accom-
modam pro tam canere teneantur et sint adstricti tem —
fundatoris. ut autem omnia et singula supra scripta
..... perpetuo, observentur presentis erectionis rati-
ficationis approbationis, canonice provisionis Literas
scribi mandavimus — — —

" et.... "

premissa omnia sic fieri vidi, ideo presentes Literas cum Originali auscultatas confeci, et in hanc formam redegi, signo et nomine meis solitis una cum appensione sigilli suae Reverendissimae Paternitatis consignavi In quorum fidem & Locus + sigilli pensilis in cera expressi in funiculo sericeo subappensi. Anno Dni Millesimo Quingentesimo Vigesimo primo Die Veneris Decima quinta Junij auscultatum et Collationatum cum suo Originali per me Stanislaum de Stupiza Publicum Sacra Authoritate Apostolica notarium, concordat de verbo ad verbum de quo fidem facio Idem qui supra Stans notarius mp

Hanc Erectionem cum Copia antiqua et corrosa ut credit collationata et subscripta per Nostrum Publicum legi, correxi et collationavi C. 8. 8bris 1739.

Ex Copia Erectionis antiquo charactere scripta, et jam aliquot in locis pre vetustate attrita: / quae habetur in Cista / transumptum

Collationavi Josephus Sznowczynski aplicus et Ecclesiae Capli Cathedralis Nov...

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo nono.

Altare tituli Sanctorum Antonij et Leonardi in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium in Civitate Cracoviensi cujus Possessor Venerabilis Dominus Joannes Lubowiecki Canonicus Posnaniensis. In Piotrkowice de agris Praedialibus Decima manipularis de majori eorum parte.

Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diocesis Cracoviensis desumptum et extractum.

Anno Domini 1456 Mercurij 10 Martij

Nicolaus nobilis Mankolski obligavit se Honorabili Domino Raphaeli Altaristae de Omnibus Sanctis: sex marcas pecuniarum, marcas duas feria 4 proxima post Dominicam Judica, unam ad Conductum Paschae et tres reliquas et ultimas marcas pecuniarum ad Sancti Joannis Baptistae festa proxima soluturum sub poena aggravationis. Item sex boves valentes quatuor vitulos alias cielce, tum quoque octo scrophas et tres porcos. et sex anseres auctos ad Conductum Paschae ipse Nicolaus Dno Raphaeli sub pristinarum sententiarum videlicet aggravationum poena. In vim cujus praedictus Dnus Raphael ipsi Nicolao in absolutionem consensit.

fuit Altarista SS. Antonij et Leonardi: vid. infra

pro Xnis retentis in Piotrkowice.

Ex Actis Obligationum R. Raphaelis de Skawina Vicarij et Officialis Gnrlis Crac extractum.

Anno Domini 1541. Sabbatho 13 Augusti Generosus Dnus Georgius Niemsta ad Acta praesentia personaliter constitutus tredecem marcas pecuniarum pro Decimis manipularibus pro Venerabilibus Dominis Joanne Lubowiecki Altarista, et Rectore Scholae Omnium Sanctorum in Cracovia spectan. et pertinen. ad Acta Domini pro festo Nativitatis Domini proxime venturo sub censuris Ecclesiasticis se repositurum submisit subscripsit et obligavit Praesentibus Notarijs.

Ex Actis Actorum Reverendi Pauli Slomowski extractum.

Niegur

Ecclesia in Niegardow Jura sunt haecque sequuntur.

Niegardow Villa habens in se Ecclesiam Parochialem Sancto Jacobo Apostolo dicatam juxta fluvium &

Piotrkowice Villa sub Parochia de Niegardow sita cujus Haeres Spytek Melsztynski de Domo Leliwa in qua sunt Lanei Cmethonales de quibus solvitur et conducitur Decima manipularis et canapalis Plebano in Niegardow pro tempore existenti. Item est ibi Praedium Militare quod decimat.

Ex Libro Beneficiorum Diaecesis Cracoviensis in Anno 1440 conscripto extractum.

Niegardow Ecclesia Parochialis sub Decanatu rurali Vitoviensi cujus Possessor Ubles Dominus Thomas Kornowski & In Piotrkowice de agris Cmethonalibus Decima manipularis.

hinc eruitur mala fides Plebanorum in Niegardow.

Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diaecesis Crac: in Anno 1529 conscripto extractum.

Villa Niegardow Ecclesia Parochialis murata tituli Sancti Jacobi majoris Apostoli & Item habet Decimas Manipulares primam de Villa Niegardow ex agris Cmethonum mediam, alteram de Villa Piotrkowice.

Ex Actis Visitationis Kazimirscianae in Anno 1595 conscriptis transumptum et extractum.

Quod Plebanus Megardoviensis fuerit solum in Possessione Xmae Methonalis in Piotrkowice. probat.

Anno Dni 1501 Martis 14 Decembris.

Andreas Czerminski familiaris Magnifici Domini Spytkonis Castellani Zawichostensis et Nicolaus Pietrzykowski Procurator Villae Piotrkowice ad acta praesentia personaliter constitutus recognoverunt se teneri et debere octo marcas cum media pecuniarum pro Xma in Villa Piotrkowice empta Venerabili Domino Joanni de Wlodzislaw Decretorum Doctori Plebano in Megardow. Ad quam summam octo marcarum cum media tres marcas cum media in continenti solverunt eidem Domino Doctori de quibus ipsos dictus Dnus Doctor quietavit et quietat per praesentes, residuas vero quinque marcas cum media pecuniarum hinc ad festum Paschae proxime futurum praefato Domino Doctori se solvere obligarunt et quilibet eorum manu coniuncta obligavit. Quos Dominos obligavit praefatus Dnus Doctor a quibuscunque Personis et praesertim à Domino Abbate et Conventu in Brzesko necnon Dnum Spytkonem cum omnibus et singulis Methonibus Villae Piotrkowice promisit evincere et se sub censuris Ecclesiasticis obligat &c.

Ex Actis Obligationum Adm Rdi Patris Valentini de Ilkusz Vicarij et Officialis Crac extractum.

Anno Domini 1500 Sabbatho XX Julij

Decretum est latum favore Plebani Megardoviensis ~~ratione~~ in causa inter se et Conventum in Brzesko occasione

intelligi Methonalis quia eodem Anno 1502 idem Pietrzykowski solvit Altanstaw Xma 3 marca vid infra

sione Decimae manipularis ex agris seu Laneis Septem Cmethonalibus mota et vertan. Videat

In Actis Sententiarum Valentini de Illensz

Item aliud Decretum inter eosdem ratione Xmae Cmethonalis in Piotrkowice in Actis Rdmi Joannis Konarski Anno Domini 1509 d 23 Maij favore Ecclesiae Megardoviensis latum videatur.

Anno Domini 1445 Lunae Decima Maij

Raphaelis Plebani de omnibus Sanctis in Cracovia Nicolaus Vicarius die ibidem retulit se citasse Simonem Pierzchała de Mokreska Scultetum ad videndum ipsum declarari super Decima rapta in Piotrkowice in valore trium marcarum de Anno Domini 1440 videlicet, alias ad dandum causas cur declarari non debeat, terminum sibi ad hoc assignan, et datur ad idem faciendum prima dies juris

Ex Actis Actorum Rdi Patris Raphaelis de Skawina d Vicarij et Officialis Crac extractt

Anno Domini 149-2 Martis 28 Augusti

Magistri Jacobi Rectoris Scholae OOm Sanctorum in Cracovia ex adverso Thomae Szczecznia de Piotrkowice in causa occasione Decimae Anni praesentis per eum apud Magistrum Stanislaum quondam Rectorem Scholae ejusdem pro tribus florenis emptae ad Rectorem Scholae praedictae pertinen, Eodem Magistro Stanislao ipsum Cmethonem evincente anticipand terminum

citationis feria quinta proxime ventura venientem, Dominus auditis eisdem Magistris seu ipsorum propositis hinc inde et responsis decrevit dictos tres florenos pro ipsa Decima per eundem Magistrum Stanislaum receptos hinc ad tres dies reponendos ad litis decisionem, quem ibidem de mandato Domini Dominus Paulus Baccalaureus Plebanus in Belczyce monuit ut reponeret eosdem in fra dictum tempus sub pœna excommunicationis. Qui quidem Mgr Stanislaus supradictus decreto eodem parendo mox et in continenti eosdem tres florenos unum videlicet in auro, et duos in medientibus numeratos ad acta præsentia reposuit et Mathiæ Connotario cum effectu tradidit et dedit

Ex Actis Actorum Joannis de Schebnia extractt.

Anno Domini 1492. Martis 25. Septembris.

Honorabilis Magistri Jacobi de Schadek Rectoris Scholarium ad Omnes Sanctos in Cracovia ad instantiam Petrus de Miechow Psalmista Ecclesiæ Cracoviensis retulit se de mandato Domini citasse Magistrum Stanislaum Kosciescha quondam Rectorem Scholarium de ibidem pro hora audientiæ præsentis dieq ad recipiendum finalem instantiam occasione Xmæ seu trium florenorum pro eadem Xma receptorum et apud acta repositorum attento quia Domini Præpositus et Decanus Ecclesiæ ejusdem hic adsunt ad quorum adventum decisio eadem suspensa fuerat.

Ex Actis Actorum Rdmi Joannis de Schebnia Custodis Vicarij et Officialis Gnrlis Crac extractum

Anno Dni

Anno Dni 1500 Sab. 11 Julij Joannes de Wlodzislaw Curatus in Niegardow egit de Xma Cmethonali in Piotrkowice de Septem Laneis.

Anno Domini 1442 Veneris 20 Januarij

Albertus de Piotrkowice dictus Kiettyka obligat se Ingenioso Domino Stanislao Baccalaureo de Szamotuly quatuor marcas cum novem scotis pro Decima in Piotrkowice ad Carnisprivium proxime venturum sub pœnis excommunicationis soluturum

Ex Actis Obligationum Rę Raphaëlis de Skawina Vicarij et Officialis Gnralis Cracovien de sumptt

NB Hic Stanislaus de Szamotuly fuit Rector Scholæ OOm Stm ut patet ex actis eiusdem Dni Anno 1444 d 20 Januarij.

Anno Domini 1442. Lunæ 18 Novembris

Petrus Kurdzen de Szczepanowice obligat se pro Decima in Piotrkowice Palatini empta Honorabili Stanislao de Schano Baccalaureo Artium Rectori Scholarium Omnium Sanctorum, duas cum media marcas pecuniæ communis ad festum Sanctæ Barbaræ proximum sub pœna excommunicationis soluturum Præsentibus Discretis Laurentio Dni Zaborowski Doctoris notario et Stanislao Zarski de Cracovia

Vide in Actis Konarski 1509 23 May Decretum occasio Xmæ ex Piotrkowice ad Edo Niegr

Ex Actis Obligationum Rę Raphaëlis de Skawina Officialis Gnralis Cracoviensis extractt

Anno Domini 1502 Mercurij 25. May.

Nicolaus Pietrzykowski Procurator Villæ Piotrko-

voce ad Acta Praesentia personaliter constitutus recognovit se teneri et debere tres cum media marcas pecuniarum Honorabili Stanislao de Pabianice Altaristae ad Omnes Sanctos in Cracovia, quas quidem tres cum media marcas pecuniarum, hinc in duabus septimanis prope festum S. Joannis Baptistae poenae futurum sub excommunicationis poena se solvere obligavit Praesentibus Notarijs.

Ex Actis Obligationum A. R. Valentini de Ilkusz Canonici, Vicarij et Officialis Gnrlis Crac. extractum

Anno Domini 1509. Die Jovis 19 Aprilis

Honorabilis Bartholomaeus antiquus ad Sanctum Florianum in Clepars Praedicator, et Barbara Kurkowa de Cracovia Executores testamenti olim Domini Stanislai de Pabianice Altaristae Omnium Sanctorum in Cracovia recognoverunt, quod tredecem marcas pecuniarum pro Decimis eidem olim Stanislao retentis, a Nobili Domino Nicolao Gliński receperunt et effectualiter levaverunt, de quibus ipsum quietarunt, et liberum dimiserunt Praesentibus Dnis Paulo Plebano in Irządza Nicolao Kwasniowski, Joanne de Sandomiria, Alexio de Cracovia Joanne Wolski et me Gregorio de Casimiria

Ex Actis Obligationum R. Cdi Patris Jacobi de Greiesz Canon. et Officialis Crac. extractum

Anno

Anno Domini 1509 Die vero Jovis Vigesima nona Mensis Novembris.

Lecta per Dominum Vicarium ante omnia fuisse conclusum conclusionem et appellatt quascunque per prius interpositt refutatt instante Gaspari in contumaciam, ex adverso praesentati ad id citati praesentibus Notarijs et Procuratoribus causarum.

Christi nomine invocato Juris praesentandi Altaris sive Capellaniae Sancti Leonardi in Ecclesia Omnium Sanctorum Cracoviae sitt per mortem Venerabilis Stanislai de Pabianice ultimi Possessoris vacan in causa dudum coram Venerabili Domino Jacobo de Grzeschow Vicario in Spiritualibus Praedecessore Nostro inter Honorabiles Leonardum Czarnecki per Nobilem D. Nicolaum Glinski ad praesens Haeredem Villae Piotrkowice ex una et Venceslaum de Koszyce per Nobilem Vincentium Melsztynski de Melsztyn Praesentatos Partibus ab altera mota et vertente, et tandem ad Nos cum Universitate causarum devoluta ex his quae in praesenti causa vidimus dicimus decernimus, pronuntiamus, et declaramus ipsi Venceslao ex praesentatione facta ad memoratum Altare Jus pinguius competere, Praesentationem vero Leonardi Czarnecki factam inefficacem et invalidam extitisse, oppositionesq et impedimenta per ipsum Leonardum Venceslao praestita fuisse et esse injusta

et illicita. Et ob hoc ipsi Leonardo Czarnocki in hujusmodi causa perpetuum silentium imponimus eundemq in litis expensis dicto Venceslao condemnamus, earumq taxationem Nobis in post reservamus; Et nihilominus authoritate ordinaria Nobis concessa prefatum Venceslaum ad dictum Altare Sancti Leonardi ad presentationem Nobilis Vincentij Melsztynski de Melsztyn per manus nostre Capiti suo impositionem in Dei nomine instituimus et investimus, administrationem Spiritualium et regimen temporalium committen hac nostra sententia definitiva mediante

Ex Actis Actorum R. D. Bernardi in Galli de Jadra Custodis et Vicarij in Spiritualibus Gnralis Crac: extractum.

Anno Domini 1522. die penultima Maij

Ad Acta Presentia personaliter constitutus Generosus Dnus Achacius Jordan de Zakliczyn tanquam Tutor pueri dicti Spytkonis Magnifici olim Domini Nicolai Jordan de Zakliczyn Castellani Voynicien Heredis in Melsztyn ad Altare SSm Antonij et Leonardi Confessorum vacans per mortem Honorabilis Venceslai de Kochycze ejusdem ultimi et immediati Possessoris nomine dicti pueri tanquam Tutor ejusdem Honorabilem Joannem Czerminski Clericum in Minoribus constitutum vivae vocis oraculo presentavit petens eundem per Dominum ad dictum Altare institui et investiri presentibus notarijs Curie et me Dobeslao

Strzeczynski

Strzezenski Actus Praesentis Scriba.

Ex Actis Actorum Rdssmi Domini Joannis Konarski Episcopi Cracoviensis extractum.

Anno Domini 1523. Die 1ma Junij

Juris patronatus Altaris S. Leonardi in Ecclesia OOm Sanctorum in Cracovia sitt per mortem Honorabilis olim Venceslai ejusdem ultimi possessoris vacantis Honorabilis Mathias de Michocin ad dictum Altare per Generosum Vincentium praesentatus Melsztynski reproductis Literis Cridae executis, accusavit contumaciam in ± comparendi et in eorum contumaciam petit se ad dictum Altare institui. In praesentia Joannis suprascripti Procuratoris Domini Gasparis Podlaski qui impedientem institutionem allegavit Principalem esse in nomine hoc Procurae, sibique Jus pingnius competere. Ex adverso Mathias Miechocin Principalis petit eum repelli ex eo, quod mandatum non haberet, Et Dominus durante audientia decrevit, quatenus ipse Joannes de mandato Principalis sui doceat. Tandem verò ipse Mathias petit ex superabundanti se institui. Et Dominus dictis Citatis non comparentibus contumacibus pronuntiatis, ultra horam expectatis dictum Dominum Mathiam instituendum decrevit et instituit, attento, quod ipse Joannes de mandato ipsius Domini Gasparis non docuit, Literas desuper necessarias decernendo. Quo facto finita audientia Dominus de Kalich veniens ut dicebat post tactum vicesimae primae horae tanquam Procurator Dni Gasparis.

Podlaski Canonici Cracovien allegavit eidem Principali suo ad dictum altare Jus pinguius competere, causamq hujusmodi coram Domino in Spiritualibus Vicario, Commissario pendent hactenus indecisam protestan de nullitate Institutionis gravamineq et appellando Praesentibus Capellanis Notarijs.

Ex Actis Actorum Rdmi olim Joannis Konarski Episcopi Cracovien extractum.

Anno Domini 1524 Die Martis ultima Maij

Concludimus et revocamus omnes dilationes si quae datae sunt ac super appellationibus factt interpositt. Christi nomine invocato pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes per hanc sententiam definitivam quam Jurisperitorum communicato consilio pariter et assensu maturaq intra nos deliberatione habita, quod ex Testium depositionibus et alijs deductis et productis vidimus et cognovimus ferimus in his scriptis. In causa et causis inter Vbles Dominos Joannem Lubowiecki Canonicum Posnan per nobilem et Famatum Dominum Nicolaum Glinski Civem et Consulem Cracoviensem etiam de Piotrkowice Haeredem Altaris infrascripti Patronum pro una, Et Gasparum Podlaski Decanum Ecclesiae Collegiatae Sm Obm, et Canonicum Cracovien per Joannem Spytkonem et Catharinam Dembinska germanos, Haeredes in Zaleticzyn et Magnifici olim Domini Nicolai Jordan Castellani Voynicensis legitimos Successores et superstites pro secunda, necnon

Joanem

Joannem Czyrzmicynski Clericum Diecesis Gnesnensis per Annam de Jaroslaw memorati olim Magnifici Nicolai Jordan relictam et Bonorum in Melsztyn Dominam dotis hic inde respectivè praesentatos ipsorum et cujuslibet praesentatos praefatos, In de et Super Altari seu Capellania tituli Sanctorum Antonij et Leonardi Confessorum in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum sitam post mortem et obitum Honorabilis olim Vencesslai in Brzezese Praepositi et praefatt Altaris ultimi et immediati Possessoris vacan, rebusq alijs in Actis causae hujusmodi latius deductis et illorum citatione pro tertia partibus, coram Reverendissimo in Christo Patre et Domino Domino Joanne Dei gratia Episcopo Cracoviae praedecessore primum, et deniq Specialis Commissionis à Sua Paternitate desuper factae coram Nobis successivè in prima vertente instantia dicimus decernimus, pronuntiamus et declaramus praesentationem Ublis Domini Joannis Lubowiecki per Nobilem Nicolaum Glinski de et Super ipsius persona ad memoratum Altare seu Capellaniam factt, et alia inde secuta fuisse et esse Canonicam et canonica, suumq debuisse et debere sortiri effectum, praetextuq ejusdem, sibi jus pinguius competisse et competere. Praefatis vero Dominis Gasparo et Joanni ex adverso Praesentatis in de et Super praemissis ac Altari supradicto ex praesentationibus supradictis per praefatos eorum praesentantes eis et de coram personis respectivè factis nullum unquam jus competysse neq competere, seq eidem Domino Joanni Lubowiecki occasione praemissorum et Altaris hujusmodi opposuisse et opponere, ac ipsum desuper

molestâsse, inquietasse, impedivisse, molestareq, inquieta-
re et impedire male iniqne indebite illicite, et inju-
ste, oppositionesq illorum et molestationes, inquietatio
nes turbationes et impedimenta hujusmodi fuisse et esse
malas, indebitas, illicitas, et injustas, malaq iniqua
et illicita, injusta ac de facto præsumptas ac præsum-
pta, eisq et eorum cuilibet, talia fecisse et facere mini-
me licuisse neq licere et propterea: concludimus Do-
minum Joannem Lubowiecki ad præsentationem dicti sci-
licet Domini Nicolai Glinski Præsentantis Patroni ad
Altare prædictum ex jure pinguiori instituendum
et investiendum, præfatisq Dominis Gasparo et Joan-
ni Silentium perpetuum imponendum fore, ac insti-
tui ac investiri, imponiq debere, prout prætexta Spe-
ciali Commissionis per Rdsmum Dominum Petrum
Dei Gratia Cracoviensem et Posnaniensem Episcopum
desuper nobis factt, eundemq Dominum Joannem Lubowiec-
ki per manus nostræ Capiti Suo impositionem institui-
mus et investijmus, sibiq administrationem Spiritu-
alium et regimen temporalium in eodem Altari com-
mittimus: præfatis vero Dominis Gasparo et Joanni Czyz-
mieyski perpetuum Silentium desuper imponimus ac
ipsos sibi Domino Joanni in litis expensis tam coram
prædicto Domino Epo Crac: quam coram Nobis propterea
legitime factt condemnamus, quarum taxationem Nobis in
posterum reservamus hac nostra sententia definitiva mediante
Anno 1524 die ultima maij Mensis lecta per Domi-
num instante Domino Joanne Lubowiecki Principali &
in contumaciam DD. Gasparis Podlaski et Joannis Czyz-
meyski ex adverso Principalium Speciali citatione
citatorum. Præsentibus Dominis Adamo Charowski
in Wniakowa Plebano, Andrea Szczonski

Mathia

Mathia Klonowski, Mathia Lagewnicki, et Gallo de Opatow.

Ex Actis Sententiarum Rdi olim in Christo Patris Nicolai Bedlinski extractum.

Anno Domini 1541. Die Lunae Ultima Octobris

Generosus Dominus Georgius Nyemsta Heres in Piotrkowice apud Acta praesentia personaliter constitutus satisfaciens obligationi suae in Actis Domini Officialis Cracoviensi Generalis Anno praesenti content, et per eum pro Decima Praedij in Piotrkowice factae, anticipandoq ratham et festum Sancti Martini, tredecem marcarum pecuniarum videlicet Decem Marcas pro Domino Joanne Lubowiecki Canonico Posnaniensi, et Altarista Ecclesiae Omnium Sanctorum, et pro Rectore Scholae Omnium Sanctorum Crac: Tres ad praesentia reposuit, petens easdem tredecem Marcarum pecuniarum ab Actis nemini alteri extradi, nisi huic, qui sufficiens mandatum ad tollendum et de perceptis quietandum habuerit, quo facto Vblis Dominus Andreas Rector Scholae Omnium Sanctorum Cracoviae praedictas Tredecem Marcas pecuniarum ad Acta praesentia ut nemini extradant ab actis usq ad decisionem litis arestavit Praesentibus Vbli et nobilibus DD. Martino Petre de Cracovia Jurisprudentiae Doctore, Martino Ruszecki, Stephano Sedarowski, Michaele Skrzeneszewski notarijs Domini et Legali Josepho de Cracovia Notario Publico.

Ex Actis Actorum Rdi Benedicti Izbinski extractum.

Anno Domini 1541. Die Sabbathi Quinta Novembris

Venerabilis Dominus Joannes Lubowiecki Canonici Posnaniensis et Altaristae Omnium Sanctorum Cracoviae Honorabilis Dominus Stanislaus Mansionarius et Altarista Beatissimae Virginis in Circulo Crac: ipsius Procurator, Citato Venerabili Domino Andrea Artium Liberalium Magistro et Rectore Scholae Omnium Sanctorum Cracoviae legitima Citatione petit Arestum pridie super Tredecem Marcas pecuniarum per Dominum Georgium Niemsta repositas dearestari. In praesentia praefati Magistri Andreae offerendo se rationes prima Juris daturum, quare hujusmodi Arestum dearestari non debeat. Et Dominus non obstantibus Magistri Andreae rationibus et eo attento, quod nobilis Dnus Georgius Niemsta pro Altarista Omnium Sanctorum Cracoviae Marcas Decem et pro Magistro Scholae, Tres Marcas juxta obligationem in Actis Dni Officialis Crac contentam ad Acta praesentia reposuit, visa hujusmodi obligatione per praefatum Dominum Niemsta facta et per ipsum Magistrum Andream facto exhibita, et eo attento, quod praefatus D Joannes Altarista per aliquot annos in perceptione Decem Marcarum pecuniarum pro Decima Villae in Piotrkowice fuit, hujusmodi Arestum dearestavit et pecuniam ipsis videlicet Domino Lubowiecki Decem Marcas et Magistro Andreae Rectori Scholae Omnium Sanctorum Marcas Tres juxta repositionem per Dnum Niemsta pridie ad Acta praesentia factam percipiendum ab Actis mandavit, actionem vero ipsi Magistro Andreae Rectori occasione dictae Decimae in Piotrkowice

Alias

alias occasione majoris partis ejus reservavit: praesentibus Vbli et Nobilibus DD. Martino Betze Jurisprudentiae Doctore, Stephano Sdrzarowski Michaele Skrzetuszewski, Martino Rusiecki et me Josepho de Cracovia Notario Publico.

Ex Actis Actorum Rdi Benedicti Izbinski extractum

Anno Domini 1542 Die Jovis Decima Sexta Mensis Novembris

Generosus Dnus Laurentius Spytek Jordan de Zakliczyn Patronus legitimus Canonicatus et Praebendae Sive Altaris tituli et Invocationis Sanctorum Antonij et Leonardi in Ecclesia Omnium Sanctorum siti coram me Notario Publico et Testibus infrascriptis personaliter constitutus omnibus modo via, jure, & animo deliberato Ad Canonicatum et Praebendam Seu Altare praedictum in Ecclesia praedicta Sanctorum Obm, morte et obitu Honorabilis Joannis Lubowiecki, eorundem Ultimi et immediate Possessoris vacan vivae vocis oraculo inter vivos fieri Solitt irrevocabili ad instituend et investiend per Reverendum Dominum Archiepum Gnesnensem et Epum Cracoviensem aut alterum ad id potestatem habentem Vblem Dominum Alexium de Cracovia Decretorum Doctorem Archidiaconum Kruszwicensem praesentavit. Acta sunt haec in Domo Reverendi Patris Domini Benedicti Izbinski Cancellarij Gnesnen. Cantoris et in spiritualibus Vicarij gnralis Cracovien. Praesentibus tunc ibidem Vbli et Nobilibus Dominis Alberto Kilenski Varmiensi et Vladislaviensi Canonico, Laurentio - - - - Rdsimi

Reverendissimi Domini Archiepiscopi Gnesnensis Familiari.

Ex Actis Actorum Rdi Benedicti Gibinski Officialis Gnralis Cracoviensis extractum

Anno Domini 1558. Die Saturni Septima mensis Maij.

Generosus Dominus Christophorus Glinski quondam Arendator villae Piotrkowice apud Acta praesentia personaliter constitutus Tres Marcas pecuniae census Annui ex Bonis praedictae villae Piotrkowice Rectori Scholae Obm Sm Crac annis singulis pro festo S. Jacobi Solvi consuetis et Anno proximè praeterito Solvi neglecti ad Acta praesentia reposuit, petens ne hujusmodi pecunia ab Actis extradatur nisi se legitime quietato praesentibus Notarijs

Anno mense die quibus supra.

Honorabilis Aegidius ad Omnes Sanctos Crac Vicarius apud Acta praesentia personaliter constitutus unum florenum aureum ex pecunia Trium Marcarum pecuniarum per Gnosum Dominum Christophorum Glinski ad Acta praesentia repositum, quem dicebat sibi Vblem Dominum Mathiam Romanum Artium Magistrum, Scholae Ecclesiae Omnium Sanctorum Crac Rectorem teneri arrestavit, petens ne hujusmodi florenus aureus ab Actis extradatur nisi se legitime ad id vocato. Residuum verò dictae pecuniae Trium Marcarum Vblis Dominus Bernardus de Cracovia

Artium

Artium Magister Scholae praedictae Rector ab Actis tulit et recepit. De recepta hujusmodi pecunia Officium Domini quietavit et liberum dimisit. Praesentibus Notarijs

Ex Actis Actorum Rdsmi olim Dni Stanislai Szlomowski Officialis Cracoviensis extractum

Anno Domini 1601 Die Veneris 26 Januarij

Ad Canonicatum ac Praebendam tituli Sanctorum Antonij et Leonardi in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum Cracoviae morte et obitu Venerabilis olim Simonis Mecinski illorum ultimi ac immediati Possessoris vacantem Honorabilem Albertum Gagatkowski actu Presbyterum ad praesentationem Magnificarum Dominarum Magdalenae Sobkowa Sandomiriensis et Barbarae Zborowska Brecensis Castellanarum in Melsztyn Haeredum, eorundem Canonicatus et Praebendae ut dicitur legitimarum Patronarum et Collatricum in Contumaciam Omnium et Singulorum sua ex adverso Jus et Interesse putantium Literis Cridae citatorum et non comparentium, Dominus recepto ante omnia ab ipso de Obedientia, reverentia Domino Loci ordinario nunc et pro tempore existenti praestanda, deq non alienandis dicti Canonicatus bonis quinimo alienatis pro posse recuperandis solito corporali Juramento per manus suae capiti ejus impositionem instituit et investivit, administrationem Spiritualium regimenq temporalium rerum sibi eorum commisit, atq Literas Institutionis et Investiturae desuper necessarias in forma solita

extradendas esse decrevit. Praesentibus Reverendo et Nobilibus Dominis Joanne Wolbramo Juris Utriusq Licentiato, Valentino Mlodzianowski actu Presbyteris, Mathaeo Wasorowski, Alberto Grabowski et alijs Testibus.

Ex Actis Actorum Redmi Dni Pauli Debski Vicarij et Officialis Cracoviensis extractum.

Anno Domini 1599. Die &. Mensis &.

Sextus Canonicus Simon Mecinski institutus cujus Canonicatus erectus est in proventibus Altaris seu Capellae tituli SS. Antonij et Leonardi Juris Patronatus Zuppary Cracoviensis. Habet autem pro dote Decimam Manipularem in Villa Militari Piotrkowice quae non decimatur nec solvitur sed rapitur. Ratione cujus dotis obligatus est duas Missas in Septimana legere, unam de Passione Domini alteram pro peccatis. Domum pro residentia non habet.

Ex Actis Visitationis Kazimirscianae Ecclesiae SSm Obm Crac Collegiatae extractum

Anno Domini 1545 Veneris 2 Octobris

Ubi Paulus Makolin Altarista seu Canonicus SSm Ob. tituli SS. Antonij et Leonardi resignavit suam Praebendam. et Rdmus Dnus Czarnkowski Administrator Eplus Crac: ad eandem Praebendam instituit Rdmum Stanislaum Gorski Canonicum Visliciensem ad praesentationem Gnrorum Georgij Niemsta et Reginae Uxoris, necnon

Dorotheae

Dorotheæ et Martæ Filiarum Nobilis olim Nicolai Glinski Hæredum in Piotrkowice.

Ex Actis Actorum Rdi Domini Czarnkowski Sede Vacante Administratoris Gnrlis Episcopatus Crac et Ducatus Severiæ extractum

Anno 1464 Jovis 25. Maij. Arendatio Decimæ in Villa Piotrkowice facta per Altaristam.

Petrus Kurek Presbyter de Castro Crac: apud Acta Præsentia personaliter constitutus, recognovit se Altare Sancti Antonij et Leonardi in Ecclesia Omnium Sanctorum situm cum fructibus ejusdem ac Decima in Piotrkowice post agros Domini Melsztynski provenien apud Honorabilem Dnum Raphaelem Altaristam dicti Altaris hinc ad tres annos sese immediate sequentes de sex marcis communis pecuniæ ad quemlibet annum arendâsse et locâsse. Ad quem annum integrum ipse Dominus Petrus iam sibi ~~tam~~ novem florenos ad rationem sex marcarum dedit cum effectu. de quibus ipsum dictus Dominus Raphael quietavit et liberum misit. Alias autem prædictas pecunias pro annis affuturis debendas, postquam ipse Dominus Raphael. Deo juvante sanus in Patriam de via Hierosolymorum venerit, obligavit ipse Petrus easdem per sex marcas cujuslibet anni, duorum prædictorum annorum sub pœnis excommunicationis solvere obligavit, ita tamen, quia si defuerint novem marcæ ex censu alicujus anni, ex hujusmodi arenda, quam cum lectura et fatigis processionalibus spiritualiter tamen marcarum, extunc debebit in alio anno fertiliori hoc suum damnum repetere, promisit. qua sibi ipse Dominus Raphael. inqualitate monetæ et consuetudine marcarum correspondere promisit. Præsentibus Dnis Nicolao Bylina Presbytero de Castro et Joanne Bedlinski Præsentato in Mydlow.

Ex Actis Obligationum Stanislai de Swiradzice extractum

Anno Dni 1480 die 18 Martij
Stanislaus de Brzeziny Sacrae Theologiae Pfr. Canonicus S. Floriani fuit Altarista Altaris S. Antonij et Leonardi.
Ex Actis Actorum R. Joannis de Stupcza connotatt

Anno Dni 1492 die 28 Augusti
V. Jacobus de Szadek Senior Scholae OO. Sanctae agit de tribus Florenis pro Decima ex Piotrkowice
Item Anno 1492 die 25 Septembris
Ex Actis Actorum Joannis de Schebinia

Vide supra tenorem utriusque actus.

Anno 1441. in actis Raphaelis de Skawina
M. Stanislaus de Szamotuły recipit pensionem pro Decima ex Piotrkowice, et Nobilis se illi obligat.
Ex Actis Obligationum ejusdem. in quarto

Anno Domini 1545. Saturni 27 Junij
Venerabilis Martinus de Brzeziny Artium Magister quondam Rector Scholae Obmi Sanctae Crac. apud acta praesentia personaliter constitutus tres marcas pecuniarum per Generosum Dnum Georgium Niemsta pro Decima manipulari in Villa Piotrkowice anni praeteriti repositas ab actis praesentibus tulit et levavit, de quibus quidem tribus marcis pecuniarum eundem Dominum Georgium Niemsta quietavit, et liberum dimisit Praesentibus notarijs
Ex Actis Actorum R. Pauli Kraszowski Off: extract

Anno

Anno Domini ~~1510~~ 1510 Jovis 4ta Julij

Punctum est concordia superius inter Vicarios et Rectorem Scholæ S^n Ōm, sub Descriptione Scholæ expressa.

Magister verò Scholæ et ipsius Successores nihil habere debebant ad hujusmodi census proventus quæstus obventiones et introductiones Scholatorum supra expressas, duntaxat quæ sunt supra expressa et Decimam manipulaverin Rotzkowice sub Parochiali Ecclesia in Niegardow sitam.

Ex Actis actorum Rdi Patris Galli de Sadrace extract

Anno Domini 1509 Saturni nona Junij

Juris Patronatus et præsentandi Altaris tituli S^ti Leonardi et Antonij confessorum Domini in causa M. Stanislaus de Kłonia de Procurator Dni Venceslai Pr^bri. Hospitalis in Brzost. ad dictū Altare præsentati satisfaciendo testimonio ad producendum omnia ad hoc de limitato nonnulla jura vidit præsentationem de persona Nobis olim Stanislai Zevalth ejusdem altaris sub Lapt. lo et titulo Infei olim Spytconis de Brzezyny Castellani Zacrichostensis dicti altaris tunc unici Patroni hac etiam Literas scripta sub titulo et sigillo, Quōrū olim Dni Fridrici Cardinalis cum Literis Commissorijs in Personam Nobis Dni Nicolai de Pilica SS Theologiæ Professoris emanatas et obtentas. Insuper etiam Literas Inventure sub titulo et sigillo Quōrū Dni Nicolai de Pilica Judicis Commissarij manu et signo legalis Joannis Stanislaui de Lesnica Cleric Diœc Cracovien Sacris auctoritatibus Apostolica et Imperiali publici Notarij subscriptas et consignatas, et cum hoc Literas gratificationis et Commissionis sub titulo et sigillo, Quōrū in Christo Patris et Domini Joannis Dei gratia Epi Cracc de persona Quōrū Dni Venceslai obtentas et impetratas, quarum Literarum sigilla et manus Notarij Nobis Dnus Sebanus de Gorzeta Plebanus et Stanislaus de Bradzow ad S. Michaelem in Cracc. Canonicus ad hoc per Dnū Joannem de Sandomirza Presbyterū ætati medijs eorū juramentis corporalibus recognoverunt atque quoden jura et Literas Nobis Mgr. Martinus Beltze Decretorū

4ro

Doctor de Cracovia p Stat. Dñi Joannem Executorem supra
scriptum de mandato Dñi compulsus et ut dicebat metu censu-
rarum reposuit facto et in scriptis loco omnium productis
petens eadem jura admitti et in contumaciam partis adverse
in terminum hujusmodi nichil faciendi in causa concludi.
In Causa Dñi Martini de Vislicia parte ex altera Dñi Le
onardi Czarnocei Procuratoris presentata petens copiam
dictorum Juriam ex adverso productorum et terminum sibi
legi ad dicendum contra competens. Et eisdem personaliter
comparens Magr Albertus de Skiechow Procurator causarum
Consistorii Cracovie ad id per Dñum Urbanum de Gostcza Plebanum
de mandato Dñi compulsus metu censurarum nonnulla jura
in scriptis reposuit videlicet Literas Venditionis et empto-
113 nis Bonorum ville Piotrkowice sub titulo et sigillo Jo-
annis Nicolai Strasz Judicis et Joannis Minor de Riechow
subjudicis Terre Cracovie. Item non alias Literas similes Juris
Terrestris super eadem bona Piotrkowice et Budziechowice
sub titulis et sigillis Roblini Jacobi de Lubowice Judicis
et Joannis Minor subjudicis Terre Cracovie. Item alias
Literas similes Juris Terrestris super Curiam et Stadium
ville predicte Piotrkowice necnon Laboves et emolumen-
ta ejusdem ville et alterius eidem vicine Budziechowice
dicte cum alijs Juribus et pertinentijs & sub titulis et si-
gillis supradictorum Nicolai Strasz et Joannis Minoris
Quas quidem Literas sic ut premittitur per compulsum reposi-
tas et extractas dictus Magr de Vislicia Martinus nomi-
ne quo supra procuratorio pro parte sua cum protestati-
onibus solitis repetijt et reproduxit loco omnium petens
hujusmodi dicti Procuratores copias Literarum et Juriam
supradictorum eis decerni et concedi, terminumque dicendi contra
competentem ~~concedi~~ precepi et obtinuerunt Hinc ad feriam
tertiam post octavas festi Corporis Christi proxime. Presentibus Dño
M. Stulas de Brzezniee, Alberto de Lukas Joanne de
Sandomiria et me Venceslao de Voltowitzko Notario Publico
et in continenti dicta Jura & parte ipsius Dñi Leonardi Czar-
nocei producta recognita ut a tergo eorundem continetur.
Et acta Actorum Reli oltu. Datis Jacobi de
Graesno & sancte Vicary et Officialis hac extractu

Donatio Juris patronatus Altaris Sm Leonardi et Antonij confessorum Nicolao Gliński per Melsztyńskiego facta.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo die Sabbathi Duodecima Mensis Januarij

Generosus Dnus Vincentius Melsztyńskiego Collator et Patronus Altaris tituli S. Leonardi p in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium in Cracovia coram Reverendo Patre Dno Bernardino Gallo de Gadra Custode et Vicario in Spiritualibus generali hac ad actaj presentia Vicariatj in mei Notarij Publici et Testium infrascriptorum presentia personaliter constitutus non per errorem nec vi dolo metu fraude aut aliqua sinistra machinatione seductus aut circumventus, sed sponte et libere et matura ut dicebat animi deliberatione prehabita Juris patronatus et presentandi memorati altaris S. Leonardi p in Ecclesia Collegiata dicta Sm in Cracovia ad ipsum Dnum Vincentium quomodolibet spectans et pertinens cum omnibus et singulis suis Literis et privilegijs ad hoc sibi servientibus et competen Nobili et Famato Viro Nicolao Gliński Consuli Cracovien Heredi in Piotrkowice p et eius successoribus legitimis dedit donavit cessit renuntiavit per ipsum Dnum Nicolaum Gliński et eius successores legitimos p tempore existentes perpetuo habendus tenendus et possidendus et personam idoneam ad ipsum Altare quolibet casu vacationis eius occurren presentandi et alia ad hoc quomodolibet servientia exercendi p removens et excludens idem Dominus Vincentius a dicto Jure patronatus in presentandi quocunq Consanguineos et successores, ipsum Jus eidem quomodolibet servien et spectan in Famatum Dominum Nicolaum Gliński et ipsius successores transfundens. Renuntiando circa hec omnibus et singulis exceptionibus Juris Canonici et Civilis et alijs quibuscunq Juris remedijs et coloribus contra huiusmodi cessionem et donationem facer et successoribus

suis quomodolibet competen. In praesentia nobilis memorati Nicolai Glinski Haeredis in Piotrkowice Principalis hujusmodi Donationem et Cessionem et alia omnia et singula praemissa pro se et successoribus suis legitimis solenniter et per expressum acceptantis: petens hinc inde memorata Principales praemissa omnia et singula per dictum Dnum Vicarium in spiritualibus admitti et approbari authoritatemque ordinariam pariter et decretum perpetuae firmitatis interponi. Memoratus vero Dnus Vicarius in spiritualibus Gnrlis volens formam et ordinem Juris in talibus consuetum observare ante omnia Literas Cride contra sua interesse putans ad videndum praemissa fieri et decerni per edictum publicum ut moris est decrevit praemittens et in Ecclesia praedicta Collegiata Omnium Sanctorum Cracoviensium exequens praesentibus Dnis Leonardo de Cracovia Decretorum Doctore, Martino de Vu-

Vide infra fol. 859. sticia Custode Altaris Collegiatae S. Michaelis Crac. Joanne Gracz de Posnania Stanislao de Roberyce, Alberto Lupi de Miechow. Magro Joanne de Pilsna Causarum Conv. Crac. Procuratore Joanne de Sandomiria Joanne de Bochnia Laurentio Lithvano et me Petro Zarzewski Notario Publico actus praesentis Scriba testibus circa praemissa

Ex actis Actorum Bernardini Galli de Jadra Custodis Vicarij in spiritualibus et Officialis Crac. extractis

Videantur plura supra. de Schola SSm OOm

In Actis Terrestribus Prosoviensibus reperitur sub Actu Sabbatho ante Oculi Anno Dni 1548 Divisio Glinskich Bonorum Piotrkowicz et aliorum, ubi Nicolao Glinski cedunt Bona Piotrkowice cum Jure Patronatus Altaris in Ecclesia OOm SSm Cracoviae Vidi hanc divisionem et legi M. C. Jarmundowicz

Incorporatio Juris patronatus dicti Canonicatus Collegio DDm Jureconsultorum Unitis Crac. facta Anno Dni 1748. et Approbatio Summarum Binarum duorum millium in Vim Auctionis inscriptarum

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Octavo, die vero Veneris duodecima Mensis Januarii Cracovie.

Coram Illmo et Revmo Domino Andrea Stanislao Lipski de Zaluskie Zalus de Gi Ep. Aplice Sedis grã Episcopo Smeviensi, Duce Severie in publica Causarum audientia comparens personaliter Nobilis Carolus Janowski de Illustris et Mn Dñi Joannis Cantii Mrodowski Canonici Ecclesie Collegiate Sctor Mn Cracovie Prebende Sctor Antonii et Leonardi, Principalis Actoris Procurator in Termino hodierno ex Literis Citde in vim Citationis gnlis seu edicti publici ad offcia Dñi emanatis et debite ut apparebat per affixionem illarum valvis dicte Ecclesie Collegiate Sctor Mn publicatis et exactis provenient contumaciam omnium et singulorum quos ex adverso jus et interesse aliquod ad infrascripta communiter vel divisim aut alias quomodo libet contingere putan et pretendn quatenus in comparen. accusavit et in eorum contumaciam Inscriptiones binas, primam super Summa mille florenorum polonicalium per suum Principalem collata in et super Bonis Bartis Brzezowice in Palatinatu Cracovien, Districtu Sczyrcien jacentibus per M.cum Stephanum de Zakliczyn Jordan Palatinidum Bractarias Feria 2da post Festum Nativitatis Sancti Jo annis Baptiste proxime Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Secundo. 2dam super summa simili mille florenorum polonicalium per Illustrem Dñm Dñum olim Sacrarum Statuchowski sui Principalis antecedanem canonicum collata titulo annui reemptionalis in augmentum dotis eiusdem dotem et Prebendam canonicatus supradicti in et super Bonis Woysławice in Palatinatu Cracovien Districtu Lelovien in scripta et assecurate per Magnificum Stephum de Smitowa Wola Miśkowski Jacobum Bractatensem coram Actis Castrens Capitaneatus Cracovien Feria 2da ante festum Sc Hedvigis Electe proxima Anno 1745to. recognitas in forma probanti et authentica productas in omnibus et singulis illius punctis, clausulis articulis nexibus, ligamentis et conditionibus universis, authoritate Ordinaria approbari et confirmari, summas predictas libertati et immunitati Ecclesiastice adscribi et canonicatui ac Prebende predictis applicari, assignari, addici et incorporari, ac super hujusmodi fundis eiusdem canonicatum omni dote insuper a temporum penitus privatum innovari et redintegrari, ac justa ordinationem sui Principalis subinsertam statui decerni, et sententiari, robur authoritatis Ordinarie et perpetue firmitatis adiici, patiter et decretum desuper interponi, Literasq approbationis, confirmationis, et innovationis, et alias desuper necessarias

& opportunas in forma solita extradi mandari, debita cum instantia postulabit. ——— Ordinationis par collegat & tenor sequitur est q talis = In nomine Domini Amen Ego Magister Andreas Joachim Sanctus Mroczinski Phie Doctor Ecclesiarum collegiatarum S.m Obm Cracovien Canonicus, & audiendi Penitentiarius habendo Prebendam seu Canonicatum tituli Sanctorum Antonii & Leonardi in predicta Eccla collegiata S.m Obm per annos viginti tres, nullum ne minimum quidem proventum ex eadem Prebenda percipiebam et ratione quod eandem Bobentam nullam dotem habere reperi, imo eadem Prebenda non habebat certos collatores, ac ideo antecessores mei & ego ipse per provisionem Apticam dictam Prebendam accepiebamus. Ac idcirco in dotem pauperrimo huic Prebende ultra summa capitalem mille florenorum ex largitione Illustris olim Casimiri Starachowski in eadem Eccla collegiata S.m Obm existente tituli S.ti Antonii & Leonardi canonici collatam & in Bonis Woyslawice in Palatinatu Cracovien Districtu Lelowiensi Anno 1745. inscriptam, ego quoque de bonis mihi a Deo collatis aliam similem summam mille florenorum Polon super Bonis Villae Borzęcłowice in eodem Palatinatu Cracovien Districtu Stolnicien Anno 1742 earum Actis castrens Cracovien inscriptam consignavi & consigno ea ratione, ut predicta summa et census ab eis provenientes in perpetuum spectent ad canonicos suprascripti tituli S.ti Antonii & Leonardi in Eccla collgta S.m Obm Cracovien. Quas quidem summas insimul junctas nemini dnorum meorum nullatenus officientes Authte Ordinaria approbari peto. Consensum vero ab eis provenientem talem ordinationem facio, ut canonicus pro tempore existens pro censu septuaginta florenorum fundationis Szarachowiane absolvat missas duodecem in Ecclesia collegiata S.m Obm per se vel per suum substitutum Presbyterum pro anima Casimiri sacerdotis pro altero vero septuaginta florenorum fundationis mee missas similiter duodecem pro animabus mei & aliorum consanguineorum meorum. Preterea dictus canonicus pro cera et vino tenebit ad sacristiam quotannis et utroq censu dare florenos decem, pro labore vero reliquum summe censualis pro se idem canonicus tollet et convertet. Quia vero dictus canonicatus nullos certos prout superius innui habebat collatores, eidem vero dotem novam ut premissum est adjungo quare supplico Illmo & Revmo Officio, ut intuitu ejusd dotis & quasi novo erectionis mihi indegno sacerdoti jus patronatus adscribat. Quod quidem jus patronatus mihi ad vitae tempora exercere cupio, post fata vero mea illud in collegarum meorum Juris Consultorum Uni-

versitatis Cracoviensis, alias in Propositum Doctores et Professores ejusd Collegii trans-
ferri volo, cum hac duntaxat conditione, ut post decessum meum ad dictum Canonica-
tum cum primum vacare contigerit à me dotatum non alium quam Dnum Albertum Mroziński
Fratris mei germani Joannis Mrozińskí filium presentent, post ejus vero
fata vel status alius electionem, prefati Dni Collega dictum canonicatum
alteri ex ipsa Linea Subjecto capaci et Ecclesiæ libri conferendi habeant po-
testatem. In quorum fidem me manu propria subscribo. Datum Cracovie die tertia Novembris Anno Domini 1747mo. Andreas Mroziński
pria manu propria. = Illmus et Revmus Dnus Epus Cracoviensis
Supranemoratus ipse scripta Literis debitè publicatis, attentis et cadentia
termini in diem hodiernam incidentis, ante omnia Interessatos ignoris ejus-
modi scripta Literis citatos non comparentes contumaces reputavit, et in eo-
rum contumaciam visis Inscriptionibus preallegatis in forma probanti
et authentica productis Summam bis mille Florenorum Polonicalium
in iisdem Inscriptionibus prorecensitam libertati et immunitati Eccle-
siastice ac Ecclesiæ Collegiate Sanctorum et Canonicatui in Eadem Eccle
tituli Sancti Antonii et Leonardi Posesoriq ejusd Canonicatus nunc et pro
tempore existenti ad scripsit incorporavit, addixit, assignavit et applu-
cavit, dictum Canonicatum super Summa predicta innovavit et
dotavit, ac Posesorem dicti Canonicatus nunc et pro tempore existen-
tem ad absolvendas Missas viginti quatuor videlicet duodecem
pro anima Casimiri Sacerdotis, et alias duodecem post fata Ante-
cessoris pro anima ejus et Consanguineorum ejus ipsius in predicta Eccle-
sia Collegiata per se vel alium Sacerdotem et solvendos ad Sacrificia
pro cera et vino annuatim florenos decem obligavit et obstrinxit. Jus-
patronatus activum et præsentandi ad predictum Canonicatum Reposito
Doctoribus et Professoribus Collegii Juridici, passivum vero prima
occurrente vacatione Ubi alterò Mrozińskí alteris ex Fratre
Nepoti reservavit, robur authoritatis ordinariæ et perpetuæ firmi-
tatis adjecit pariter et decretum desuper interposuit, Literasq desuper
necessarias et opportunas in forma solita extradendas decrevit Decre-
ti hujus vigore ad præmissa mediante. Presentibus per Illustri
Adm Rndo Josepho Zarzecki Canonico Cracoviensi Illustrib
Clarissimis Admodum Rndis Magistris Adalberto Skrzynski Eccles Collegiatæ
Sancti Sti Custode Thoma Trembecki U. J. Doctoribus Ecclesiæ Collegiatæ
Sanctæ Annæ, Casimiro Jarmundowicz U. J. Professore Eccles Collegiatæ
Sancti Olim Canonicis, et me Petro Josepho Tahl U. J. D. Curiæ hujus
Illmæ Collati Actuario

Ex Protocollo Actorum Curiæ Illmi Reverendi D. Epi Cracoviensis extractum
Locus + Sigilli Petrus Josephus Tahl U. J. D. Curiæ hujus Illmæ Collati inq Actuarius.

113 Inscriptionum tenores videant infra post 100 prop. chart
fol. 733. 734

N3. Processus de Xma in Piotrkowice inchoatus est in Judicio Curiae Episcopalis A 1749. tandem Causa remissa ad Consistorium.

Possessores istius Altaris fuere hi qui sequuntur

Martinus de Lwowek 1386.

2 Raphael Niewstępny Peregrinus dictus ab Anno 1454 ad annum usq 1467

1 Raphael Plebanus ad Omnes Sanctos fuit altarista eius d Altaris Anno 1445

Stanislaus de Brzeziny Sae Th: Pfr juxta acta Joannis de Stupcza officialis Cracoviensis

Stanislaus Geralt Presbyter circa Annum 1489.

Stanislaus de Pabianice juxta acta Anni 1502 25 Maii

Venceslaus de Koszyce post Stanislaum de Pabianice Successit et institutus est Anno 1509 Jovis 29 9bris

Mathias de Miechocin post Venceslaum de Koszyce institutus Anno 1523 d 1ma Junij

Joannes Lubowiecki institutus Ao 1524 Mart. ultima Maii et fuit possessor istius Altaris ad Annum 1542.

Paulus Makolin post Lubowiecki institutus Ao 1542

Stanislaus Gorski Canonicus Visliciensis post resignationem Pauli Makolin institutus 1545 Venerdi 2. Octobris

Simon Męcinski juxta visitationem Radziwilianam fuit Possessor hujus Altaris circa Annum 1595.

Albertus Gagatkowski post obitum Simonis Męcinski successit institutus Anno 1601. Venerdi 26 Januarii.

Joannes Starowolski 27 Ao 1644. Scribit esse Canonicus

~~Mathias Brachnicki Phiae Dr. Seminarii Dead. Diaec. Vice Praef.~~

~~Mathias Trebinski Curatus in Paleczniea 1696.~~

~~Casimirus Starachowski Curatus in Bierkow fuit ex Provisione Aplica~~

~~Andreas Mrozinski Phiae Dr post Casimirum Starachowski Successit itidem vigore Provisionis Aplicae Anno 1724 11 Octobris~~

fuit tunc Curatus in Lutoszowa

Albertus Mrozinski Curatus in Siedlce ad Praesent. Collegij Juridici institutus Venerdi 22 9bris installatus 28 9bris 1754

Mathias Trelinski Curatus in Palecznica 1696.
Casimirus Starachowski Curatus in Bierkow fuit ex Provisione Aplica
Andreas Mrozinski Phiae Dr pt Casimiru Starachowski successit itidem ex
Provione Aplica Anno. 1724 11 Octob. fuit tunc Curatus in Sułoszowa
Albertus Mrozinski Curatus in Siedlec. ad presentaonem Collegii Juridici
institutus 22 9bris. installatus 23 Nov. 1754 resignavit. 1768.
Franciscus Cwierzowicz 1769.
Laurentius Bularni 1773. U. I. Dres. et Prffes.
Franciscus Marcisrowski Scholar Rni Prorector. 1782. installatus. alium
canonicatum ascendit. Et=
=Mathias Brachucki Poenitt B.V.M. Seminarii academ: Vice Praef: 1788
Instit: installatus, d. 25. Xbr. -91. mortuus Pinczowie.
Carolus Weyss Ph. Dr, Not. Aplicus d. 9. Febr. -92. installatus
Ecclae Archipresb. Poenitens & in Circulo Crac. tit. S. Adalberti Praep.
AR. Mathias Pielikiewicz Curatus in Prędocin
23. 9bris 1796 installatus — die 25 Martii 80
obiit in Prędocin

Erectio Altaris tituli Sacratissimi Corporis in Ecclesia Colleg: SSm. OOm, Cracoviae in Canonicatum postea elevati. deest authentica, et reperiri non poterat, quae vero multo studio meo inventa sunt in Actis de hocce Canonicatu, annotata hic sunto.

Altare seu Praebenda tituli Corporis Christi in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium in Cracovia, cujus Possessor Venerabilis Petrus Gamrath Decanus Plocensis. In domo aciali penes Caemiterium Omnium Sanctorum marc: Octodecem valoris.

Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diaecesis Cracoviensis Anno 1528 conscripto extractum.

Quartus Canonicus. Joannes Szczecinski qui idem est Plebanus in Zaklicyn et Olpiny institutus erectus in proventibus Altaris Sacratissimi Corporis Christi primi Ministerij Jurispatronatus Haeredum de Melsztyn, qui pro dote habet domum lapideam in Civitate Cracoviensi in Platea Castrensi penes Caemeterium OOm SSm, ex qua Census annuus Canonico Viginti marcarum vel secundum locationem vel arendam solvitur. Ratione autem hujus dotis per Vicarios duas lectas in Septimana juxta antiquam Consuetudinem obligatus legit, ex quibus unam pro defunctis Fundatoribus, alteram de Sacratissimo Corpore Christi. Item domum pro Residentia non habet.

Ex Visitatione Kazimirsciana facta Ao 1599 Extractum

Libertationis ejusdem Lapideæ Decretum

Anno Domini 1659 Die Tertia Januarij

Andreas Trzebicki Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cracoviensis Dux Severiæ a Sacra Regia Majestate tum ab universis ordinibus Regni Poloniæ ad infrascripta specialiter datus et deputatus Commissarius, Universis et Singulis quorum interest significamus, quomodo coram nobis personaliter comparens Venerabilis Joannes Zelazowski Adm. R.di Thomæ Barankowicz Canonici Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ Principalis, legitimus prout docuit authentico ex actis Consistorij Cracoviensis documento Procurator, in termino hodierno ex Literis Cridæ legitimè ut apparebat a tergo executis provenientis Lapideam Domum in platea Castrensi penes Cæmeterium immediatè a dextra parte eundo in arcem sitam uti residentialem à Solutione Contributionum et vulgo Pobor dictam liberam declarari petijt et postulavit. Nos vero suprascriptus Commissarius Viso Libro Beneficiorum, attento eo, quod hujusmodi Domus fuerat in fundo ab immemorabili tempore Ecclesiastico lignea ædificata, et nunc recenter per Canonicum muro extructa sitq residentialis, ideo eandem Domum à Solutione Contributionum liberam pronuntiamus et declaramus, ad hujusmodiq Contributiones Solvendas Possessores ejusdem Domus non teneri adinvenimus In quorum fidem datum Kielcys die 3 Janu: 1659.

Ex Actis Actorum Illmi Trzebicki extractum

Oblata ejusdem # Libertationis 563

o Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono
Die Veneris septima Mensis Februarij

am Actis praesentibus plr constitutus Adm Rndus Thomas Barankowic
JUD. Decanus Sandecen, Canonicus Eccla Collta SS. OOm Crac ppli
tenens et habens suis in manibus bina Privilegia originalia, primu
quidem libertationis à solutione contributionum ex duabus domun
culis Decanat SS. OO. Crac. Alterum vero itidem libertationis Do
mus Canonicalis Eccle supraserae possessionis antedicti pplis
de data Kielcijs de 3tia Januarij in anno curren facta et in:
scriptis produxit eademq ad Acta praesen suscipi et ingrossari
petiit: quod inquantum de jure obtinuit. Praesentibus Cancella
riae Notarijs = Quorum quidem Privilegiorum et que
dem primi tenor est talis = Andreas Trzebicki Dei
et Aplicae Sedis graa Eppus Crac Dux Severiae à Sacra
Regia Mtte et ab Universis ordinibus Regni ad infrascra
splr datus et deputatus Commissarius. Universis et singu
lis quorum interest significamus. Quomodo coram Nobis
plr comparens Vblis Joannes Zelazowski Adm Rndi Tho
mae Barankowick Canonici Eccle Collte SS. OOm. Crac Pplis
lgmus prout docuit Authentico ex Actis Conrij Crac docu:
mento Procurator in trno hdrno ex lris Cridae lgme ut ap
parebat à tergo executt provenienti lapideam domum in
platea Castrensi penes Cemeterium immediate a dextra

parte eundo in Arcem sitam uti residentialem à solutione contributionum vulgo Pobor dictt liberam declarari petiit et postulavit. Nos vero supraescrus Commissarius viso Libro Beneficior attento eo qd hmdi Domus fuerit in fundo ab immemorabili tempore merè Ecclesiastico lignea ædificata et nunc recenter per Cancum muro extructa sitque residentialis. Ideo eandem Domum à solutione Contributionum liberam pronuntiavimus et declaravimus, ad hmdiq Contributiones solvendas Possessores ejusdem Domus nō teneri adinvenimus. In quorum fidem ꝛc Datt Kielcijs Die 3tia Mensis Januarij Anno Dni 1659. Andreas Eppus Crac. L+S. Albertus Wosniowski Phæ Dr. Pblcus et Actor Curiæ suæ Illustrissimæ Celsitudinis Notarius.

Ex Actis Actorum Perillis et Rmi Dni Nicolai Oborski Dei et Aplcæ Sedis graā Eppi Crac. extractt

Decretum aliud Libertationis ab omnibus oneribus Lapideæ Canonicalis 1715.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo Quinto Die Veneris Decima Quarta Mensis Junij

Comparens personaliter in publica Causarum audientia Illustris et Adm. Reverendus Christophorus Swiątecki Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Canonicus in Tenczynese Curatus Principalis Actor in Termino hodierno ex dilatione et conservatione Officiosa sub die Mercurij Quinta Mensis et anni currentium judicialiter facta et connotata, tum et reintimatione citationis provenienti contumaciam Nobilium et Spectabilium Proconsulis Consulum totiusq. Magistratus Cracoviensis citatorum non comparentium accusavit, et in eorum contumaciam Inquisitionem Testium Juratorum in Causa inter se Actorem ex una et Citatos infrascriptos occasione superinductionis et locationis militum in Lapidea sui Canonicatus dotali in platea Castrensi acialiter in Cæmeterio Ecclesiæ Collegiatæ SSm. Omnium Sitæ, immunitati et Libertati Ecclesiasticæ ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium adscripta, inquietationis et angarizationis inquilinorum in eadm. Lapidea manentium, ac damnorum eisdm. per milites locatos causatorum aliarumq. injuriarum, Propositione originali fusius de præmissis obloquente in Judicio præsenti mota et vertente produxit et Decretum ferri, in scriptis promul-

gari et debitae executioni demandari juxta Schedam postulavit. Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Joannes Tarło Juris Utriusq Doctor, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis Archidiaconus, Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae Decanus, Parochialis in Chrobert Curatus Judex Surrogatus lectis dictis et depositionibus Testium per utramq Partem inductorum et examinatorum, visis Juribus ac documentis ad eandem causam servientibus in Judicio suo productis, Decretum tulit, quod se in Cancellaria publicaturum obtulit, prout et publicavit de tenore tali: Qui Perillustris et A. R. Dnus Judex Surrogatus supramemoratus visis et lectis Literis Citationis debite ut à tergo illarum apparebat executis ante omnia Citatos diutius ultra horam audientiae expectatos et non comparentes contumaces reputavit, et in eorum Contumaciam visis et lectis, Erectione Canonicatus Actoris, Libro Beneficiorum, Visitationum Anni Millesimi Quingentesimi Nonagesimi Noni, necnon Juribus et documentis ea in Causa productis, utpote Constitutionibus Regni Annorum Millesimi Quingentesimi, Octuagesimi Octavi, Millesimi Sexcentesimi Trigesimi Quinti, Millesimi Sexcentesimi Quinquagesimi Quarti, Millesimi Sexcentesimi Quinquagesimi Quinti sub titulo: O tych placach na letorych Kościoły zasiadły. Item Anni Millesimi Sexcentesimi Quinquagesimi Octavi sub titulo Miasto Krakow et respective Decreto Illustrissimi et Reverendissimi olim Andreae Trzebicki Episcopi Cracoviensis a Sacra Regia Majestate.

jestate et universis Ordinibus Regni Poloniae per Constitutionem Anni ejusdem Millesimi Sexcentesimi Quinquagesimi Octavi Varsaviae in Comitijs Generalibus Sancitam ad id Deputati Commissarij Successivè Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono, Die Veneris Tertia Januarij idq; praevijs Cridae Literis, viso Libro Beneficiorum ad mentem Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi Trigesimi Quinti, qua declaratur Fundos Ecclesiasticos in quibus residentiae Presbyterorum fundatae, erectae et extructae sunt esse liberos ab omni Onere Regni lato, necnon Tariffis Originalibus Dominorum Exactorum Palatinatus Cracoviensis in quibus praedicta Lapidea Libertata a Contributionibus tam Pobory quam Dymowe vigore suprascripti Commissorialis Decreti scribitur, ex quibus quoniam liquide et manifestè deducitur praefatam domum lapideam Acialiter ad latus Caemeterij Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium sitam fuisse et esse Canonicatus Prati dotalem, in eaq; dote praecisè in solo fructu et censu seu arenda ex eadem ab Inquilinis proveniente Canonicum fundatum fuisse et esse, ac propterea uti dotalem ab omnibus Contributionibus et oneribus Regni ac Stativis Militum per praefatam Constitutionem liberam et immunem declaratam esse, eandemq; immunitatem Lege publica et Authoritate Ordinum totius Regni in Comitijs Generalibus Regni firmatam et roboratam esse. Insuper Constitutione nova ac Privilegio novo Speciali Successive in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto pariter in Comitijs Generalibus Regni quo ad eandem Domum lapideam sub tenore tali impertito Kamienica na Cmetarzu Wszystkich Swiętych w Krakowie Prawami

Koronnemi od wszelkich Podatkow uwolniona Lege pre-
senti od Stanowniczych Koronnych Dyspozycyi uwalnia-
my iako rezydencyalną Kanonika tamtecznego à
Stativis Militaribus munitam, visis pariter Regestris
Delatarum, quietationibus de persolutis Contributionibus
Pobor dictis ac dispositionibus seu Paletis Civitatis super
Stativis Militaribus, quod etiam ipsimet Citati agno-
scunt, prout nec possunt negare, alysq visis videndis et con-
sideratis considerandis Partium in Termino Anteriori com-
parentium controversys exauditis, lectis pariter dictis
et depositionibus Testium in causa eadem ab utrinque
inductorum et examinatorum ex quibus deducitur No-
bilem ac Spectabilem Magistratum Cracoviensem contra
propriam scientiam veniendo per suos Ministros et Offi-
ciales ad id designatos indebite et illicitè ad exolvendam
Contributionem Pobor dictam, Inquilinos dictae Lapideae
angarizavisse et eandem exsolutionem extorsisse, insu-
per Stativis variorum Militum summa Oppressione Inqui-
linis per suam dispositionem prout constat ex eadem In-
quisitione et Paletis ex Praetorio et sub sigillo Civita-
tis oneravisse, ad damna multiplicia, ita ut Canonicus
nullum fractum ex eadem Domo perceperit, quinimo
multas expensas erogare pro Conservatione Domus et Evi-
ctione Inquilinorum debuerit causavisse, consequenter
Immunitatem Ecclesiasticam qua gaudet praefata lapi-
dea violavisse, ratione quorum attentatorum licèt
quidem poenas in jure praescriptas succubuerint, nihi-
lominus habita ratione quod Exactio Contributionis
Pobor dictae, citra scitum Spectabilis Magistratus
(prout se justificaverunt in verbo, per Ministros ad

repetendas

repetendas easdem Contributiones designatos sit attentata, ex his et alijs rationibus animum suum permoventibus ab incursu pœnarum hactenus liberos declaravit, cum tamen Causam tantorum damnorum ex Stativis Militaribus Canonico dederint, Contributionem Pobor dictam ut docent quietationes Exactorum Civitatis indebite ac illicite Ministri Civitatis receperint, Citatos ad restitutionem hujusmodi Contributionis exsolutæ, tum compensationem Omnium damnorum eidem Actori taliter causatorum teneri adinvenit, et ne in futurum sub prætextu quovis hujusmodi domum talibus privilegijs munitam, Immunitate Ecclesiastica gaudentem ad Onera quævis inducere et trahere vel Stativis Militaribus, etiam sub prætextu hoc, quod Canonicus in eadem Lapidea Inquilinos qui varios vivendi modos pro suo Statu exercent foveat. Salvis Juribus Civitatis quoad personas Jurisdictioni eorum subjectas eandem etiam Domum inhabitantes, onerare, cum de facto eidem Canonico qui fundatus est in Censu seu arenda dictæ Domus, eadem locatio et conductio Inquilinis quos ultra suam residentiam fovere potest, deducitur esse permissa audeant et præsumant, Et ne pariter Canonicus Inquilinos prout sub tempus possessionis Antecedanei et immediati Canonici observatum, Inquilinos tales qui propinationes clamorosas cum Musica et Hœdera, quæ dedecent Domum Canonicalem simulq Residentialem foveat, Citatis sub pœnis in Jure contra violatores Immunitatis Ecclesiasticæ sancitis, Actori sub pœnis arbitrarijs in casu contraventionis extendendis inhibuit, et ne deinceps in futurum Citati data quavis occasione aliter dictam Lapideam uti in antecessum cum Magno præjudicio Canonici, et non sine dolo Cæqui

Nobiles personas et in dignitate Magistratus constitutas non decet:) vocitent, et cognomine in quibuscunque Scripturis aut delatis alio Scribant, nisi taliter prout in Constitutione Anni Millesimi Sexcentesimi Septuagesimi Sexti videlicet Kamienica Kanonicza na Cmetarzu Wszystkich Swiętych libertowana Serio admonuit, et quatenus Milites ex prædicta lapidea libertata amoveri eandemque evacuari curent mandavit et mandatum executivum ad effectum amotionis Militum cum termino trium dierum, Solutionis vero et restitutionis contributionum per Actorem ex solutarum ac damnorum Omnium eisdem causatorum cum termino quindecem dierum, in casu vero præmissorum similium in futurum attentandorum idem mandatum executivum cum termino trium dierum semel pro semper decrevit presenti Decreto ad præmissa mediante. Præsentibus Perillustribus Illustribus et Admodum Reverendis Martino Węgrzynowicz Sacræ Theologiæ Protonotario Apostolico, Ecclesiarum Collegiatæ Pilecensis Archidiacono, Kielcensi Custode in Iczyca, Andrea Krupecki Cath. Cracoviensis Canonicis in Niegardow et Przemyskow, Joanne Ekartt Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Crac. Cancellario in Koniusza et Lubrzyca, Alberto Godlowski Juris utriusq Doctoribus et Professoribus Sanctorum Omnium Custode in Dziekanowice et Igołomia Curatis, Gasparo Topinski Juris utriusq Professore Sanctorum Omnium Crac. Primicerio et me Antonio Prosperi Publico et Actorum Consistorij Generalis Crac. Notario. Schedæ seu Instantiæ per Actorem productæ de qua fit in Actu mentio tenor Sequitur talis: Christophorus Swiętecki ejusdem Ecclesiæ Sanctorum Omnium Canonicus in Genczynek Parochus

Principalis.

Principalis Actor in Termino hodierno ex Actis et Conservatione sub die Mercurij quinta mensis et anni currentium Judicialiter facta et connotata provenien et Citationis reintimatione contumaciam Nobilium et Spectabilium Proconsulis Consulum totiusq Magistratus Civitatis Cracovien Citatorum in quantum non comparentium nec contradicta et depositiones Testium in Causa inter se Actorem ex una et eosdem Citatos occasione exactionis contributionum ex Lapidea Canonicatus sui Actoris dotali, locationis in eadem Militum prout alias Originalis Propositio fusius obloquitur in Judicio praesenti mota et vertente partibus ex altera excipientium ac Taxiffas seu Instrumenta Delatae mediante Decreto ejusdem Judicij praesentis Die Mercurij Decima Tertia Februarij in Anno currenti lato produci, injuncta non producentium accusavit et in eorum Contumaciam, eadem dicta et depositiones Testium jam alias publicata legi mandari petijt. Tandem post lecta dicta Testium, quoniam ex ipsdem dictis et depositionibus praevio Juramento in Officio praesenti examinatorum plene et evidenter deducitur, quod Nobilis ac Spectabilis Magistratus Citati, licet optimam notitiam habeant Domum seu Lapideam per olim Joannem Canonicum Tarnoviensem Partis muratae Ecclesiae SSm Omnium Crac: Plebanum, una cum alijs duabus lapideis Originaliter in Areis Caemeterij dictae Ecclesiae Sanctorum Omnium olim Parochialis ad praesens vero Collegiatae Muratam, Circa Annum vero Millesimum Sexcentesimum Quinquagesimum per Simonem Kochovium Sanctorum Omnium Canonicum reaedificatam et restauratam, ad Canonicatum suum Spectantem et pertinentem, quondam a Possessoribus suis Canonicis Simone Kochovio Kochowska, Thoma Barankowicz Barankowiczowa

Barankowiczowa ad presens vero pod Lipką vulgo dictam ejusdem Canonicatus dotalem immunitati Ecclesiasticae per Erectionem de Anno 1490 Die Mercurij 24 Martij Decreto Reverendissimi olim Friderici Episcopi Cracoviensis in Ilza lato factam et subsecutam, multiplicibus privilegijs Statutis et Constitutionibus Regni. Et primo quidem Constitutione Anni 1588 titulo o Dobrach Kościelnych. 2do Anni 1635. titulo de Libris Beneficiorum 3tio Anni 1654 titulo deklaracya podatkow. 4to Anni 1655. titulo o tych Placach na ktorych Kościoły zasiadły. 5to Anni 1658. titulo Miasto Krakow 6to Decreto Illustrissimi et Reverendissimi olim Domini Andreae Trzebicki Episcopi Cracoviensis uti à Sacra Regia Majestate et Universis Ordinibus Regni Poloniae per dictam Constitutionem Varsaviae in Comitijs Generalibus Anno 1658. d. 2. Junij Sancitam Specialiter dati et deputati Commissarij Anno 1659 Die Veneris Tertia Januarij lato, ab omnibus oneribus et Contributionibus Regni, ac novissime Privilegijs et Constitutionibus Generalibus Regni Anno 1676 sicut in antecessum Juribus Regni ab omnibus Oneribus et Contributionibus libertatam prout eadem Constitutiones per expressum obloquuntur sub tenore tali: Kamienicę na Cmetarzu Wszystkich Swiętych w Krakowie Prawami Koronnemi od wszystkich podatkow uwolnioną Lege presenti od Stanowniczych Koronnych dyspozycyi uwolniamy, iako rezydencyalną Kanonika tamtecznego, etiam à Stativis Militum liberam et immunem fuisse ac esse, prout ipsimet Judicialiter in praedicto anteriori termino sub die Mercurij 13 Februarij Anno currenti in Judicio praesenti, ac etiam in suis ex adverso Interrogatorijs die Lunae 25. Februarij Anno currenti in Judicio praesenti porrectis agnoverint, nihilominus in praejudicium indemnitatis Ecclesiasticae ac convulsionem Jurium

Regni

Regni recenter ab aliquot annis, Primo ad prædictam Domum seu Lapideam in Cæmeterio Ecclesiæ Sanctorum Omnium sitam Canonicalem dotalem totaliter ut præmittitur etiam libertatem et toto tempore ipsam Libertatibus et immunitatibus gaudentem executiones ad exigendas contributiones Pobor dictas superimmittebant, prout Testes ex parte Actorea 1mus 2dus et 3tius, ad 1mum Actoris. 3tius et 5tus ad 4tum Citatorum, Testes ex parte Citata ordine 6to 9nus et 10mus ad primum Actoris Interrogatorium positi, Secundo quod Authoritate sua reportationes Militum ad Lapideas Civitatis faciendo etiam ad Lapideam sui Actoris libertatem sub Ordinationibus seu Paletis scriptis ejusdem Civitatis suæ sigillo signatis, ac Prætorianorum hominum ministerio eosdem Milites reducebant et in ea locabant, ac Tariffam Lapidearum seu Delatam Officialibus Præsidiariorum tradendo, etiam Lapideam sui Actoris, ac si Ecclesiasticæ Libertati non adscriptam in ipsam Delatis porrexerunt et pro Stativis designarunt ut Testes ex parte Actorea 1mus ad 3tium et 5tum, 2dus ad 1mum, 3tius ad 3tium 5tum, 8vum, Actoris Interrogatorium, et ad 5tum 6tum Citatorum, 4tus ad 3tium 7mum 8vum, Actoris, et 6tum Citatorum, 5tus ad 3tium Actoris, Testes ex Parte Citata ordine 6tus ad 3tium Actoris et 6tum Citatorum, 7mus ad 3tium Actoris, 9nus ad 2dum et 3tium Actoris Interrogatorium, tum quod ad continuas tam Moderni actoris ;/ undecem vicibus tempore hyemali stantibus intensis frigoribus, mensibus Decembri et Januario in Prætorio plene existente Magistratu et Consilio libertatem gravaminosæ executionis postulantis imo exorantis :/ quam Antecessoris sui immediati postulationes, et dignissimarum Personarum interpositiones in majus præjudicium Ecclesiasticæ libertatis, licet

pro illo tempore repartitionem Militum in sua dispositione habuerint pertinaciter Lapideam evacuare noluerunt, jugum Servitutis Lapideæ libertate prædictis Stativis Militum importarunt, ideoq minime relevari suis allegationibus possunt, quod videlicet jam non in illorum dispositione sit repartitio Militum ut testes ex parte Actorea 1mus ad 4tum et 5tum, Secundus ad 1mum et 3tium, 3tius 4tus 5tus ad 4tum Actoris ex parte Citatorum ordine 6tus ad 3tium, 7mus ad 4tum Actoris Interrogatorium. Tertio quod eandem lapideam Libertatam ad Cassam seu Exactores Contributionum vulgo Dymowe quasi oneribus æque ac aliæ non libertatæ subjectam, angustam licet et parvullimam ad solvendas easdem Contributiones Dymowe idq in tanta quantitate, ut amplissimæ summæ fructificantes Lapideæ solvunt ex sex videlicet fumis seu Dymy porrexerunt ut testes ex parte Citata Octavus ordine ad 8vum, 9nus ad 9num eorundem Citatorum Interrogatorium: Quarto quod à possessione sui Actoris hædera seu signum propinationis ante Lapideam prædictam non exponitur, nec choreæ in ea exercentur ut Citati in Interrogatorio suo tertio objiciunt, /: licet etiam non obstaret propinatio honesta et modesta, cum plerumq etiam tabernæ in dotes Ecclesiarum et Altarium donentur et inscribantur, multo magis cum Actor nullum alium etiam pro ipsa saltem conservatione Domus prædictæ habeat proventum, præter quem à Conductoribus et Inquilinis percipit:/ Sed ea omnia Actor ab initio possessionis suæ prohibuit, quod ipsum licet Excellens Dominus Regens Cancellariæ Conv. præsentis Citatorum Causæ præsentis Patronus utpote auritus et oculatus circa Introductionem sui Actoris in prædictam Lapideam istius prohibitionis testari sufficientissime potest, ut et in præsenti audientia testatur, nihilominus testes omnes conformiter deposuerunt et recognoverunt, Ideo inhærendo

ipsdem

ysdem depositionibus juratorijs ex quibus licetsi pro missa evidenter probantur et sufficientissime deducuntur, insistendo nihilominus in supplementum etiam documentis, instrumentis ac testimonijs literatorijs jam alias in Judicio praesenti in anterioribus terminis productis, et quidem primo quo ad exactionem contributionum Pobor dictarum quietationibus binis de eisdem ad manus Exactorum Civitatis, itidemq binis a Dominis Exactoribus Palatinatus Cracoviensis idq ex Delatione Citatorum sive ulla libertatis Lapideae restrictione et mentione (: ut se in supradicto anteriori termino et in Interrogatorijs suis, quod cum restrictione Delatas tradiderunt defendebant:) quinimo cum nova excessiva actione quotae tam quo ad Pobory quam Dymowe, a qua contributione Dymowe licet per Dominos Exactores Palatinatus etiam in Judicijs Fiscalibus ut verè libertata libertabatur, in praejudicium evidens Jurium et Constitutionis Regni de Anno 1629 sancitae porrecta, habitis et obtentis. Deinde quo ad repartitiones ex paletis Civitatis Militum per Citatos locatorum, testimonijs Perillustris et Admodum Rdi Josephi Jordan Canonici Cathedralis Crac: Archidiaconi Sandecensis, et altero in forma instrumenti Publici confecto, ac tertio Nobilis Leytnant Militum Praesidiariorum Praefecti, Item quarto testimonio quo ad Dymowe, Ad extremum Regestris expensarum ex dicta Lapidea in Praetorio productarum et juramento Arendatoris Lapideae Actoris die 24 mensis Maij Ao 1712mo comprobatarum, Nobiles ac Spectabiles Personas in Magistratu constitutas ob deductas superinductiones et dimanatas locationes Militum ad lapideam privilegiatam libertati et Immunitati Ecclesiasticae adscriptam, per idq violatam immunitatem, ac oneris indebiti impositionem, et contributionum vulgo tam Pobory quam Dymowe auctionem, sive verius tanter qualiter per Delatas Lapideae sub varijs nominibus

nunc sub nomine Barankowiczowa, nunc sub nomine Balickiego, nunc sub nomine Kamienica Księży Wszystkich Swiętych nunc sub nomine pod Lipką sub ipsdemq diversis nominibus acsi diversas lapideas et distinctas sine omni restrictione libertatis faciendo (: idq propter decessum solvendarum per Civitatem Contributionum eidem Civitati obtinendi:) porrectionem in Excommunicationem Bullae Coenae Domini incidisse et incurrisse declarari, facta declaratione pro absolutione ad quem de jure remitti, ne amplius similia attentare audeant ipsdem sub poenis inhiberi, in eventum Inhibitioni contraventionis mandatum executivum semel pro semper decerni, damna tam per exactiones Contributionum Pobory, qm delationes pro ipsdem Contributionibus Pobory et Dymowe ad Cassam sine omni restrictione libertatis ut supra porrectas per locationes Militum causata compensari et resarciri, evacuationem Militum siquidem Actor licet pro persona sua mansionem in eadem lapidea reservaverit, nihilominus propter illorum Stativas et locationes, neq res suas in tuto conservare, cum Obserationes et Sigilla a Mansionibus abripuerint, nec ipse met Actor pacate Caput suum reclinare possit, cum ipsdem indiscreti milites per Citatos locati etiam Personas Ecclesiasticas Presbyterales minime reverendo in dicta lapidea probrosissime tractaverint et colaphizaverint, prout haec omnia ex ipsdem Juratorijs Ami 2di et 3ty ex parte Actorea Testium ad 6tum et 7mum Actoris Interrogatorium depositionibus probantur, demandari, in expensis Litis condemnari. Se vero Actorem penes Jura, Privilegia Statuta Constitutiones Decreta conservari. Et quoniam nullum alium praeter solam Lapideam in dotem sui Canonicatus ac in vim supportationis onerum et obligationum per pios Fundatores impositarum, tum pro Conservatione et reparatione dictae Lapideae plurimum

desolatae

desolatae habeat, se circa immemorabilem et immediatam possessionem /: non obstante allegatione et objectione Excellentiae Patroni Causae Citatorum in moderna audientia post lectam Inquisitionem factt, quasi ipsemet Canonicus non autem quispiam alius Inquilinus Lapideam inhabitare debeat :/ mansiones ejusdem Lapideae inquilinis conducendas juxta expressas obloquentias. Et quidem primo in ipsamet Erectione Originali in haec verba: Item habet Ecclesia tres Domos muratas sibi invicem conjunctas et adjacentes Caemeterio ejusdem Ecclesiae Sanctorum Omnium contiguas, seu censum ex ipsdem de quo annuatim secundum majus et minus possent convenire. Secundo in Libris Beneficiorum Retaxationum in tenore tali: Altare seu Prebenda tituli Corporis Christi in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium in Cracovia, cujus Possessor Venerabilis Petrus praefatus Gamratt 8 in Domo aciali penes Caemeterium Sanctorum Omnium haereditaria Altaris, valor Altaris marcarum Octodecem. Tertio In libro Visitationis de Anno adhuc 1599. tenoris talis: Quartus Canonicus Joannes Szczecinski qui idem est Plebanus in Zakliczyn et Olpiny institutus, erectus in proventibus Altaris SSmi Corporis Christi primi Ministerij Juris Patronatus Haeredum de Melsztyn, qui pro dote habet Domum Lapideam in Civitte Crac: in platea Castrensi penes Caemeterium OOm Sanctorum ex quo census annuus Canonico Viginti Marcarum vel secundum locationem et arendam solvitur, quem Censum Marcas seu arendam a tanto tempore ante annos fere trecentos practicatam certe non a se ipso Canonicus, nisi ab Inquilinis Conductoribus percipere ut solebat debet: propterea que in Omnibus supraspecificatis Regni Constitutionibus et Statutis, quamvis inter Civitatem Crac et Spirituales Personas et respective inter Canonicum Thomam Barankowicz sui Actoris Antecessorem super praemissis Contributionum exactionibus controversia et differentia oriebantur, nulla prohibitio de non conducendo Inquilinis mansiones fuit et est facta, aut.

Salva aliqua reservata, cum etiam ipsismet Citatis hujusmodi Inquilini persolutionem a personis et modo vivendi fructificent manuteneri et conservari, debita cum Instantia postulavit.

Ex Actis Actorum Officialatus Crac: extractum

A° 1671 d. 18 Xbris Hæres in Melsztyne protestatus est de et contra nullitatem Institutionis ob ingestionem se aliorum Patronorum ad Præsentationem in Actis Oborskei

Anno Domini 1532 Mercurij 29 Maij

Constituti coram Reverendissimo in Christo Patre et Domino Domino Petro Dei gratia Episcopo Cracoviensi et Regni Poloniæ Vicecancellario et apud acta præsentia Venerabilis et Rdus Dominus Stanislaus Scholasticus Scarbimiriensis et Præbendarius seu Altarista Corporis Christi in Ecclesia Obm Sanctorum Crac: et Possessor ratione fundi dictæ Præbendæ Domus acialis Cæmeterio Obm Sanctorum contiguæ ex una, et Martinus Serifaber et Horologista de Cracovia parte ab altera, sponte et libere et animo optime deliberato recognoverunt et quilibet illorum pro parte sua recognovit talem inter se fecisse contractum occasione Domus seu Lapideæ muratæ fundi dictæ Præbendæ seu Altaris Corporis Christi in suis ædificijs et structuris attritæ et per ignis voraginem nuper sævientem annihilatæ in hunc qui sequitur modum. Ita videlt quod dictus Dnus Stanislaus Præbendarius seu altarista attendens non posse se sufficere dictæ Domus reædificationi et restaurationi, quæ magnas impensas et sumptus exigebat, cupiensque suæ et successorum suorum Præbendariorum sive Altaristarum Corporis Christi pro tempore existentium commoditati consulere. Domum prædictam in acie sitam, et ad Præbendam Corporis Christi spectantem et pertinentem dicto Martino Serifabro ad tres duntaxat vitas, videlicet ipsius Martini, Uxoris suæ modernæ, et prolis unius condescendit contulit et confert ad inhabitandum locandum et in usum suum beneplacitum

convertendum

convertendum plenè et integrè sub ea tamen conditione, ut ipse Martinus Serifaber Centum et quinquaginta florenos pecuniæ monetæ et numeri Polonicalium in quemlibet triginta grossos usuales computando pro reædificanda et restauranda Domo prædicta impendat, et dictam domum summa prædicta reædificet et restauret, et restauratam in ædificijs suis impensis manuteneat; prout melius et utilius ipsi videbitur expedire, prout dictus Dominus Stanislaus Altarista et Præbendarius recognovit ipsum Martinum ad triginta florenos in moneta ac summa centum quinquaginta florenorum pro reædificatione dictæ Domus jam expendisse, de quibus ipsum Martinum quietavit et liberum dimisit. Et ut etiam censum annuum sexdecem marcarum pecuniæ monetæ et numeri Polonicalis quamlibet marcam quadraginta octo grossis computando singulis annis pro duabus rathis modernus et pro tempore existens Præbendarius seu Altarista Corporis Christi in Ecclesia Omnium Sanctorum, videlicet pro festo Paschæ octo marcas, et pro festo Sancti Michaëlis reliquas octo marcas impendat et persolvat. Ad quam reædificationem Domus et annis singulis census sexdecem marcarum solutionem dictus Martinus Serifaber se successoresq suos submisit et obligavit, ea tamen lege, ut modernus et pro tempore existens Altarista seu Præbendarius Altaris Corporis Christi tuerentur, et expeditam facerent tanquam Juri spirituali subjacentem ab Jure et consuetudine simili et exactione quocunque modo statuta et laudata ac contributione quacunque, præter custodiam, quam ipse Martinus absolvere tenebitur. Casu vero quod dicta Domus jam reædificata et restaurata (: quod absit :) per ignis conflagrationem rursus in suis ædificijs demoliretur et annihilaretur, ex tunc eo casu Altarista modernus et pro tempore existens debebunt et tenebuntur duas partes sumptuum ad reædificandam dictam Domum impendere et persolvere, ipse vero Martinus aut successores sui tertiam partem similium sumptuum impertient et impendent, ubi

verò Altarista pro tempore existens duas partes ad reædificandam dictam Domum per temeritatem et vel aliam quamcunque causam sumptuum impendere nollet, ex tunc prædictus Martinus aut Successores sui eandem Domum suis impensis et sumptibus reædificarent, et duas partes sumptuum quas Altarista seu Prebendarius et Dominus Domus impendere negligeret de censu singulis annis impendendo defalcarent et detraherent, nec tenerentur eo casu ad solutionem census usq ad totalem extenuationem summæ duarum partium pro ædificatione Domus pro Altarista impensarum et expositarum. Postquam autem tres vitæ jam extenuatæ fuerint, ex tunc jam dicta Domus rursum redibit ad Altaristam modernum et pro tempore existentem pleno Jure nullius contradictione obstante. Quem quidem contractum partes utræq approbaverunt, emologaverunt et confirmarunt, et ad standum parendum eidem se successoresq suos hinc inde sub Censuris Ecclesiasticis obligaverunt. Quo facto et in continenti Generosus Dominus Joannes Jordan de Melsztyn suo et Fratris sui Szytkonis minorennis cujus Tutorem se fore asseruit nominibus de ipsius rato et cavendo coram me Notario Publico et Testibus infrascriptis personaliter constitutus dictum Contractum ratum et gratum habens, omnibus et singulis in eo contentis consensum suum vivæ vocis oraculo factum præstitit, ac eidem in nullo contradixit, imo omnia et singula in eo contenta firma esse voluit. Præsentibus Generosis Dominis Joanne Ruchcinski et Stanislao Lassota Aulicis Regiæ Majestatis. Et in continenti partes præfatæ videlicet Dominus Stanislaus et Martinus utrinq dictum contractum in omnibus punctis clausulis et articulis per Rdsmum Dominum approbari confirmari et ratificari petierunt. Et Reverendissimus D. contractum præmissum in obus punctis clausulis et articulis approbavit confirmavit et ratificavit, ac illi robur et Decretum suum interposuit. Præsentibus Vbus Dominis Georgio

NB.

Myszkowski

Utriusq Juris Doctore Cancellario Curiae, Stanislao Borek Canonicis Cracoviensibus Zygismundo Myszkowski, Petro Burzynski, M. Laurentio Wolbort testibus ad praemissa vocatis atq rogatis, et me Nicodemo Przeminski praesentis Actus scriba.

Ex Actis Actorum Rdmi in Christo Patris ac Domini D. Petri Tomicki Episcopi Cracoviensis extractum.

Anno Domini 1538. Veneris 14 Junij

Sententia Definitiva alias Decretum Institutionis ad Canonicatum et Praebendam tituli et Invocationis Divinissimi Corporis Christi in Ecclesia Collegiata Obm Stm Crac: pro parte Venerabilis Dni Alberti Kiiewski Canonici Vladislaviensis et Varmiensis post mortem Vbis olim Stanislai de Cracovia Scholastici Scarbimiriensis ad praesentationem Gnosi Dni Joannis Ocieski Notarij Terrae Crac: vigore Donationis pro una vice Juris Patronatus per DD. Joannem et Laurentium Spytek Jordanowie eidem Ocieski factae in Actis Rdmi D. Thomae Roznowski Canci et Sede vacante Administratoris D.

Anno Domini 1560 die 18 Augusti

Ad Altare Corporis Christi seu Canonicatum in Ecclesia Ob Stm institutus est Rdus Joannes Modlinski ~~pro~~ ad praesentationem Honorati Cieszynski Horologistae, idq post obitum A. R. Alberti Kiiewski Canci Ob Stm tituli Ssmi Corporis Christi.

Ex Actis Actorum Rdmi Izbinski extractum.

Anno Domini 1587. Veneris X. Aprilis.

Nobilis Bartholomaeus Lisowski Plenipotens Rdi Joannis Modlinski Praebendarij seu Altaristae tituli Corporis Xsti in Ecclesia Collegiata Obm Sanctorum Crac: Actoris, prout de

sua plenipotentia ad Acta incontinenti docuit producta citatio-
ne debitè ut apparebat executa contra Famatum Nicolaum
Frankowski Civem et Pellionem Crac: ex adverso Principalem
verbo proposuit. Quia ille Domum acialem Cæmeterio Omn
Sm Cracoviæ contignam nescitur quo Jure occupavit, tandem et
res mobiles per Famatum olim Martinum Cieszewski Seri fa-
brum et Horologistam ultimæ uxori testamentaliter legatas
clauserit, nec easdem extradere voluerit. Et proinde tanqm
Executor dicti olim Martini Cieszewski eundem ad deoccupati-
onem Domus et extraditionem rerum cogi et compelli petytae
postulavit. In præsentia dicti Nicolai Frankowski
asserentis se non temere occupâsse domum illam, sed vigore Ple-
nipotentiæ sibi à Famato Martino Cieszewski Cive Stro-
matario Posnaniensi et Filio Ptati Martini Cieszewski Ho-
rologistæ Crac: concessæ se id fecisse, quem dixit vigore In-
scriptionis advitalitij; quam in continenti exhibuit, ad dictam
Domum Principalem suum Jus habere. Quod autem attinet
res mobiles post mortem memorati Martini Horologistæ derelic-
tas eas dixit à se non occupari, sed ex Officio Consulari ad
suam requisitionem sigillatas et clausas legitimo successori
Martini Horologistæ asservari extradend. Ex adverso dictus
Dnus Bartholomæus Lisowski dixit res istas tantus per perti-
nere ad ultimam uxorem ejusdem Horologistæ. Quo ad du-
centos florenos Hungaricales ipsi testamentaliter in rebus
istis derelictis et legatis effectualiter repositi extraditi fu-
erint. Cæterum quod attinet Inscriptionem advitalitatis
ea tametsi in suo vigore sit habenda, nihilominus tamen
successor dicti olim Martini Horologistæ, sive illius pleni-
potens possessionem ejus Domus inconsulto Domino fundi
accipere non potuit nec debuit Et Reverendissimus
Dominus Vicarius et Officialis Snrkis Cracoviensis impri-
mis arestum

arestum seu Inventarium rerum post olim Horologistam relictarum ab Officio Civili in Domo Spirituali Jurisdictioni Subjacenti factt cassavit et annihilavit. Et quia inconsulto Domino Fundi et ejus Plenipotente dictus Nicolaus Frankowski nomine sui Principalis possessionem dictae domus ex mandato Consulum Cracoviensium ad quos Domus eadem minime pertinet apprehendit, ideo talem possessionem nullam declaravit. Verum ut praefatus Dominus Bartholomaeus Lisowski Plenipotens Domini Fundi, praefato Nicolao Frankowski Plenipotenti Martini Czeszenski Aromatarij Posnaniensis Successoris Martini Horologistae, demum per Notarium publicum realem et actualem Possessionem in dictam Domum det mandavit. Quiquidem Nicolaus Frankowski Domino Fundi Domus illius sive Nobili Bartholomaeo Lisowski Plenipotenti sexdecem Marcas in Singulos annos juxta Inscriptionem Advitalitialem per rathus solvet, Domum eandem ubi opus fuerit reparabit, et census similiter a quocunque tempore retentos, si et inquantum sunt legitime retenti idem Nicolaus Frankowski Altaristae Corporis sive illius Plenipotenti ut persolvat decrevit hac sua Interlocutoria ad praemissa mediante Praesentibus Honorabilibus ac Discretis Jacobo a Malurny Vicario Ecclesiae Cath. Crac. Stephano in Mogilany Plebano, Joanne Przeborowski et Bartholomaeo Wąchocensi ad praemissa testibus.

Ex Actis Actorum Rdi Domini Staniskii Maniecki Vicarij et Officialis Gnrlis Cracoviensis extractum

Anno Domini 1595. Veneris 12 Maij.

Vblis Dnus Joannes Szczesninski Altarista tituli Corporis Christi in Ecclesia Obm Stm Crac: oblata Citatione debite ut apparebat executa in et contra Famatum Mathiam Zasanski Aurifabrum et Civem Crac: Conductorem Domus propriae ejusdem Altaristae ad dictum altare pertinent proposuit. Quod ipse Censum

juxta contractum ex eadem Domo provenien et Anno praeterito retenu solvere requisitus recusat, petens eundem ad solutionem Juris medijs cogi et compelli. In praesentia ejusdem Mathiae Zalanski conductoris allegavit praefatum Altaristam juxta contractum pro reparatione ejusdem Domus debere defalcari duos grossos. Ex adverso replicavit dixit Altarista dictos duos grossos tunc defalcari debere cum (quod absit) domus denuo combuberet et in continenti probavit hujusmodi contractu. Et Rdmus Dominus Nicolaus Dobrocieski JUD. Cancus Crac. et suae Illmae Celsitudinis Cancellarius auditis Partium Propositis et responsis non obstante allegatione citati solutionem hujusmodi census in octava decrevit. Praesentibus tunc Reverend et Ubilibus Dominis Joanne Foxio JUD. Scholastico Scarbimiriensi Auditore Causarum. Joanne Brzezinski Instigatore, Stanislao Radzicki Artium Magistro, et me Alberto Bolkowski Publico notario.

Ex Actis Actorum Illmi et Rdmi Domini Georgij Radziwil Cardinalis, Perpetui Administratoris Episcopatus Cracoviensis extractum et desumptum.

113 In Domo ista nunc Canonicali fuit olim Residentia Plebani Ecclesiae Ob Sm ut constat ex Descriptione Lapidearum earumq dimensuratione in Platea Castrensi, quae facta descriptio est Ao 1412 in Actis Cons. Crac.

Primo Domus Plebani Omnium Sanctorum habet in longitudine ulnas 17. in latitudine ulnas 11.

Domus Chottenring habet in longitudine ulnas 12. in latitudine ulnas 10.

Domus Czeginkop habet in longitudine ulnas 12 in latitudine ulnas 10. Et sic consequenter describuntur Domus suo ordine locatae usq ad Plateam Castrensem ut videre est in ipsdem Actis Anno praefato 1412.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Secundo Die
Mercurij Undecima Maij

Vbtes Domini Nicolaus Wroblowski Canonicus Crac et Sandomiriensis et Sanctorum Omnium in Cracovia Praepositus ex una et Joannes Wysocki Decretorum Doctor Canonicus ibidem ad Omnes Sanctos in Cracovia partibus ex altera coram Dno et apud acta praesentia personaliter constituti non vi dolo fraude metu aut aliqua sinistra machinatione circumventi, sed de certa eorum scientia animis ut ajebant sufficienter deliberatis proinde attendendo quod litium eventus dubij existunt. Omnes et singulas lites, quaestiones differentias et dissidias inter eos de et super certo censu annuo de domo ipsius Dni Joannis Wysocki ad suum Canonicatum sive praebendam Ecclesiae praedictae Sanctorum OOm in Cracovia spectant juxta eandem Ecclesiam in Acie ex parte dextra versus meridiem sita dorsum protendens versus Scholam Ecclesiae praefatae SSm OOm in Crac proveniente illiusq occasione quomodolibet exortas extinguere et eis finem impone ac viam amicabilis compositionis amplecti volens, omnibus melioribus modo via jure causa, et forma, quibus melius et efficacius potuerunt et debuerunt ac quilibet eorum potuit et debuit in unum consenserunt et se amicabiliter in unum composuerunt et concordarunt in hunc qui sequitur modum, primo omnes lites quaestiones differentias et discordias inter eos praemissarum occasione quomodolibet exortas sopiverunt extinxerunt et mortificarunt perpetuè et in aevum. Deinde ipse Dnus Joannes Wysocki concordiae hujusmodi acquiescens ac eidem satisfaciendo unam marcam cum media pecuniarum census annui de praefata domo provenientis sibi Dno Nicolao Wroblowski pro parte condescendit ac se eidem censum unius marcae cum media praefatum singulis annis perpetuisq temporibus solutionem primam pro festo S. Michaelis proxime venturo incipiendo soluturum obligavit sub censuris Ecclesiasticis. Quae omnia et singula praemissa ipsae partes hinc inde principales admitti approbari et confirmari per Dominum instanter postularunt.

Et Dnus quantum de jure admisit approbavit et confirmavit omnibus et singulis supradictis authoritatem ordinariam interponendo prout et Decretum. Praesentibus ibidem Honorabilibus Dnis Stanislao in Białykoszot et Andrea de Pokrzywnica in Gay Ecclesiarum Parochialium Rectoribus Testibus ad praemissa

Ex Actis actorum Rndi Joannis de Baruchow Off. Crac. Extrm.

Ordo seu Series Canonicorum fundi Sacratissimi Corporis Christi

Quoniam deest Originalis Erectio istius Canonicatus et Altaris unde origo Canonicorum istius tituli ducitur usq ab Erectione Ecclesiae seu elevatione illius in Collegiatam quae subsecuta est Anno 1490.

Petrus Wapowski primus Canonicus A 1490

Joannes Wysocki Decretorum Doctor institutus A 1491. die Ultima Maii. Deinde Videatur actus obligationis illius A. 1502 die Merc. 11 Mensis Maii in actis Joannis de Baruchow.

Petrus Gamrath Decanus Plocensis ut testatur Liber Retaxationum Anno 1529 conscriptus

Stanislaus de Cracovia Scholasticus Scarbimiriensis in actis Tomicki Ao 1532 Merc. 29 Mai institutus Ao 1528

Albertus Kiiewski Canonicus Vladislaviensis et Varmiensis post Stanislaum de Cracovia institutus Anno 1538. Veneris 14 Junij

Joannes Modlinski post Kiiewski institutus Anno 1560 v 1566 18 Augusti, adhuc vixit Anno 1587 x Aprilis

Joannes Kilkowski Canonicus Ssm Obm fuit Anno Dni 1590.

Joannes Szczesninski post Kilkowski institutus 7 Febru: 1592 fuit Parochus in Zakliczyn et Olpiny

1755. Lunæ 20. 8bris 585

A. R. Stanislaus Dobrakowski juxta Citt: In præsentia Illris Clarmi Casimiri Jarmundowicz Procuratoris &c. quoniam ex revisione per Commissarios ex Decreto Judicij præsen deputatos Domum Lapideam desolatam summæq pro reparatione ejusdem expensæ ad summam 7000. desiderantur, ideo ad fundum quasi non extantem instituti non posse dicentis. Perillris et Rndmus Dnus Officialis &c inhærendo Literis Præsentationum favere Actoris per Patronos dictæ Præbendæ Canonicatus Melsztyani tit: SSmi Corporis Xsti in dicta Eccla Collta SS. OO. fundatt expeditt instituendum decrevit. Et eidem imposuit quatenus quantocyus labenti Domui Lapideæ sui fundi invocato auxilio Mfcorum Patronorum succurrere curet. Præsentibus &c.

Concordat cum Terminatis Actorum. Collationatt per me Bartholomæum Majowski Aplicum Notarium

mpp

Joannes Gładysz post Joannem Szczesniuski in
stitutus Anno Dni 1619 d 12 Julij

Simon Koch fuit Canonicus ~~1657~~ Ao 1640 Desit 1657
Thomas Baranskowicz post Simonem Koch
institutus Anno 1657 d 24 Septembris
Stanislaus Cezary post obitum Thomae Baran-
kowicz institutus est A 1671 d 11 Martii.
Casimirus Roscicki post Cezary institutus
eodem Anno 1671. d 2. Decembris
Franciscus Balicki post obitum Casimiri Roscicki institutus 1694 d
22 Martij.
Michael Trzebinski Curatus in Wasniow
fuit Canonicus ejusdem fundi patet ex Visi-
tatione Lubieniana Anno 1711 expedita
Adamus Czeladzinski Sandecens Praepositus
Officialis Becensis institutus Ao 1712 d 6 Maii.
Christophorus Swiątecki Curatus in Wąctawice
et Tenczynek post Czeladzinski institutus est
Anno Domini 1714 d 6. Octobris resignato alio Canonicatu.
Josephus Zakrzewski Curatus in Jurkow post
obitum Christophori Swiątecki institutus
Anno Domini 1727 Mense Februario.
M. Thomas Muszynski U. J. Dr. S. Th. Professor
Praepositus S. Nicolai post resignationem ejus
dem Canonicatus per Illustrem Zakrzewski fa-
ctam institutus Anno 1749 Mense Decembri.
Stanislaus Kostka Dobrakowski Ph. Dr. Praetentatus ad
eundem Canonicatum petiit se institui sub die Veneris 29 No-
vembris 1754 sed ex interventione Illustris Procuratoris
Capituli, suspenso negotio decreta est Revisio ejusdem
Lapideae ruinosissimae in fundum huius Canonicatus data

482

Tandem in Octobri Anno 1759. institutus & installatus 28 Octobris

Erectio Altaris seu Præbendæ Sanctorum Quatuor Evangelistarum.

Ad Officium et Acta præsentia Castrensia Capitanealia Cracoviensia personaliter veniens Famatus Joannes Pacolikowicz Civis Crac: obtulit eidem Officio præsenti Castrensi Capitaneali Cracoviensi ad acticandum Literas infrascriptas Erectionis in Pargameno scriptas ad Molendinum Kocielny ex antiquo vocitatum in Villa Prądnicze Situm Sui Offerentis hæreditarium spectans et servien. Sigillo pensili in zona ex pargameno facta appenso, et in cera rubra expresso obsignatas, petens easdem Erectionis Literas a se offerente suscipi et in Acta sua inscribere mandari. Cujus affectationi Officium præsens annuendo præfatas Literas Erectionis à prædicto offerente suscepit et in Acta sua inscribere mandavit. Quarum tenor sequitur est talis. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Joannes de Rzeszow Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cracoviensis Sollicitudine Pastoralis Officij quæ nos superna visitavit clementia promoti, dum singula humeris nostris imposita frequenti meditatione revolvimus ad ea potissimè mentis nostræ convertimus intuitum per quæ animas fidelium Jesu Christi sanguine redemptas lucrifacere videamur. Libet profectò nobis pia vota supplicum nostris confirmare præsidijs, ut pro his quæ seminaverunt in terris, perennem gloriam inter Sanctorum mansiones consequi mereantur in cælis. Proinde significamus tenore præsentium quibus expedit universis præsentibus et futuris præsentium notitiam habituris. Quomodò coram nobis personaliter constituti, et comparentes Venerabilis et Generosus Dnus Petrus de Dąbrowka Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ Sandomiriensis et Stanislaus Ligęza de Bobrek sua nobis declaratione monstraverunt, qualiter Nobilis Domina olim Ursula de Cracovia relicta olim Strenui et Nobilis Domini Nicolai Seraphin de dicta Dąbrowka Gladiferi

Terræ ipsorum zelo piæ devotionis allecta mortem sibi pro humana conditione imminere prospiciens temporalem, cupiensq diem extremum misericordiæ operibus prævenire, et terrenæ substantiæ facultates largitate Divina sibi concessas dignis suis solitis usibus applicare ad honorem Omnipotentis Dei suæ Genitricis gloriosæ Virginis Mariæ Sanctorumq Quatuor Evangelistarum et totius Cœlestis Hierarchiæ ac in remedium peccaminum ipsius et suorum Progenitorum et Successorum pro Altari tituli Sanctorum Mathæi Lucæ Joannis et Marci Evangelistarum in Capella Ecclesiæ Parochialis Omnium Sanctorum sitt et constructt de novo creando erigendo et dotando et alias pro dote et fundo ac pro sustentatione Altaristæ sive Ministri perpetui Altaris ejusdem Octo Marcas communis pecuniæ in Regno Poloniæ currentis, quadraginta octo grossos in quamlibet Marcam computando certi sui census perpetui annualis nullipiam obnoxios et obligatos et alias liberos de molendino vulgariter nuncupato Hamernik alias Koczelny Młyn in fluvio dicto Prądnik inter molendina Præpositi et Conventus Fratrum sive Pauperum Hospitalis S. Spiritus in Cracovia ex una, et Dąbny Młyn versus Zielonki ex alia partibus jacenti et situato quod hactenus Paulus Pyt Molendinator ex locatione sibi facta in censu prædicto Octo Marcarum tenet et possidet per ipsum Paulum Molendinatorem modernum et suos successores molendinatores pro tempore existentes ad festum Sancti Martini annis singulis solvi debitis et consvetis testamentaliter et donatione perpetua et irrevocabili legavit dedit, donavit, et assignavit per ipsum Altaristam Altaris Ptati habendi tenendi possidendi et in usus suos beneplacitos convertendi, nihil juris, proprietatis utilitatis et Dominij sibi et suis amicis Consanguineis et successoribus quibuscunq in præfato censu, molendino præter Jus patronatus et Ptentandi Ptati Altaris ac tuitionem reservando. Primum Altaristam ad idem Altare instituendo Honorabilem Nicolaum Pater Presbyterum Capellanum deputando et nominando, committens et exoptans Ptata Domina olim

Ursula

Ursula Testatrix dicta Suae ultimae voluntatis Testamentum ac fundationem et donationem Altaris antedicti per ipsum Dominum Petrum Praepositum filium et Stanislaum Ligeza generum suos, exequi et debitae executioni mandari. Unde praefati Domini Petrus et Stanislaus Ligeza votis et voluntati dictae olim Dnae Ursulae Matri eorum satisfaciendo, et simili tenore devotionis praedictos Octo marcarum census annuos de Molendino Hamerstyl alias Koczielny Mlyn provenientes pro dotatione et sustentatione Altaristae Altaris praedicti dederunt assignarunt et resignarunt cum effectu per ipsum Altaristam habendum et pro festo S. Martini annis singulis a Molendinatore cum effectu per ipsum Altaristam eiusdem Molendini pro tempore existente percipiendum temporibus perpetuis, nihil juris et utilitatis in eodem censu eis et eorum successoribus reservantes; Ad quod quidem Altare taliter fundandum et erigendum Nobis praefatum Dominum Nicolaum Pater Presbyterum vivae vocis oraculo praesentavit investiendum, petentes ipsi Domini Petrus Praepositus et Stanislaus Ligeza quotannis praedictum Altare ad dotationem Matris eorum ac etiam ipsorum praedictum erigere fundare et denuo creare, necnon dictos census Octo marcarum praefato Altari annectere et appropriare ac incorporare, Ecclesiasticaeque libertati et immunitati adscribere et supponere ac fundationem hujusmodi praefatorum Dominorum olim Ursulae Matris Petri Filij et Stanislai Ligeza generi ipsius ratificare et perpetuare, necnon praedictum Nicolaum Pater eorum praesentatum ad idem Altare novae fundationis ad praesentationem ipsorum confirmare statuere et investire, sibique ac caeteris altaristis dicti Altaris pro tempore existentibus onera imponere et injungere, ac defectus quosvis si qui forte in praemissis intervenerunt vel intervenire possunt in futurum supplere dignaremur. Nos igitur Joannes Episcopus Crac: memoratus justis et dignis petitionibus hujusmodi praedictorum Dominorum Petri Praepositi et Stanislai Ligeza, praememoratis pijs desiderijs praefatae olim Dominae Ursulae Zupparissae

Jestatricis fundatorum Altaris supradicti accliuati, et eis tan-
quam juri et rationi consonis favorabiliter annuentes, attenta
illius legatione, dotatione et donatione hujusmodi sicut præfertur
facta et conservata sere rationabilibus, ipsius legationem do-
nationem et dotationem ac ordinationem et fundationem hujus-
modi predictas, vite debite, et prout de jure licuit disposita et
ordinata rata et grata habentes et benigno favore prosequen-
tes in omnibus ipsarum punctis, conditionibus, clausulis sen-
tentijs et articulis ratificamus confirmamus et approbamus, di-
ctumq; Altare Sanctorum Mathei Lucæ Joannis et Marci Evan-
gelistarum in Capella Ecclesiæ Parochialis Omnium Sanctorum
Cracovie prefatorum situm, et in honorem eorundem Sanctorum
dudum dedicatum et hujusmodi sufficientem dotationem et fun-
dationem prefatorum olim Domine Ursule et Petri Crapczik
filij et Stanislai Ligęza Senatoris quorum in Domine Dñi
sub titulo et vocabulo ipsorum Sanctorum Evangelistarum et-
iam fundamus et denuo creamus ac instituimus presentibus.
Necnon predictos Census Octo Marcarum de molendino dicto
Hanerwyt alias Kocterlny nuncupato et ejus omnibus, area,
situ utilitatibus et emolumentis provenient et solvi debitos hac-
tenus specificatos, eidem Altari et suo Altariste pro tempore
existenti pro missis infrascriptis celebrandis, cereisq; et aliis
necessarijs dicti Altaris comparandis legatos, donatos et con-
signatos adjungimus annectimus et incorporamus, ac libertati
et immunitati Ecclesiastice appropriamus adscribimus et sub-
jacere volumus et decernimus per presentes profesto Sancti
Martini annis singulis Altariste ejusdem Altaris per dictum
Paulum Lyt molendinatorem predictum et ejus successo-
res molendinatores pro tempore existentes temporibus perpetuis sub
sub censuris Ecclesiasticis perquemcunq; Judicem Ecclesiasticum
fiendis, omnesq; defectus si plenus fuerint decernentes, quatenus
pro ipsius Census ~~Do~~ Octo Marcarum recuperatione amplius
non nisi ad Judicem Ecclesiasticum recursus habeatur. Ut autem
premissa Dña Ursula Jestatrix sua devotionis consequatur fructo

Jsperatos

1/ speratos, statuimus et ordinamus quod Altarista Altaris p̃dicti
pro tempore duas missas p̃ defunctis quolibet septimana annis
singulis circa idem Altare per se vel alium idoneum Presbyte-
rum sub pena Excommunicationis legere et explere ac super pel-
liceatus semper in dicta Ecclesia Parochiali Omnium Sanctorum
incedere teneatur. Jus quoque Patronatus et presentandi
ipsius Altaris p̃dicto Domino Petro de Dzbrowica Preposito
Sandomiriensi et Stanislao Ligęza de Sobrzesk tanquam ejus-
dem Ordinis Ursule Sepatricis et Selatricis Principali p̃ducendis
et eorum legitimis successoribus reservamus, qui quotiens dictum
Altare per cessum sive decessum Altaristę pro tempore exis-
tentis vacare contigerit, personam idoneam habilem Nobis
seu Successoribus Nostris Episcopus Cracoviensis qui fuerit pro tempore
instituendi et investiendi presentabunt temporibus perpetuis
duraturis In quorum omnium et singulorum premissorum
fidem et testimonium presentes nostras Literas fieri
mandavimus et nostri Sigilli appensione jussimus et fecimus
communiri. Actum et Datum Cracovie die Nona Mensis Junij
Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo 1478.
Octavo. Presentibus ibidem Viris Mathia de Blyenden
Arnolphi de Zwiczyniec Decretorum Doctoribus, canonicis Cracoviensibus
et Nicolao de Latowicz Decretorum Doctore, Honorabilibus
Joanne Lauda Notario, et Joanne de Lipnica Capellano Cu-
riæ nostræ testibus circa premissa. Joannes de Borzyce No-
tarius Curiæ ejusdem de mandato Dñi Domini Episcopi
memorati pro Quorum quidem Literarum predictæ Erec-
tionis Originale idem Officium illius ab Officio Scabinicensi recepit

Actum in Castro Cracoviensi Sabbatho post
Festum Sancti Petri in Vinculis proximo Anno
Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo.
Loco + Sigilli. Correxit Lyndesia cum pp

2/ Augetur hic idem Canonicatus florenis 1000
Anno Domini 1670 14 May Vide folio. 647.

16to. Admodum Reverendo Domino Canonico Sanctorum Omnium fundationis in Molendino Kozelny dicto in Prędnik ad Cracoviam Sito Juris Patronatus Domini Joannis Pawlikowicz eiusdem Molendini Hæredis et Possessoris, qui tenebitur absolvere Missas lectas triginta quinque per annum de Requiem aut de tempore cum applicatione in subsidium animarum in purgatorio existentium quæ carent suffragijs, in Ecclesia Sanctorum Omnium sive per se sive per substitutum cedent annuatim floreni septuaginta

Punctum ex Decreto Fundationis Smolensciana de qua supra folio. 647.

Altare tituli Sanctorum Evangelistarum in Ecclesia Collegiata SSm OOm. In Promnik de Molendino Altaris Census perpetuus Marcæ 8.

Ex Libro Retaxationum Ecclesiarum et Beneficiorum Diœcesis Cracoviensis extractum

Septimus Canonicus Paulus Dylovius institutus cujus Canonicatus erectus est in proventibus Altaris Sanctorum Quatuor Evangelistarum in Capella, Juris patronatus Generosorum Dominorum Ligezow antea, nunc autem prout dicitur Stanislai Jezewic. Habet autem pro dote Censum reemptionalem Octo Marcarum in Molendino Scabura inscriptum. Ratione cujus dotis obligatus est in Septimana duas Missas legere utramq pro defunctis, Domum pro residentia non habet

Ex Actis Visitationis Kazimirscianæ extractt.

Quartus Canonicatus tit SSm Evangelistarum quatuor in Capella Ecclesiæ SSm OOm Collationis Nblis Joannis Pawlikowicz

wbkowicz, Cujus ad Praesens Possessor Admodum Rdus Joannes Kosinski Plebanus Scavinensis Franciscensis, habet Censum Octo marcarum super Molendinum Kocielny inscriptum in Prądnik, pro quo censu ad duas Missas qualibet septimana in dicta Capella celebrandas pro defunctis obligatur. Item habet censum florenorum septuaginta ex fundatione Smolensciana supra Oppidum Labno inscriptt, pro quo Missae lectae triginta quinque perennum et in subsidium animarum in purgatorio suffragijs carentium sunt applicandae.

Ex Visitatione Lubieniana extractus.

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo sexto Die Saturni sexta mensis Maij

Paulus Paszek Erpyl molendinator de Molendino Hamernik in Prądnik personaliter sponte et libere recognovit se teneri et in effectu obligari Domino Nicolao Pater Altaristae ad Omnes Sanctos in Cracovia quinquedecem marcas pecuniarum ratione censuum de annis praeteritis retentorum et de Molendino praedicto ad altare memoratum ad Omnes Sanctos ipsius Domini Nicolai Pater solvi annuatim consuetorum. Quarum quinquedecem marcarum quinque marcas ad S. Jacobi Apostoli, alias quinque marcas ad Dominicam Ramispalmarum, et residuas quinque marcas ad S. Stanislai in Majo festa praefatus Paulus Erpyl Molendinator eidem Domino Nicolao Pater Altaristae se solvere obligavit Ecclesiasticis subcensuris ad festa praedicta sese proxime et immediate sequentia nuper ventura praesentibus Notarijs Curiae.

Ex Actis Actorum Rdsmi olim in Christo Patris et Dni Joannis de Rzeszow Epi Crac. extractt.

Anno Domini 1597. Die Lunae XXIII Mensis Martij

Honorabilis Simon Meczynski Sacristianus ac Altarista tituli Quatuor Evangelistarum in Ecclesia Collegiata Obm Sm Crac in audientia publica coram Domino personaliter constitutus, producta citatione debite ut apparebat executa in et contra providum Stanislaum Platnerum certi molendini in Prądnik Haeredem atq Possessorem occasione census annui super dicto molendino obligati ad dictum suum Altare spectantis pro Annis quatuor transactis retenti et quotannis per sexdecem Marcas pecuniae Polonicalis ad festum S. Martini solvi solitt verbo proposuit, petens ipsum ad solutionem ad solutionem sibi huiusmodi census retenti per Dominum Cogi et compelli. In praesentia nobilis Joannis Milewski Praefati Stanislai Molendinatoris ex adverso Procuratoris, de cujus mandato procuratorio ad acta praesentia sufficienter constat, qui animo et intentione litem contestandi negavit aliquem censum ad dictum altare spectantem super molendino sui Principalis obligatum esse. Et Dominus Actoreae Parti terminum primam Julis post Dominicam Conductus Paschae ad probandum dedit et assignavit. Praesentibus Vblibus ac nobilibus D. Joanne Zaborowski Artium LL Magistro, Majoris Collegij Crac Collega, Mathia Skrzyszow Vicario Ecclesiae Cath. Cracoviensis Stephano in Mogilany Plebano, Alberto Kamienski, Stanislao Przezdziecki Stanislao Zaboklicki et Consistorij Crac Notarijs.

Ex Actis Actorum Rdsmi Krasinski extractt

Anno Domini 1626 Feria 2da quae fuit dies 5ta Octobris.

In causa et actione occasione occupationis molendini Kocielny nuncupati in Prądnik Sti et termino ex citatione debite

executa provenienti in diem hodiernam cadente comparens personaliter Rdus Adamus Melangonius Canonicus Obmissus Cracoviae proposuit in et contra Famatum Adamum Pacolikovium Civem Crac: Quod ipse molendinum Kocielny nuncupatum in Pradnik ad fundum suae Canoniae pertinere occupat et censum ab aliquot annis retinuit petens deoccupationem molendini et persolutionem censuum retentorum vijs juris et remedijs cogi et compelli. Idq in praesentia citati animo et intentione litem contestantis et negantis molendini dominium et proprietatem ad actorem vigore Canoniae pertinere excepto solo censu Octo marcarum actori serviente ex dicto molendino, Actore intentionem suam deducente et Literas Erectionis Canonicatus sui Illmi et Rdmi olim Joannis de Rzeszow Episcopi Crac producente, ac per eundem Dominium ac proprietatem dicti molendini deducere intendente, citato copias productae Erectionis petente cum termino dicendi contra ad secundam juris. Et Illustrissimus et Reverendissimus Dominus copias dandas esse decrevit cum termino dicendi contra hinc ad 2dam juris. Praesentibus &c.

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo
Die Saturni Undecima Mensis Martij.

Paulus Rpil molendinator de Zielonki Domino Nicolao Pater Altaristae ad Omnes Sanctos in Cracovia Decem marcas Census retenti, duas marcas ad Pentecostes, tres ad S. Jacobi ad S. Bartholomaei marcam et duas ad S. Michaelis, residuum vero ad Sancti Martini festa proxime ventura et se immediate sequentia sub poena excommunicationis solvere obligat Praesentibus ibidem Providos et discretos Mathia als Matusz Cive Craco: Jacobo de Boturzyn, Joachimo de Janikow et Valentino de Myslenice notarijs Publicis

Ex Actis Obligationum Adm Rdi olim Stanislai de Swiradzice &c Officialis Gnrlis Crac desumptt

Anno Domini 1481. Veneris Nona Mensis Martij

Nicolaus Rpil molendinator de Prądnik Ibli Dno Nicolao dicto Pater Altaristae ad Omnes Sanctos in Cracovia Decem cum media marcas Successive scilicet duas sexagenas ad Paschae duas marcas ad Pentecostes, et sex marcas pecuniarum ad Sancti Jacobi festa se continue et immediate sequentia sub excommunicationis poena se solvere obligavit Praesentibus notarys socijs

Ex Actis Obligationum Adm Rdi Olm Dni Stanislai de Swiradzice, & Officialis Gnrlis Cracovien extractae

Videatur Protestatio Altaristae in actis Przecławskiej Ao 1560 Mart. 28 mai

Anno Domini 1482 Veneris Decima Maij

Paulus Rpil molendinator de Prądnik quid acta praesentia personaliter constitutus confessus est se tenari septem marcas cum media occasione census ad altare Apostolorum in Ecclesia Obn Ssm Situm spectan Dno Nicolao Patri Altaristae altares hujusmodi quarum quatuor ad Sancti Joannis, et tres cum media marcas residuas ad S. Michaëlis festa proxima et immediate se sequentia sub censuris Ecclesiasticis dare et persolvere obligavit Praesentibus notarys socijs

Ex Actis Obligationum Adm Rdi Dni Stanislai de Swiradzice & Officialis Gnrlis Crac extractum

Anno Domini 1486. Jovis XXI. Xbris.

Joannes Korzen de Nigra Platea extra muros Cracovienses occasione faeni per eum in Prądnik empti Domino Nicolao Pater Altaristae ad Omnes Sanctos in Cracovia Presbytero novem fertones pecuniae una septimana post festum proximum Purificationis Mariae solvere se personaliter

obligat Ecclesiasticis sub censuris. Praesentibus Cancellario et Notarijs Curiae.

Ex Actis Actorum Rndmi Patris Joannis de Rzessow Episcopi Cracoviensis extractum

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Octavo Die Veneris Nona Mensis Maij

Paulus Rpijl Molendinator de molendino Pradnik ad Acta praesentia personaliter compareus recognovit et palam confessus sex decem marcas pecuniarum Census per ipsum retenti Annorum transactorum et ad altare ad omnes Sanctos in Cracovia pertinens et inserviens Honorabili Nicolao Pater cognomine Altaristae ad Omnes Sanctos in Cracovia teneri et obligari. Quas successive quatuor marcas ad Jacobi, quatuor marcas ad Michaelis et quatuor marcas ad Martini et residuas quatuor marcas ad Nativitatis festa proxime instantia et affutura, ac continue ac immediate sequentia eidem Domino Nicolao Pater sub censuris Ecclesiasticis se solvere obligavit Praesentibus Notarijs Dni Administratoris

Ex Actis Actorum Rndi olim Stanislai de Swiradnice Officialis Cracoviensis extractum

Oblata Privilegij Super Molendinum in Villa Promnik. situm Zamato Pawlikiewicz dati. 1465

Ad Officium et Acta praesentia Castrens Capitanealia Cracoviensia personaliter Veniens spectabilis et Zamatus Joannes Pawlikiewicz Civis Cracoviens obtulit eidem officio praesenti ad acticandum Literas Privilegij Super molendinum Kocielny nuncupatum in Villa Pradnik situm sui Offerentis Haereditarium servientis intracontentas, petens easdem a se Offerente suscipi et in Acta sua inscribere permitti. Ad cujus affectationem Officium praesens

postulato ejusd. Offerentis annuendo Literas easd. ab ipso suscepit et in acta sua inscribere mandavit: cujus tenor est talis — In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ursula de Cracovia Consors olim Strenui et Nobilis Domini Nicolai Seraphini Gladiferi Cracovien. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris lecturis et audituris. Quia Nos volentes ut Area et ripae nostrae desertae in fluvio Prądnik reaedificarentur, et ut exinde proventus nostri et census augeantur, Proinde Paulo dicto Pyl molendinum aedificandi in praetactis ripis in loco cognominato Hamerny concedimus, et sibi in Haereditatem perpetuam damus et largimur, et suis Successoribus legitimis cum omni jure et utilitate videlicet agris, hortis et duobus pratis et singulis emolumentis ab antiquo ibidem per Nos et Nostros Successores tentis et possessis, libertando ipsum Paulum per spatium sex Annorum à qualibet solutione censuum, elapsis autem sex annis idem Paulus et Successores sui legitimi, Nobis et Nostris Successoribus singulis annis octo marcas pro festo S. Martini pro censu pecuniae communis in Regno Poloniae currentis in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando solvere tenebitur et Successores sui legitimi etiam obligati erunt in perpetuum, Rotas ejusdem molendini altius elevare non poterit, tantum super octo pedes alias Stopy ut ex antiquo elevati et consueti fuerant. Dictus autem Paulus et sui Successores legitimi nunquam aedificia infra sex grossorum valorem reformare in domibus Nostris tenebitur, ruptumq. obstaculum molendini, unà cum molendinatoribus Rdmi Dei gratia Domini Episcopi Cracovien. et Venerandi Praepositi Hospitalis Sanctae Crucis juxta tenorem Privilegij antiqui insimul reformare tenebunt: ut ex antiquo consuetum fuerat. Insuper libertate expleta poterit ipse Paulus et sui Successores legitimi dictum molendinum vendere, commutare, dare donare, et juxta quod ipsis melius

videbis alienare poterit. Datum Cracoviae feria 2da ante Dorotheae proxima Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto. Et ut dictum Privilegium ratum et firmum habeatur, sigillo Nostro proprio compisimus roborari et subappendi cujus Privilegij Originale idem Offerens illico ab Officio presenti recepit. Actum in Castro Cracoviensi Sabbato post festum S. Petri in Vincalis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Anno Domini 1512. Martis 26 Augusti

Jus patronatus et presentandi altaris tituli 4 Evangelistarum ad Omnes Sanctos in Cracovia post mortem et obitum Vblis Domini M. Joannis Decretorum Doctoris de Costen ejusdem altaris ultimi et immediati Rectoris vacans Dis Scretus Sebastianus Clericus ad dictum altare per Nobilem Dominam Hedvigem de Dąbrowka Viduam Crac Patronam dicti Altaris presentatus, reproducta Crida debitè executa petivit se de dicto altari institui in contumaciam, citatorum non comparentium. Et in continenti Honorabilis Petrus de Wolkow in Mydlow Plebanus ad dictum altare per Gnosum Petrum Ligęza de Bobrek veniens pro interesse impedivit una cum M. Joanne de Pilsna Procuratore Prussa allegando jus pinguius sibi ad dictum altare competere et dat ad describendum Jura sua hincinde ad Octavam.

Ex Actis actorum Bernardini Galli de Jadra extracti.

Petrus Mydlowski resignavit hoc idem Altare A 1512 Veneris 28 July in iisdem Actis.

Catalogus seu Ordo Canonicorum ejusdem Fundi ut à me indigno investigari potuit.

Primus Altarista ante Erectionem Collegiatae postea Canonicus dictus Nicolaus Pater institutus A° 1478.

2dus Bartolus Canonicus institutus 26 Aprilis 1494 in actis Joannis de Schebnia

3tius Joannes de Oswiecim S. T. Pfr. resignavit A° 1503.
4tus Stanislaus Lipnicki Plebanus in Parva Casimiria patet ex actu quodam ꝑ in Actis Joannis de Baruchow 1504 Saturni 3. Augusti post resignationem Joannis de Oswiecim.
5tus Joannes de Costen Decretorum Doctor ab Anno 1509 ad Annum 1511.
6tus Petrus Mydłowski alias Plebanus in Mydłow in Actis Bernardini de Jadra 1511. 8. Octobris institutus, resignavit 1512 Venę 23 Julij
7mus Felix Ligęza Archiepus Leopoliensis patet ex Institutione facta coram Actis Rndmi olim Słomowski ꝑ 28 Maii Anno 156 post obitum dicti Felicis Ligęza subsecutum hoc Anno.
8mus. post Felicem Ligęza Successit.

9mus Paulus Dilovius circa Annum 1595 ut patet ex Visitatione Radziviliana Ecc. Coll. Ssm OO.
10mus Simon Męcinski circa Annum 1597 ut patet ex Actu Judiciali eodem Anno Lunæ 24 Martii
11mus ꝑ Adamus Malangovius circa Annum 1626 patet ex Actu Judiciali eodem Anno 1626 ꝑ 5ta Octobris in Actis Episcopalibus obiit A 1651.
12mus. Andr. Pawlikiewicz post obitum Malangovij institutus Anno 1651. 27 Januarii
13tius Bartholomæus Korubski in Mogilany o Lenże Plebanus post Andrm Pawlikowicz institutus est Anno 1653. ꝑ 25 Septembris
14tus Nicolaus Puszynski Canonicus Pilcens in Chroszczobrod Curatus institutus est post Rdum Korubski Anno 1661. 22 Martii vel alius Mensis
15tus Joannes Casimirus Bielecki post Puszynski institutus est Anno 1688 23 Januarij

16tus Martinus Bielecki Collega Major post Joannem Casimirum Bielecki institutus Anno 1695 d. 28 Mens. Novembris ad praesentationem Andreae Pawlikowicz

17mus. Joannes Kosinski Plebanus Scavinensis et Jwanovicensis fuit ejusdem fundi Canonicus ut notatur in Visitatione Lubieniana Anno 1711. obiit 1724.

18vus Joannes Hochorkiewicz Montis Pietatis Notarius, et in Antiqua Brzesko Curatus post Joannem Kosinski institutus est Ao Domini 1724 d. 20 Julij

19nus Albertus Kruzel Curatus in Tluczania post Joannem Hochorkiewicz institutus Anno 1736. Mense Septembri

20nus Illustris et Admodum Rdus M. Stanislaus Foltynski Collega Minor in Osiek Curatus Anno Dni 1752

21mus. Adalbertus Waryski Ecclesiae Archi-Presbyteralis B. Virginis Mariae in Circulo Cracov. Poenitentiarius. 1773. 31 Martij.

22dus Andreas Gogulski in Sąspow Curatus Die. Anno 1782 Installatus.

23tius Modernus M. Michael Josephus Nepomucenus Kaminski Phus Dr. Ecclesiae S. Adalberti in Circulo Crac. Praepositus Anno Dni 1792 d. 12 Mensis 8bris Institutus et Installatus

Erectio Canonicatus seu Præbendæ B.æ Mariæ Virginis Confraternitatis Pauperum in Ecclesia Collegiata Ob.m S.m Cracoviæ

Præbenda hæc erat primitus fundata per Seniores Confraternitatis Pauperum authoritate interveniente Illustrissimi olim Sbigneo Olesnicki Epo Cracoviensis Anno 1438. super quibusdam censibus octo Marcarum inscriptis super Bonis Oppidi Zywiec. Sed successu temporis census iste translatus est ex Zywiec Anno Domini 1484 ut patet ex Quietatione infraposita, et locatus in Bonis Advocatiæ Lubocza Anno Domini 1485. ut patet ex infrascripta Inscriptione. Tandem extinctâ Confraternitate Pauperum census ex Lubocza translatus est in villas Czestoszowice et Anaszowka Anno 1553 d. 27 Aprilis juxta Acta Rdssmi Domini Slomowski Officialis Crac:: Vicariisq Ecclesiæ Collegiatæ S.m Ob.m est applicatus. Unde Canonicus ad Pres existens nullam dotem habere dignoscitur: adeoq extincta dote, titulus etiam Præbendæ extingui deberet.

Videatur Erectio infra fol. 874

Quietatio Domini Komorowski de Summa 100 Marcarum olim super Bonis Zywiec inscripta

Anno Domini 1484 Lunæ 18 Aprilis

Stanislaus Kitha Altarista Jacobus Zowka et Stanislaus Serifex Patroni Altaris S.æ Mariæ, Senioresq Fraternitatis Pauperum in Ecclesia Parochiali Omnium Sanctorum in Cracovia, receptis viginti quinque de numerata pecunia in latis grossis pro quarta et ultima ratha superius scripti debiti Centum marcarum ejusdem Altaristæ, Patronis et Senioribus dictæ Fraternitatis, eximendo Censum ad ipsum Altare et ejus Altaristam super Proventibus Oppidi Zywiec emptum

per Generosumq Dominum Petrum Komorowski ad quatuor rathas obligatum per manus Providi Martini Soczymuth Sculteti de Superiori Barwald realiter et cum effectu solutum eundem Dominum Petrum Komorowski de omnibus rathis alias centum marcis sic ut premittitur superius obligatis suis ac eorum litisconsortq ut Confratrum et Compatronorum nominibus cavendo de eorum ratihabitione alysq obligationibus omnibus tam literalibus quam acticatis in quocunq Jure, Ipsosq Oppidanos et Censitas predictos et ipsorum Successores quietaverunt et presentibus quietant, et ab ulteriori solutione dicti Census in ipso Oppido Zywiec pro hujusmodi Altari et Altarista obligati liberum et liberos ac absolutos et absolutum miserunt et mittunt. Promittentes à modo et peramplius, dictum Censum et pecuniam Capitalem ab eisdem Domino Petro et Oppidanis et eorum Successoribus pro tempore existentibus non repetere neq exigere aut quovis modo occasione illius eos in perpetuum impedire. Et insuper pro majori Securitate et cautela habendo certas Literas videlicet emptionis ejusdem Census sub sigillis et titulis olim Praeclari Casimiri Ducis Oswiecimensis et Oppidanorum de predicta Zywiec sub duobus sigillis appensis unam, et aliam etiam sub signo et sigillo Rdsmi Domini Joannis Episcopi Cracoviae Concordiae inter ipsos Oppidanos et ipsum Dominum Stanislaum Scriptas in pargameno, et alios quamplures processus monitionum et excommunicationum Diversorum Judicum Spiritualium eidem Domino Petro Komorowski per manus Prati Martini sui Factoris ibidem circa acta presentia restituerunt et dederunt realiter et in effectu, Praesentibus Dominis Mathia de Odolino Plebano in Borow, Nicolao de Stopanow, Joanne Gromiczki de Warschow Joanne de Jakubowo Notarijs Consistorij

Ex Actis Obligationum Rdsmi Stanislai de Swiradzice Officialis Generalis Craco: desumptum

Inscriptio praefatae Summae Super Lubocza

Anno Dni

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Quinto Die vero Jovis 22 Decembris Cracoviae

et accelerari cupio, siquidem hanc summam labore et sudore magno adhuc in seculo existens, diversasq' incommoditates aestus ac frigoris perferens, tum etiam insomnes noctes ducens acquisivi et superna disponente benignitate liberam voluntatem ipsam quomodocunq' voluerim disponendi et convertendi habui et habeo: ex nunc atq' ex tunc et sine quavis alia declaratione decreto Judicis resignatione vel alio aliquo quovismodo et strepitu Judicij et ipso facto idem Canonicatus et Praebenda cum omnibus et singulis suis attinentijs et pertinentijs universis vacare censeatur, et pro vacanti habeatur, libereq' per Patronos et Collatores suprascriptos alteri Personae idoneae omnes et singulas praefatas qualitates ac requisita habenti tunc conferatur, eadem persona idonea ad instituendum Illmo Domino Loci Ordinario pro tempore existenti aut alij cuivis potestatem ad id habenti praesentetur sicq' praesentatus et institutus quoadvixerit vel impedimenta praedicta cessaverint, omnibus et singulis fructibus, reditibus praedicti Canonicatus liberè ac secundum beneplacitum suum utatur fruatur et potiatur perpetuo et in aevum. Quod si praedicti Patroni et Collatores Ordinarij in praemissis exequendis negligentes aut remissi vel discordes fuerint aut quocunque modo culpabiles extiterint, ex tunc Illmus Dnus Loci Ordinarius pro tempore existens vel Dnus Officialis Gnralis Crac: aut alius quispiam desuper potestatem habens non obstante quacunq' contradictione juriq' et facti remedijs de hujusmodi Canonicatu et Praebenda personae idoneae ac omnia et singula requisita superius posita habenti liberè disponet, praemissaq' omnia et singula pro illa tantum vice, quoties toties exequatur, hoc enim facto et alij Christi fideles ad benefaciendum Ecclesijs et alijs pijs locis invitabuntur. Porro census suprascriptos a praedictis summis Capitalibus utrisq' quotannis provenientes sic ordino et distribuo atq' ex eisdem censibus Canonico et Praebendario noviter erecto ac pro tempore existenti in vim dotis et provisionis annualis trecentos triginta florenos Polonicales annuatim percipiendos et in usus quosvis beneplacitos convertendos assigno et praescribo. Item ut quadraginta florenos Polonicales ad Vble Capitulum Praelatorum et Canonicorum dictae Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae sub pro distributionibus consuetis tempore stato Canonicus noviter erectus et pro tempore existens ex eodem residuo censu quotannis det, numeret, et persolvat ordino et statuo, atque ut idem Canonicus pro tempore existens de communibus distributionibus

Fg2

Prelatorum aliorum et Canonicorum dicte Ecclesie prout moris est
participet, omnibusq et singulis juribus, privilegijs, prerogativis
insignijs honoribus, libertatibus preeminentijs et alijs quibus ceteris
tribus et ornamentis tam in ipsa Ecclesia collegiata Sanctorum
Omnium Cracovie sitt. et Vbi capitulo eiusdem Ecclesie quam
extra eam utatur, frua[tur] potiatur et gaudeat, prout etiam ceteri
ri Prelati et Canonici eiusdem Ecclesie utuntur fruuntur potiun-
untur et gaudent Submissè obsecro et exoro. Item Viginti
florenos Polonicales pro Cantoribus et Musicis ad decantandum
Missarum infrascriptarum obligationes conducendis singulis annis
per partes seu rathatim poss absolutam quamlibet obligationem
dictus Canonicus novus et pro tempore existens ex reditibus ejus-
dem Census dabit, numerabit atq expandet, Deinde Viginti
florenos Polonicales ex eodem censu pro vino, cera et alijs neces-
sitatibus Altaris Dominici idem Canonicus novus et pro tempore
existens ad manus Procuratoris seu Sacriste eiusdem Ecclesie San-
ctorum Omnium quotannis solvet et numerabit. Et quoniam
beneficium regulariter datur propter officium, idcirco supra-
scriptus Canonicus et Prebendarius novus et pro tpre existens in-
tuitu hujus modi beneficij tenebit, perpetuis futuris temporibus
sub onere conscientie ac interminatione districti Judicij Omni-
potentis Dei in Ecclesia Hospitalis Volbromen in dicebitus et
depositionis mei Fundatoris Joannis Trabouski Sacerdotis in-
digni Missam unam Anniversariam per se vel legaliter impedi
tus per alium Pro Presentium quolibet Anno decantare et offi-
cium defunctorum trium Nocturnorum cum Laudibus Prosci
Vesperis privatim etiam indemo et pridie si placuerit Missaq
duntaxat dicere ac recitare perpetuo ac in divinis Dei pro anima
mea Joannis Fundatoris et Animabus Patris mei Stephani
Sacerdotis et Primi Prepositi Hospitalis Volbromensis, tum Al-
berti Patris et Dorotheae Matris Parentum meorum aliorumque
omnium Consanguineorum, affinium, et Amicorum meorum. Pa-
teretq Missam unam lectam quolibet mense in Anno in pa-
rochiali Ecclesia similiter pro Animabus mea et aliorum e-
rumdem superius expressorum perpetuo celebrare. ac sive per
se sive per alium etiam de tempore festo seu die per applica-
tionem absolvere, habita etiam intentione pro remissione pecca-

torum

torum in Canone omnium et singulorum in genere vivorum meo-
rum fundatoris consanguineorum et affinium. Cantores vero et Mu-
sici quos hic ebit Canonicus novo ex quocunque loco, civitate, oppido
et villa prout ipsi commodius ac expedientius visum fuerit citra
cujuscunq impedimentum ac contradictionem accersere, conducere, et
locare tenebuntur. Suprascriptam Missam anniversariam et cetaras
itidem Missas anniversarias: videlicet Annodum Solorum Marti-
ni Wilhelmi fundatoris Hospitalis Vollramensis die 12 men-
sis Julij cujuslibet. Item Joannis Vollramii V. U. Doctoris die
Vigesima octava mensis Junij quolibet anno, Denique in
quolibet festo S. Martini Episcopi et confessoris annis singulis
ad quas celebrandas ex suis primevis fundationibus Prepositus
Hospitalis Vollramensis nunc et pro tempore existens tenetur: Item
Propositus dicti Hospitalis Vollramensis quod Canonicus no-
vus prædictus et pro tempore existente ac celebrante decantare
Verum Canonicus novus ac pro tpre eius Prepositura Hos-
pitalis antedicti: prout de jure debet ac tenetur: non tenu-
erit nec canonice possederit, et tunc atq ex nunc et de facto
absq quavis et cujuslibet contradictione, turbatione et molestatione
impedimentove tum et requisitione, tto sed libere dictus Canonicus
novus recens erectus ac pro tempore existens præmissa vera ac
legitima de juribus suis et indemnitatibus: ubi et ingnantur
necessarium ac expediens visum sibi fuerit: Item protestatione
suprascripta duntaxat et solam tenitum Missam anniversa-
riam pro animabus mea et aliorum omnium superius expres-
sorum in dicta Ecclesia Sanctorum Omnium Canonicis conductis
Cantoribus et Musicis absolvi curabit, et pecuniam viginti flo-
renorum pro Cantoribus et Musicis destinatam totam et integram
omni meliori modo eleemosynam in pauperes faciendo erogabit,
Lectas vero nihilominus Missas quolibet mense anni celebrandas,
idem Canonicus pro tpre eius prout supra dispositum est celebre-
tur et absolvet. Item predictus Canonicus pro tpre eius in
Missis suis quibuscunq, quas hic ex debito, sive ex devotione
celebrabit, commemorationem animæ meæ Joannis fundatoris in
memento, altem faciat. Denique restantes ad ultimum
decem florenos centos Grati idem Canonicus noviter erectus
et pro tempore existens ad communitatem Vicariorum
ejusdem Ecclesiæ Omnium Sanctorum quotannis tempore statuto sol-
vet et numerabit. Quos decem florenos dicti Vicarij inter se

dividend seu alio quovis meliori modo convenient, ac Deum
omnipotentem pro remissione peccatorum meorum quam celerius beati-
tudine obtinenda exorabunt. Ad extremum sacrist. dictæ Ec-
clesiæ Rhn. Sui Ceram virgum panem et omnia alia altaris
Dominici apparamenta Canonico dicto novo ac pro tempore
existenti quoties celebrare voluerit providere tenebitur. Quorum
omnium et singulorum conscientias ad premissa quelibet fide-
liter adimplenda obligo, atque ipsum fructum et omnimodam
dispositionem regimen et gubernium omnium et singulorum
præmissorum nihil excipiendo etiam per testamentum de hujusmo-
di Canonicatu et Prebenda omnibusque illorum annexis ad eadem
personam etiamsi ætatis legitimæ non fuerit, et infra annos ex-
stiterit presentandi et conferendi citra quoque introductionem
et Installationem ad hujusmodi Canonicatum et Prebendam pesse-
bo et relinquo. Quodsi aliquis Censitarum Bona quæcumque
quæcunque Capitali Censuali exonerare voluerit is teneatur jux-
ta Canonicas sanctiones denuntiationem facere hujus rei et
voluntatis ac exonerationis suæ semestri ante vel quidem ideo
est mensibus sex Canonico pro tempore existenti et hoc ip-
sum interea dict. interim Canonicus pro tempore existens alia bona et
libera et summæ Capitalis capacia et alias idonea: ut
Constitutio Felicis Recordationis Pii V. Papæ in Reforma-
tionibus Dioecesanis Illmi ac Rmi D. memoriæ Martini
Szyszkowski Episcopi Cracovien. sub titulo de Censibus relata.
Item Statuta Provincialia Lib. tertio titulo: de Emptione
§. ex Statutis Ecclesiæ Posnanensis. Verbo: Licet quod ag-
nedamnum eveniat aliquod et fructus capiet, quibus ac-
quisitis totum id postmodum pendente denuntiationis tempore
Illmo Domino Loci Ordinario vel suo Officiali Cra-
covien. idem Canonicus pro tunc existens referendo pro
licentia ad premissa exequenda adveniente tempore de-
nuntiationis ac fine dicti expiratione humiliter supplicet.
Confido etenim Divinæ bonitati constanter quod in hujus-
modi exoneratione bonorum transportationeque in alia bona
immunarum Capitalium prout de jure ac æquitate premissa in-
quisitione idoneitatis Bonorum onerandorum seu obligando-
rum hujusmodi Capitalibus Summis, vel alterutra earundem
legitime procedendo Illustr. Dnus Loci Ordinarius vel suus

Officialis

Officialis Gnralis Cracovien: pro tempore existens licentiam petitam impertiet, et perpetuationi hujusmodi fundationis providebit gratiose, super quo impetrando ego ipse fundator Joannes profundissime inclinatus et ad pedes exosculandos provolutus Sedi Ordinariae humillimas facio supplicationes. Concedo praeterea facultatem Canonico pro tempore existenti, si aliqua Capitalium summa reposita fuerit, pro eadem Bona aliqua libera et idonea, et quod rei caput est fructifera Terrestria, ut fundatio praesens et dos ejusdem non periclitetur, aut depereat ubicunq locorum, prope tamen Cracoviam emendi ac integritati tum et perennitati hujusmodi fundationi providendi hocque semper faciendi obtenta prius licentia ac servatis de jure servandis apud Illmum Dnum Locioordinarium vel suum Officialem Gnralem Crac: pro tpre existentem. Insuper Praepositum Hospitalis Vollhramensis pro amore Dei exoro, eidemq potestatem plenariam hic tribuo, ut hanc meam fundationem /: quam eidem propterea communico et communicatam modo quo superius expressum est esse volo; ut commodam et honestam sustentationem vitae omni tempore habeat, circaq praedictum Hospitale insignitus Canonicali honore juxta praescriptum Erectionis dicti Hospitalis semper resideat: /: simul cum Executoribus testamentarijs vel ipsemet solus ad effectum delitum /: pro quo merces gloriosa ipsi erit: /: quantocyus deducat et deduci curet spem firmam et constantem habens in Divina Misericordia quod praemissa omnia et singula fideliter exequentur, et cito, quia quaecunque facio pro amore Dei Ecclesiaeque ipsius et pauperum succursu facio Joannes Grabowski actu Presbyter, coram Majestate Divina indignus manu mea propria, existens per omnia et totaliter ex singulari Dei gratia bene sanus, hanc Ordinationem fundationis meae scripsi et subscripsi, subscriboque.

Nos vero Andrs Trzebicki Epus supramemoratus Judiciumq Nostrum pium et laudabile praefati fundatoris opus sincero Paternoque mentis affectu et benigne amplectentes, illudq ad optatum effectum deducere cupiens, idcirco repetito Christi Nomine supra scriptos

omnes et singulos dictis Cride Literis Citatos et non comparentes contumaces prout merito erat justitia suadente reputatimus et in eorum contumaciam subscriptiones dum earum sapitalium Consulum, tum et decanum ab eisdem provenientium ac Cessionem earundem Inscriptionum per supradictos Executores facti superius insertas admittendas, easdemq; Inscriptiones et Cessionem in omnibus et singulis illarum punctis, clausulis articulis et conditionibus universis approbandi confirmandi ratificandi eorum authoritate Ordinaria et perpetua firmitate pariter et decretum desuper apponendum dicti census una cum dumnis capitalibus libertati ac immunitati Ecclesiastice adjiciendum incorporandi misceandi atq; super hujusmodi dumnis capitalibus et censibus ab eisdem provenientibus canonicatum et Prebendam, necnon Canonicum et Prebendarium in dicta Ecclesia Collegiata Sanctæ Crucis Cracovie erigendi fundandi et dotandi duximus, uti quidem et tunc ac eo nunc et de facto de scientia nostra admittimus approbamus miscemus erigimus fundamus et dotamus, ita ut Canonicatus et Prebenda decore erecta necnon Canonicus et Prebendarius ibidem et singulis in universum titulis honoribus juribus, privilegiis, immunitatibus et prerogativis, utilitatibus, emolumentis fructibus reditibus, libertatibus in antea habitis concessis et obtentis et in futurum habendis concedendis, et obtinendis tam in dicta Ecclesia Collegiata Sanctæ Crucis extra eam ac etiam ne dum in Capitulo sed quoque extra illud omnino in loco pertinente et in eorum gaudeat, fruatur et potiatur, gaudere uti frui, et potiri omnino debeat, prout cæteri alii primæ cæterum et antiquarum Prælaturarum et Canonicatuum dictæ Ecclesiæ Canonicatus et Prebendæ necnon Prælati et Canonici, illorumq; Prebendarij a primeva sui fundationis et primogenitura lumine ad hoc usq; tempus gaudent, utuntur fruuntur et potiuntur, frui uti et potiri, ac gaudere debent. Statuimus et decernimus ~~porro~~ Porro censuum suprascriptorum a dumnis Capitalibus in his grotanis provenientium inhærendo Ordinationi in scripto suprascripti fundatoris talem distributionem facimus, videlicet ex suprascriptis censibus Canonico et Prebendario novissime erecto ac pro tempore existenti in bonis dotis et provisionis annualis Florenos Florenos

florenos Polonicales annuatim percipiendos et in usus quosdam beneplacitos convertendos assignamus. Item ut quadraginta florenos Polonicales ad Uble Capitulum Prelatorum et Canonicorum dictae Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae pro distributionibus consuetis tempore Stato Canonicus noviter electus et pro tpre exsus ex eisdem censibus quotannis det numeret et persolvat ordinamus. atq ut idem Canonicus pro tpre existens de communibus distributionibus aliorum Prelatorum et Canonicorum dictae Ecclesiae prout moris est participet decernimus. Praeterea Viginti florenos Polonicales pro Cantoribus et Musicis ad decantandas Missarum infrascriptarum obligationes conducendis singulis annis per partes seu rathatim post absolutam quamlibet obligationem Qdictus Canonicus novus et pro tempore existens, ex residuo eorundem censuum dare et numerare, necnon alios Viginti florenos Polonicales ex eisdem censibus pro vino et Cera et alijs necessitatibus Altaris Dominici idem Canonicus novus et pro tpre existens ad manus Procuratoris seu Sacristae ejusdem Ecclesiae Sanctorum Omnium quotannis solvere et pendere tenebitur. Et quoniam Beneficium regulariter datur propter officium, Idcirco Suprascriptus Canonicus et Praebendarius novus ac pro tpre exns intuitu hujusmodi Beneficij tenebitur perpetuis futuris temporibus sub onere conscientiae ac interminatione districti Judicij omnipotentis Dei in Ecclesia Suprascripta Omnium Sanctorum in die Obitus et depositionis Fundatoris Joannis Sacerdotis die Decima nona Februarij Missam unam Anniversariam per se, vel legaliter impeditus per alium Presbyterum, quolibet Anno cum Cantoribus et Musicis desuper conducendis decantare, et Officium defunctorum Trium Nocturnorum cum Laudibus praemissis Vesperis privatim etiam in domo et pridie si placuerit solusmet duntaxat dicere et recitare perpetuo ac in aevum idq pro Animabus Joannis Sacerdotis Suprascripti Fundatoris, necnon Fratris Stephani Sacerdotis et primi Praepti Hospitalis Volbramensis, tum Alberti Patris et Dorotheae Matris aliorumq Omnium Consanguineorum Affinium et Amicorum Fundatoris. Praeterea unam Missam Lectam quolibet mense in Anno in dicta Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum seu alia quacunque Ecclesia similiter pro Animabus Supradicti Joannis Fundatoris et aliorum omnium superius expressorum perpetuo celebrare ac sive per se, sive per alium etiam de tempore festo seu die per applicationem absolvere habita etiam intentione pro remissione peccatorum

in Canone omnium et Singulorum in genere vivorum Fundatoris Consanguineorum et Affinium. Item Pdictus Canonicus pro tempore existens in Missis suis quibuscunq quas sive ex debito sive ex devotione habebit, commemorationem animae Joannis Fundatoris in Memento saltem faciet. Denique restantes ad ultimum decem florenos census Pfati idem Canonicus noviter erectus et pro tpre existens ad communitatem Votium Vicariorum ejusdem Ecclesiae Omnium Sanctorum quotannis tempore stato solvet et numerabit. Quos decem florenos dicti Vicarij inter se divident seu alio quovis meliori modo convertent ac Deum Omnipotentem pro Anima Fundatoris exorabunt. Ad extremum Sacrista dictae Ecclesiae Omnium Sanctorum ceram, vinum, panem et omnia alia Altaris Dominici apparamenta Canonico Pdicto novo ac pro tempore existenti, quoties celebrare voluerit providere tenebitur. Quod si aliquis Bona sua ex Censitis summa quacunq Capitali Censuali onerata exonerare voluerit, is tenetur juxta Canonicas Sanctiones denuntiationem facere hujus rei et voluntatis ac exonerationis suae semestri ante, vel quod idem est sex mensibus Canonico pro tempore existenti, et hoc propterea ut Canonicus pro tempore existens interim alia Bona libera et summae Capitalis capacia et alias idonea [: ut Constitutio Felicis recordationis Pii V. Papae in Reformationibus Diaecesanis Illmi ac Rdmi Martini Szyszkowski Epi Crac: sub titulo de Censibus relata. Item Statuta Provincialia Lib. 3tio titulo de emptione et venditione. § Ex Statutis Ecclesiae Gnesnen verbo Licet §. :] quaerat ne damnum aliquod eveniat et fructus cesset, quibus acquistis postmodum pendente denuntiationis tempore ad nos ac Illmos Successores Nostros vel Officialem Nostrum Gnralem Cracoviensem idem Canonicus pro tpre exns pro licentia ad praemissa exequenda adveniente tempore denuntiationis ac ejusdem expiratione recursum faciet. Nos enim vel Successores Nostri aut noster in Spiritualibus Vicarius praemissa Inquisitione idoneitatis Bonorum eisdem Summis Capitalibus onerandorum seu obligandorum providendo perpetuationi fundaonis hujusmodi licentiam petitam concedemus. Idem Canonicus suprascriptus pro tpre exns liberam habebit facultatem pro eisdem Summis Capitalibus repositis, seu aliqua earum Bona aliqua libera et idonea Terrestria et fructifera ubicunque locorum, prope tamen Cracoviam emendi et juxta Ordinaonem Pinsertae Fundatoris acquirendi.

Quantum

Quantum vero attinet Jus patronatus et praesentandi et unionem ejusdem Canonicatus Ecclesiae et Praepositurae Hospitalis Volbramensis per defunctum affectatam, quoniam certa puncta ex parte praemissorum in ordinatione praeinserta descripta originali Erectioni Praepositurae Hospitalis Volbramensis et Dispositioni Juris Canonici contrariantur nec de jure subsistere possunt, et in Codicillo defuncti Fundatoris alia facta est dispositio ex parte praesentandorum, ideo moderando et reformando eadem puncta suprascriptae ordinationis decernimus et statuimus, ut hoc Beneficium Canonicatus et Praebendae noviter erectum sit distinctum et separatum a Praepositura Ecclesiae Hospitalis Volbramensis. Item ordinamus ut Jus patronatus et praesentandi ad hunc Canonicatum quoties vacaverit juxta mentem Fundatoris Executoribus suprascripti Fundatoris quoad vixerint. post fata vero ipsorum Famatis Proconsuli Consulibus et Advocato Volbramensibus in perpetuum serviat. Ad quem quidem Canonicatum et Praebendam dum et quoties vacaverit, primo Ingenuum Albertum Orlanowski Sororinum, qui ante omnes alios Fundatoris consanguineos, etiam ante nobilis Joannis Stawek ex Sorore germana Fundatoris procreatos filios itidem suos Sororinos, si diligentior in tractandis studijs et arte literaria repertus fuerit, etiamsi ad Sacerdotium promoveri ob defectum aetatis non poterit in praesentando praeferri debebit. Secundo Ingenuos suprascripti nobilis Stawek filios ac Fundatoris itidem Sororinos etiamsi ad Sacerdotium promoveri ex causa suprascripta non valebunt, modo studia durante tamen aetate defectuosa tractent successive Patroni suprascripti praesentare debebunt, quos ab omnibus obligationibus et oneribus quamdiu studia tractaverint absolvimus. Quod si suprascripti Sororini ex hac vita decesserint vel etiam studia deseruerint ad alium statum convolaverint, ex tunc adhunc Canonicatum unum ex Consanguineis proximioribus fundatoris tam Cognatis et Agnatis saecularem tamen et non cujusvis Ordinis Regularem ac habilem et idoneum quousque supererunt primo et principaliter ante alios infrascriptos et in defectu Consanguineorum Agnatorum et Cognatorum Patritium Volbramensem vel deficiente Patritio Volbramensi ex Oppidis et villis adjacentibus Oppido Wolbram oriundum et si ~~etiam~~ nullus ~~tamen~~ ex Consanguineis agnatis Cognatis Fundatoris vel Patritijs Volbramensibus vel ex oppidis et villis adjacentibus extiterit, vel etiam ad obtinendum hoc Beneficium inhabilis et

non idoneus repertus fuerit, etiam extraneam personam quali-
ficatam praesentare tenebuntur. Item Statuimus quod si Prepo-
situram Hospitalem Volbramensem Consanguineus Agnatus et Co-
gnatus Fundatoris vel Patritius Volbramensis vel etiam ex adjacen-
tibus Oppidis et villis oppido Wolbram oriundus Canonicè obtinue-
rit et possederit tunc etiam et Canonicatum ac Praebendam noviter
fundatam occurrente vacatione ad Praesentationem Seorsivam Pa-
tronorum Suprascriptorum praevia Canonica Institutione simul
cum Praepositura Volbramensi Hospitali obtinere et tenere poterit,
aliàs si extraneus ad Praeposituram Suprascriptam Hospitalis
Volbramen. Institutus fuerit Canonicatus et Praebendae Supra
scriptae incapax erit, sed alius ad eundem Canonicatum et Praeben-
dam per Patronos pro tempore existentes modo et forma prout su-
pra per Nos ordinatum est praesentabitur. Quod si Suprascripti
Patroni et Collatores ordinarij aliquem ex supradictis Praesentandis
rogati praesentare noluerint et in praemissis omnibus exequendis
prout supra descriptum est negligentes aut remissi vel discordes
fuerint, aut quocunque modo culpabiles extiterint, ex nunc libe-
rum erit Suprascriptis Consanguineis Fundatoris Proximioribus tum
Agnatis et Cognatis et alijs Suprascriptis ad Nos et Illus.mos ac Re-
dmos Successores Nostros Epos Crac: vel Officialem Curialem Crac:
pro tempore existentem facere recursum pro collatione hujusmo-
di Canonicatus et Praebendae et Institutione obtinenda non obstan-
te quacis Praesentatione Patronorum Ordinariorum pro illa tantum
vice toties quoties in Praesentando praedicti Ordinarij Patroni et
Collatores culpabiles fuerint. Item Statuimus ut Praepositus
Hospitalis Volbramensis qui simul et Canonicatum et Praebendam
dictae Collegiatae ex Suprascriptis Consanguineis assecutus fuerit
Missas Cantatas intuitu Erectionis Ecclesiae Hospitalis Volbra-
men. sibi incumbent in eadem Ecclesia Hospitali Wolbramen.
juxta tenorem Fundationis, respectu vero Praesentis fundationis
in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviae absolvat.
Et quoniam Suprascripti Sororini Fundatoris ob defectum ae-
tatis sunt adhuc incapaces hujus beneficij maxime ex eo, quod
competentia actoratus ob praemissam aetatis indiscretionem, ipsis
nullatenus in Judicijs servire valeat, Ideo ne lis et caus a
ratione Census et Summae Capitalis in Bonis villae Mydlnicki
prodole hujusmodi Canonicatus assignatae in Judicijs Tribunalis

Regni

Regni hactenus motu et agitata aliquod detrimentum ob defectum Canonici patiatur Executoribus praesentandi personam idoneam etiam extraneam concedimus facultatem et ita statuimus decernimus et ordinamus atq ordinationem suprascripti Fundatoris in ijs Omnibus punctis in quibus ordinationi, moderationi, reformationi et Decreto Nostris non contrariantur approbamus et Confirmamus et ad explena suprascripta omnia Erectionis contenta omnes et singulos superius specificatos sub onere Conscientiae obligamus et obstringimus atq defectus quoslibet tam Juris quam facti si aliqui in Praemissis quomodolibet intervenerint supplemus et sanamus Literasq approbationis et Confirmationis atq Erectionis desuper necessarias in forma solita decernimus et relaxamus. In quorum fidem praesentes manu propria subscriptas sigillo nostro muniri mandavimus. Datt Cracoviae Die prima Mensis Junij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quinto. Praesentibus Illustribus et Adm Reverendis Stanislao Trzebicki Cantore Gnesnensi Custode Cracovien Causarum Curiae Nostrae Cancellario. Andrea Pegowski Chełmensi Scholastico, Sandomiriensi, Hieronymo Russocki Plocensi Canonicis, Raphaele Roscicki Actorum Curiae nostrae Notario et alijs quam plurimis fidedignis testibus.

Andr Episcopus Cracoviensis mp L. S.

Ex Originali Pargameneo Erectionis dicti Canonicatus transumptum per me Casimirum Jarmundowicz Publicum Sa Auctte Aplica Notarium, et ejusdem Fundationis Canonicum, ac Capituli SS. Ob Praeparatorum

Transportatio Summae 5000. ex Bonis Oppidi Secemin Villarumq Krzepice et Psary in Bona Villae dictae Jaworze Magnifici olim Sigismundi Tarło Capitanei Pilsnensis Haereditaria Ao 1683.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Cracoviensibus Illustris et Adm Reverendus Gabriel Wegrzynowicz Jurisutriusq Doctor Protonotarius Aplicus, Sanctorum Omnium Crac Canonicus

Prepositus et Officialis Pilsnensis recedendo a Terris Districtibus Foro Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis propriis et competentibus se vero cum Succedentibus Bonis q suis omnibus Jurisdictionis Officij Pentis Castren Capitanealis Crac: pns ad actum Presentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq subjiciendo palam et libere ac percl- prepsum recognovit. Quia Generosum Samuelem Michaelem à Czarnocin Czarnocki olim Incolam Samuelis Czarnocki Gladiferi Terre Cracovien: filium de summa Capitali Quinque Millium Florenorum Polonicalium per suprascriptum olim Prospium Samuelem Czarnocki olim Reverendo Joanni Grabowski Rectori Hospitalis Oppidi Wolbromien seu cui ipse ceperit aut testamento ordinaverit coram Actis Officij Pentis in Scriptam et super Bonis oppidi Secemin seu villis Kordpice et Pszyy in vim Recemptionis alias ne videlicet Sacrae cum censu annuo assecurata, per eundem olim Reverendum Joannem Grabowski pro Canonicatu Ecclesiae Omnium Sanctorum sui Recognoscentis ad nostros prospectionis ordinata, jam vero sibi Recognoscenti per memoratum Prospium Czarnocki exsoluta, tum de Inscriptione Actorum Pentium Recemptionali super Summam suprascriptam ejusdem Recognoscenti quietat liberatq et absolutum facit Pentibus perpetuo, prscriptionem eandem cassat, mortificat et annihilat omnemq; Bonorum obligata ab eadem Summa Capitali et censibus in futurum solvendis exhonerat et exonerat, recognoscens sibi Summo ejusdem realem et sufficientem persolutionem factam esse, Salva nihilominus repetitione et vindicatione censuum pro Annis vetroactis retentorum atq Inscriptione ad eosdem census retentos sese referenti pleno iuris- dicto sibi recognoscenti reservata, Pentis recognitione ad quam pa mediante. Nihilominus idem Recognoscens commodo et utilitati suae meliori providendo Summam eandem Capitalem Quinque Millium Florenorum Polonicalium in alia Bona munda liberaq; inscripta transportat et in eisdem Bonis collocat. Et

Hic subinde coram eodem Officio et Actis Pentibus Castrenibus Capitanealibus Crac: personaliter comparens Magnificus Ligismundus à Kenczyn Kalto Capitaneus Pilsnensis Bonorum villae Jaworza Horek sanus mente et corpore existens recedendo à terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; Officij suis quibusvis propriis et competentibus sibi vero cum Succedentibus ac Bonis suis omnibus Jurisdictionis Officij Pentis Castrensis Capitanealis Cracovien- pns ad actum Presentem attinet tota liter ac plenarie incorporando atq subjiciendo palam libere ac perc prepsum recognovit. Quia ipse Illustris et Amplus Reverendo Fabricii Wegrzynowicz U. I. Doctori, Protonotario

Protonotario Apostolico Sanctorum Omnium Cracoviensi Canonico, Preposito et Officiali Pilsnensi et eius Successoribus Canonicis pro tempore existentibus Summam Trecentorum Quingenta florenorum pecunie communis Polonicalis monete et numeri in Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta Polonicalibus computando census annuis Leemptionalis pro Summa Capitali Quingenta Millium florenorum Polonicalium per predictum Illustrem et Rdum Adum Wegrzynowicz ex Bonis Secemin Kurzepie et Psary levata et sibi Recognoscenti tradita in et super Bonis suis propriis et Hereditariis tota videlicet et integra villa Jaworza cum Curia et predio ibidem sitis in Palatinatu Landomiriensi et Districtu Pilsnen. consistentibus cum omnibus eorundem Bonorum Subditis, Incolis Metallicis Hortulanis Ingrediis agris pratis, campis Silvis tabernis molendinis fructibus proventibus reditibus utilitatibus emolumentis attinentijs et pertinentijs generaliter universis, nullis penitus exceptis, nec pro se suisq Successoribus aut alioquin reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra non derogando, in totumq et plenarie prout profatorum Bonorum Hereditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat teneregq habere et possidere debuit ac ipsum concernebant legitimeq servire debent jam ex nunc perpetuo et in evum irrevocabiliter Leemptionis alias ratione Vigore Pacti vendidit et in scriptis prout vendit et in scribit Pleno Jure. Quam quidem Summam Suprascriptam Trecentorum quinquaginta florenorum pecunie communis Polonicalis monete et numeri premissorum idem Recognoscens Magnificus Sigismundus Scarbo Capitaneus Pilsnensis se de suis Successores, Bonorumq profatorum tam in toto quam in parte Heredes et quosvis Successores de et super Bonis suis omnibus Supra scripto Illustri et Rdo Adro Gabrieli Wegrzynowicz et eius Successoribus Canonicis pro tempore existentibus in scribit et obligat presentibus quotannis pro quolibet festo S. Michaelis Archangeli inchoando Solutionem istius census a proxime venturo festo S. Michaelis Archangeli et sic consequenter singulis festis et Annis predictis dare solvere et per suum proprium Nuntium ad manus eiusdem Rdi Reverendi Canonici nunc et pro tempore existentis mediante quietatione manuali transmittere Idque sub vadio Summe Capitalis Coram pendenti videlicet Quingenta Millium florenorum pecunie Polonicalis per predictum Recognoscentem Magni-

+ Inscriptio super Bonis Jaworzu in Palatinatu Landomiriens. Districtu Pilsnen. seu nunc in Gallicia Orientali

ficum Sigismundum Tarło et ejus Successores Bonorumq. praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores praedicto Illustri et Adm. Rdo Gabrieli Węgrzynowicz et ejus Succedaneis Canonicis pro tempore existentibus in casu non Solutionis census Suprascripti pro tempore et loco supraexpressis ad Solvendum succumbendo. Et jam ex nunc Idem Recognoscens Magnificus Sigismundus Tarło dat et admittit praesentibus praenominato Illustri et Adm. Rdo Gabrieli Węgrzynowicz et ejus Succedaneis Canonicis pro tempore existentibus in Bona Suprascripta censu praedicto onerata in eodem censu realem Intromissionem cum actuali utifructione per Ministerialem quemcunque sibi ad id duxerit eligendum, jam ex nunc ipsi ab Officio praesenti additum. Debetq. ac tenebitur praedictus Recognoscens Magnificus Sigismundus prout se ac suos Successores, Bonorumq. praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis possessores de et super Bonis suis omnibus praedicto Illustri et Adm. Rdo Gabrieli Węgrzynowicz et ejus Succedaneis Canonicis pro tempore existentibus inscribit et obligat praesentibus, ipsum Illustrem et Adm. Rdum Gabrielem Węgrzynowicz et ejus Succedaneos Canonicos pro tempore existentes in dictis Bonis praesenti censu oneratis et occasione eorundem Bonorum tam in toto quam in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, si quae in eisdem Bonis cuicunque Personarum factae et recognitae fuerint, tum ab omni impetitione Juridica quarumcunque Personarum, Status, Sexus, et conditionis cujuspiam existentium, in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere et intercedere indemnemq. Ipsum Illustrem et Adm. Rdum Gabrielem Węgrzynowicz et ejus Succedaneos Canonicos pro tempore existentes indemnes reddere. Ita ut praedictus Illustris et Adm. Rdus Gabriel Węgrzynowicz ejusque Succedanei Canonici pro tempore existentes possint et valeant quolibet anno et festo Suprascriptis sine quovis impedimento Censum Suprascriptum percipere queant. Idque sub vadio alio simili Seorsivo et speciali aliorum Quinque Millium florenorum pecuniae Polonicalis per praedictum Recognoscentem Magnificum Sigismundum Tarło et ejus Successores Bonorumq. praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores praedicto Illustri et Adm. Rdo Gabrieli Węgrzynowicz et ejus Succedaneis Canonicis pro tempore

existentibus in casu non completionis premissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadijs Status seruitijs et specialibus tuitor ad solvendum succumbitis ac pro re aligna principali ex premissis non completa, summaq census predicti non soluta tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit citatus existens memoratus Reognoscens Magnificus Sigismundus Jacto velejus Successores Bonorumq relatorum tam in toto quam in parte Heredes et quosvis possessores citati ad instantiam Illustris et Rdi Fabritis Wegrzynowicz velejus Succedaneorum canonicorum pro tempore existentium ad Officium Gens Castrense capitaneale Cracoviense, vel Castrense capitaneale Neocorinense ex tunc recedendo ut supra a terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscunq proprijs et competentibus. Se vero cum Successoribus Bonorumq relatorum tam in toto quam in parte Heredibus et quibuscunq possessoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictione officij Illius ad quod ex premissis tenore Inscriptionis relatis citabitur, pro ad respondendum et Inscriptioni relati in toto satisfaciendum plenarie incorporando in primo citationis termino tanquam peremptorio tave parere respondere, pro vadijq vel vadijs Status seruitijs et specialibus ac pro re ipsa principali ex premissis non completa, summaq census predicti non soluta tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit et teneatur, Regue ac possessores suos Bonorumq relatorum tam in toto quam in parte Heredes et quosvis possessores obliget, ipsum peremptorium terminum et alios omnes consequentes causa ejusdem terminos semper peremptorios vera in fide tate, pro Majori, mia cum ritate Successorum legatione intra et extra Regnum, seruitio militari, ad munimenta vel alijs quibuscunq legalibus impedimentis et dilationibus non attendendo. Ad quietandum neu ultra spatium duarum septimanarum Officij Gentis Castrensis capitanealis Cracoviensis: vel ultra proximos terminos officij Status Castrensis capitanealis Neocorinensis dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac omnia omnia penis simplicibus, vel triplicatis, evasionibus, statutis Juris, prescriptione terrestri, bello, Conventionej et alijs quibuscunq Juris remedijs et defensis non suffugiendo quibuscunq in scriptione ad premissa mediante.

Actum in Castro Cracovien: Fer: quarta post festum Assumptionis in solum B. M. Virginis Matris proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Tertio.

Correct. Scheerles ssei

Series Canonicorum Fundationis Grabovianae

1mus Fuit Ill.s Gabriel Węgrzynowicz Protonot: Apl. institutus Anno 1665.

2dus Fuit Illustris Antonius Stawek institutus Ao 1684 d. 23 Octobris post obitum Gabrielis Węgrzynowic.

3tius Fuit Illustris Joannes Fabiankowski post obitum Antonij Stawek institutus Anno 1695.

4tus est ad praesens Illustris M. Casimirus Jarmundowicz Utriusq Juris Doctor et Pfr. post resignationem Illustris Fabiankowski Anno 1733. subsemtam institutus eodem Anno 1733.

5tus est M. Daniel Puchalski Curatus in Grodeck installatus d. 20 Xbris 1753. per Plenipotentem.

6tus Illustris Josephus Strzałkowski Praepositus Hospitalis Wolbramensis installatus d. 19 Febr. 1767. = privatus Canc. appellatus

Anno 1684 d. 30 Augusti fuit controversia de eodem Canonicatu Fundationis Grabovianae inter Adm Rdum olim Stanislaum Dobrzycki Hospitalis Wolbramensis Praepositum et Adm Rdum Antonium Stawek intervenientem, uterq Praebendam hanc praetendebat, de ea tn per Decretum provisum fuit Illustri Antonio Stawek, videant Actus 6. 7bris. 2. Octobris ~~et~~ 23. Octobris Anni 1684 in Actis Vicariatus Crac.

Similis Controversia fuit de hocce Canonicatu Anno 1751. cum post resignationem mei, Patroni spretis cognatis ~~sup~~ Fundatoris superviventibus Personam minus idoneam, n commendatam ad eundem Canonicatum praesentaverunt. Hinc deducta procedentia ex Linea fundatoris, praesentatus à Civibus V. Trojanowicz amotus est. Illustris vero Daniel Puchalski recto ordine de linea processisse declaratus, et pro accipienda praesentatione ad Cives Volbramenses remissus, recepta tandem ab ipsis praesentatione institutus est per De

cretum Conrij die Lunae 21. Mensis Octobris Anno 1753. in Stallatus die 20 Xbris. Anno eodem 7. Illustris Casim. Stepewski in Krzęcin Curatus. ꝑ quem supra. Appellatus. post Installationem dein. resignavit in Krzęcin Beneficium. et assumpsit in Przeginia.

60.1

Erectio Canonicatus Kowalsciani Aº 1671.

In nomine Domini Amen, Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam velox labentium temporum cursus, et consumens omnia vetustas gestorum humanorum quamvis laudabilium memoriam secum abstrahit. Sagax proinde antiquitas oblivionis eorundem labi efficaci remedio subvenit, nicommodum dum Literarum munimine protunc clara et manifesta futuris ac-culis reddi posse non obscura ingeniose adinvenit. Hoc inventio rerum gestarum stupendum gestarum memoriam procul dubio pepit, quam Scriptuarum veritas non obtendit. Et quamvis unumquodque preclare gestum ut per literas serio commendetur posteritati, dignum est illud nihilominus, quod pro Divinae laudis et cultus augmento ac animarum Christi fidelium salute instituitur, ubi longe magis tantius ipsi adamanti imprimendum est. Quare Nos Nicolaus Oborski Dei et Aplicae sedis gratia Episcopus Laodicensis suffraganeus Scholasticus, Vicarius in spiritualibus et Officialis Generalis Cracoviae, significamus tenore praesentium universis et singulis praesentibus et futuris. Qualiter Dominus Petrus Philippus Kowalski Decanus Zatorensis in Krydychowice Plebanus Vrieszempleviensis decoris Domus Dei intime amans de salute animae suae plurimum sollicitus zelo devotionis ac cultus Divini propagandi accensus, pro bonis transitoriis, eternis gaudiis potiri ac sempiterna beatitudine frui cupiens, de bonis Divinitus sibi concessis in remedium salutis animae suae et expiationem suorum peccaminum pro fundatione Canonicatus et tituli Ecclesiastici in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum Cracoviae summam capitalem centum florenorum aureorum Hungaricalium in specie una cum censu annuo Redemptionali Quadraginta florenorum aureorum Hungarici in specie liberaliter contulit: qui coram Nobis pro Tribunali ad causas audiendas sedenti in persona sua comparens petita exigentiam termini hodierni ex literis Citationis Generalis in et contra omnes et singulos sua ex adverso jus et interesse quodquod ad infrascripta quovis sub praetextu se habere pretendentes, ex Cancellaria Nostra emanatis, et debite prout ex tenore earundem sufficienter constitit, ad valvas Ecclesiarum memoratae Collegiatae Sanctorum Omnium et Parochialis Krydychoviensis et Gevattoviensis per publicationem executi provenisset: contumaciam taliter citatorum omnium et singulorum

non tamen in Judicio comparens accusavit, et in eorum Contumaciam Inscriptionem subinsertam profato Capitalis Summae Centorum Aureorum Hungaricalium Censuq; pro eadem provenien per Generosum Andream Jedlecki Praedictatis Bonorum Villae Szvattowice Majoratus in Palatinatu Cracoviensi et Districtu Lathoriensi consistens Hereden super eadem praedictate dicto villae coram Actis Castrensibus Cracovienssibus Feria Quinta post Festum Sancti Mathaei Apostoli et Evangelistae Anno Millesimo Centesimo Sexagesimo Nono in Pedestria Jam vel alii ipse cepevit aut testamento suo ordinaverit recognita in omnibus et singulis illius punctis clausulis, articulis et conditionibus universis approbari confirmari ratificari, vobis Authoritatis ordinariae et perpetuo firmitatis pariter et deservitum desuper, apponi, dictum censum una cum Summa Capitali Libertati et immunitati Ecclesiastico adscribi incorporari, inscribi, atq; super hujusmodi Capitali Summa et censu annuo Canonicatum in ante dicta Collegiata Ecclesia fundari, dotari et erigi, onera eidem Canonico pro tempore existenti inhaerentia census ejusdem juxta ordinationem in scripto judicialiter productam imponi, et ad ea expleenda sub conscientia sua pro ipsum obligari. Jus patronatus dicti Canonicatus sibi fundatori quo ad vixerit et alias juxta eandem ordinationem perpetuo applicari, necnon de eodem Canonicatu novitev erecto Libi per nos provideri literasq; approbationis et erectionis ac alias desuper necessarias decerni et extradi mandavi, debita cum instantia petyt et postulavit, cujus quidem Inscriptionis tenor sequitur hujusmodi.

Coram Nobis Castrensi Capitaneali Cracovien Generosus Andreas Jedlecki olim Generosi Stanislai Jedlecki filius Bonorum Szvattowice hucusque suo pro Interesse erga alium fratrem suum ad suum Interesse spectantium Status, sanus mente et corpore existens Recedens a Terris, Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscis propriis et competentibus, se vero cum successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officio praesentis Castrensis Capitaneatus Cracovien pro ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere ac per expressum recognovit. Qua Actorum Reverendo

Philippo

Philippo Stanislao Kowalski Decano Zatoriensi, Plebano Frydrychowien, seu ei alii ipse ceperit vel Testamento ultime voluntatis sue ordinaverit Summam Quadraginta duorum aureorum Hungaricalium auri puri, justi et veri ponderis ac valoris in Specie pro Summa Capitali Centorum aureorum Hungaricalium auro puri justi et veri ponderis in Specie de rebus prefati Rdi Reverendi Kowalski idq in exolutionem onerum post prefatum Parentem Suum devolutorum et Bona eadem afficientium levata et percepta, de qua ipsum presens quietat liberumq et absolutum facit perpetuo et in et super Bonis suis Hereditariis Suprascriptis videlicet tota et integra medietate Fratrum Bonorum Zavattowice Wielkie sibi ad Summ interes. se erga Fratrem suum divisione cedent in Palatinatu Cracovien. Districtibus vero Zathorien et Oswiecimen jacentium Curia et Predio ibidem sitis cumque toto jure, dominio et proprietate omnibusq et singulis eisdem medietatis Bonorum Fraterum subditis Incolis Cmethonibus Hortulanis, Segnibusq agris, pratis, campis Sylvis tabernis molendinis fructibus, proventibus reditibus utilitatibus emolumentis attinentysq et pertinentibus generaliter universis, nullis penitus exceptis nec pro se suisq Successoribus aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et singulis in Specie comprehensis generi per speciem et e contra non derogando, verum ita late, longe circumferentialiterq prout prefatorum Bonorum Hereditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, tenereq habere et possidereq debebat, ac ipsum concernebat eidemq legitime devenerant, in vim tamen Recemptionis alias ma Fridericum vendidit et inscripsit presentibus. Quam quidem Summam Suprascriptam Quadraginta duorum aureorum Hungaricalium auri puri, justi et veri ponderis ac valoris census Recemptionalis annui idem Recognoscens Gnus Andreas Jedlecki se ac suos Successores Bonorumq Fraterum tam in toto quam in parte Heredes et quoscunq pro tempore Dect super Bonis suis omnibus prenominato admodum Rdo Kowalski Decano Zathorien seu ei alii ipse ceperit vel Testamento ordinaverit inscribit et obligat presentibus quotannis pro duabus temporum vicibus. Primam quidem vicem Viginti unius aureorum Hungaricalium pro festo Sanctorum

Inscriptio super Bonis

Trium Regum, alteram verò ratham itidem Viginti unius Aureorum Hungaricalium pro festo S. Michaëlis Archangeli incipiendo Solutionem istius census à festo Sanctorum Trium Regum in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo proxime et immediate venturo incidenti dare solvere et ad manus ejusdem Admodum Reverendi Kowalski seu ejus cui ipse cesserit vel testamento ordinaverit, quietatione mediante manuali ipsius seu ejus cui ipse cesserit et ordinaverit per suum proprium Nuntium transmittere. Idque sub vadio summae Capitali correspondenti videlicet Sexcentorum Aureorum Hungaricalium auri puri, justi et veri ponderis per praedictum Recognoscentem Generosum Andream Jedlecki et ejus Successores Bonorumque praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores praenominato Admodum Reverendo Philippo Stanislao Kowalski Decano Zathoriensi Plebano Trydrychoviensi seu ei cui ipse cesserit vel testamento ordinaverit in casu non solutionis census suprascripti pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbenti et jam ex nunc idem Recognoscens Generosus Andreas Jedlecki dat et admittit praesenti praenominato Admodum Rdo Philippo Stanislao Kowalski Decano Zathoriensi, Plebano Trydrychoviensi seu ei, cui ipse cesserit vel testamento ordinaverit in Bona suprascripta, censu praedicto onerata in eodem censu realem Intromissionem cum actuali utifruitione per Ministerialem quemcunque sibi ad id duxerit eligendum, jam ex nunc ipsi ab Officio praesenti additum. Debetque et tenebitur praedictus Recognoscens Generosus Andreas Jedlecki prout se ac suos Successores Bonorumque praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores de et super Bonis suis omnibus praenominato Admodum Reverendo Philippo Stanislao Kowalski Decano Zatoriensi Plebano Trydrychoviensi seu ei cui ipse cesserit, vel testamento ordinaverit inscribit et obligat praesenti eundem Admodum Rdum Kowalski seu eum cui ipse cesserit vel testamento ordinaverit occasione census praefati et Bonorum suprascriptorum eodem censu oneratorum tam in toto quam in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus si quae in eisdem Bonis cuicunque personarum factae et recognitae fuerint, tum ab omni Impetitione Juridica

quarumcunque

quorumcunque personarum Status, ejus et conditionis cuius-
vis existeret in omni Judicio et officio Regni totiès quotiès opus fuerit
tueri defendere evincere et intercedere ac nihilhet indemnem reddere.
Ita ut praedictus Adm. Rdus Philippus Stanislaus Kowalski Decanus
Latheriensis Plebanus Trzydrychoviensis seu is cui ipse cesserit vel
Testamento ordinaverit possit et valeat pacifice et integre quolibet
Anno et festis atq; rathis suprascriptis censum suprascriptum
sine quovis impedimento percipere Pignus sub alio quoque simili
servitio et speciali vadio Sexcentorum Florenorum Hungaricalium
auri puri justi et veri ponderis per praedictum Recognescentem Ge-
nerosum Andream Jedlecki et ejus Successores Bonorum Gratorum
tam in toto quam in parte Haeredes et quovis Possessores Nomina-
to Adm. Rdo Philippo Stanislao Kowalski Decano Latheriensi Ple-
bano Trzydrychoviensi seu cui ipse cesserit vel testamento ordi-
naverit in casu non completionis promissorum omnium et singulo-
rum tam in toto quam in parte totiès quotiès opus fuerit ad Sol-
vendum succumbere. Pro quibus quidem vadio vel vadijs Gratis
Servitijs et Specialibus tabler ad Solvendum succumbitis ac pro re
aegra principali et praemissis non completa, Summaq; census Gratis
non soluta Status existens memoratus Recognoscens Generosus An-
dreas Jedlecki vel ejus Successores Bonorumq; Gratorum tam in toto
quam in parte Haeredes et quovis Possessores citati, ad instantiam
praenominati Adm. Rdi Philippi Stanislai Kowalski Decani La-
thariensis Plebani Trzydrychoviensis seu ejus cui ipse cesserit vel
testamento ultimae voluntatis suae ordinaverit Ad Officium Consi-
storij Spiritualis Cracoviensis vel Officium Castrense Capitaneale
Cracoviense seu etiam Castrense Capitaneale Sandecinense, ex
tunc recedendo ut supra a Terris Districtibus Juribus Jurisdicti-
onibusq; suis quibuscunq; propriis et competen? Se vero cum Succes-
soribus Bonorum Gratorum tam in toto quam in parte Haeredibus
et quibuscunq; Possessoribus ac Terris suis omnibus Jurisdictioni Officij
illius ad quod ex praemissis vigore Inscriptionis Praesentis citabitur
quo ad respondendum et Inscriptioni Praesenti in toto satisfaciendo
plenarie incorporando. In primo citationis termino tanquam pere-
mptoris stare, parere, respondere, pro vadijs Gratis Servitijs et Specialibus
ac Summa ipsa census praetacti non soluta, reque principali ex praemissis non completa citabitur tam in toto quam in parte totiès quo-
tiès opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur, Regique ac posteros
suos Bonorumq; praetatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quovis

pope pores obligat, ipsum primum peremptorium terminum etatis
ornes consequentes causa ejusdem terminos semper peremptorios ve-
ra in primitate, pro majori, minorennitate successorum legatione
intra vel extra Regnum, servitio militari, ac ad munimenta vel
alys quibuscris legalibus impedimentis et dilationibus ad differend.
Adquietationem ultra spatium duarum septimanarum offici presentis
Castrensis Capitaneatis Cracovien[sis] quam etiam officij Castrensis
Capitaneatis Zarecimensis dilationem ibi[dem] recipiendo, nul-
jam ex tunc designavit in suprascripto loco vacuo frontis spicij muralis ad latam plateam predictam versus Ecclesiam sanctissime Trinitatis tendentis spatium quatuor cum medio ulnarum pro construenda et edificanda Justitia. Ita ut in hujusmodi loco novem Justitie edificarentur. Quas quidem Justitias quilibet ex supradictis civibus pro se et per se suis sumptibus et impensis muro à lateribus et superficie edificare tectoq competenti tegere ita; quod nichil fenestris atq luminibus dicte Ecclesie obstet atq impediat, nullum tamen caminum extecto emittendo tenebitur et erit adstrictus, et tenebuntur et erunt adstricti. Quilibet autem ex predictis civibus habebit ingressum singularem et separatum ad suam Justitiam per portam ex platea bene et honeste muro munitam, lapideq tecto ornatam hac conditione adjecta, qd hujusmodi Justitie sint dedicate tantummodo pro dividendis mercimonijs dictorum civium, sintq aliene ab omnibus illecebris, unde scandalum vel inhonestas aliqua aut periculum maximè vestigijs imminere seu evenire possint. Quas quidem Justitias supradicti Domini sive sic per eos et cujuslibet eorum sumptu et impensis edificatas et constructas habebunt tenebunt, possidebunt, et utifruentur ad tempora vite sue et uxorum suarum, quas ad presens habent: exceptis Gregorio Stowaß qui suam Justitiam ad vitam suam et Mathie filij illius, ac Petri notarij qui et ad Sophie uxoris ac Petri filij suorum possidebit sub eo pacto et obligatione; quòd quandiu Edicti sive ac eorum uxores viverint et quilibet eorum viverit, quilibet illorum ex sua Justitia duas marcas pecunie numeri et monete Polonicalis singulis annis pro Rathis et festis infrascriptis, videlicet per unam Marcam pro solemni Pascho, et aliam Marcam pro sancti Michaëlis festo ac rathis sese proximè et immediatè sequentibus incipiendo primam solutionem hujusmodi census a festo sancti Michaëlis proximè venturo Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo tertio, et eandem solutionem usq ad extrema illorum tempora continuando Ecclesie predicte omnia sanctorum

De reparatione Ecclesiæ.

in manus Prænobili Decani et Provisorum sub penis inscriptis solvere debebunt et tenebuntur et quilibet illorum debebit et tenebitur. Qui quidem census pro utilitate et necessitate dictæ Ecclesiæ et non aliàs juxta arbitrium dictorum Præpositi Decani et Provisorum converti debet. Vitâ autem suprafatarum personarum et cujuslibet illarum finitâ et cessante, dispositio, provisio et ordinatio dictorum Institutarum et cujuslibet illarum ad eandem Ecclesiam Omnium Sanctorum, seu ad præpositum Decanum et Provisores ejusdem Ecclesiæ pro tempore existentes cum omni jure, dominio et proprietate redibit et revidebit absq; aliqua contradictione et impedimento Successorum et Hæredum prædictorum Sivium, et cujuslibet illorum. Memorati autem Dni Sives et quilibet illorum hujusmodi Institas suo sumptu et impensa a muro construere et ædificare hinc ad festum Pentecostes proxime venturum sub amissione Juris sui, quod quilibet illorum ad locum hujusmodi ex presenti contractu habet, et sub pœna Quinquaginta marcarum pecuniæ si et hoc si et in quantum aliquod impedimentum non intervenerit: debebunt et tenebuntur, et quilibet illorum debebit et tenebitur; ita quod prædicti Dominus Præpositus Decanus et Provisores ejusdem Ecclesiæ licebit in locum illorum seu illius qui negligentes fuerint, alium substituere, pœnam prædictam Quinquaginta marcarum pecuniæ à quolibet, qui Institam non ædificaverit repetere, levare, et tollere. Quæ omnia et singula promissa facere et adimplere: hoc est Institas ut supra declaratum est ædificare et centum duarum marcarum pecuniæ ex quolibet Institia singulis annis solvere prædicti Sives et quilibet illorum recedendo à Jure et Jurisdictione Civili, ac Jurisdictioni Ecclesiasticæ ejus ad hunc duntaxat contractum se incorporando, absq; exceptionibus, Juris et facti remedys et cautelis sub pœnis et censuris Ecclesiasticis se se obligaverunt inscripserunt et subjecerunt, et quilibet eorum ~~se~~ inscripsit subjecit et obligavit, hoc specialiter adjecto, quod si aliquis ex prædictis Sivibus pro aliqua vatha centum non solverit et censuras

Ecclesiasticas

De reparatione Ecclesiæ

Ecclesiasticas per unum mensem tolerare præsumpserit, licitum erit præfatis Dominis Præposito Decano et Provisoribus ejusdem Ecclesiæ illum qui hujusmodi censuras per unum mensem toleraverit à sua Institita alienare, et eandem Institam alteri Pasonæ seu Civi locare et arendare prout utilius illis videbitur, ipsoq facto is, qui censum solvere recusaverit ad hujusmodi Institam omne Jus perdet. Ad quod dicti Cives consenserunt et similem recognitionem Inscriptionem et obligationem ad Acta Civitatis Cracoviensis se facturos promiserunt sub pœnis suprasptis. Sed quoniam dictus Petrus de nova Civitate suam Institam ad tres vitas, videlicet suam, et Sophiæ Uxoris ac Petri Filij suorum possidere debet; iccirco hac ratione Provisor Ecclesiæ ejusdem quoad vixerit esse debet: ad quod se idem Petrus suomisit. Quem quidem Contractum dictæ partes in ~~alias~~ omnibus illius punctis, clausulis et conditionibus universis per Dominum approbari, confirmari et ratificari, roburque Authoritatis Ordinariæ pariter et Decretum desuper apponi et libertati Ecclesiasticæ adscribi petierunt et postulaverunt. Et Dnus ante omnia Literas Cridæ contra suum Interesse prætendentes præmittendas decrevit. Acta sunt hæc Cracoviæ in Domo dicti Domini Præpositi. præsentibus ibidem Nobilibus Dominis Stanislao Dębniczki in Mydlniki Hærede, Joanne Myszanowski, Joanne Słupecki Testibus et me Stalao Krzycki notario Publico.

Probatur 3tio Simili contractu inter Perillustres Præpositum et Decanum Ecclesiæ OOm SSm Cracoviæ Sitæ et Honestum Albertum Kuczakowicz Civem Cracovien confecto. et Authoritate Ordinariâ approbato. cujus tenor sequitur talis

Anno Domini 1606 Die Lunæ 12 Mensis Junij

+ Bernardus miseratione Divina tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam Sacræ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Ma-

De reparatione Ecclesiæ

Maciejowski nuncupatus, perpetuus Administrator Episcopatus Cracoviensis Dux Severiensis. Universis et singulis quorum interest aut in futurum quomodolibet interesse potest significamus Præsentibus Literis nostris productas fuisse coram Nobis Literas infrascriptas concessionem fundi in fronte Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ jacen. pro ædificandis Institis quatuor et Capellâ Honesto Alberto Koczakowic Muratori eo respectu et conditione hujusmodi apposita, ut de duabus Institis simul ac ædificatæ fuerint, Ecclesiæ eidem Sanctorum OOm, ex alijs verò duabus ipsi Muratori, et ejus Conjugi ad vitam, post mortem autem illorum etiam ut et ex illis, ita et ex his census Ecclesiæ proveniat per Reverendos Adamum Falecium Præpositum et Albertum Kownacki Decanum ejusdem Ecclesiæ Sanctorum Omnium factam, in se continentes, salvas, sanas, illesas, et omni suspicionis nota carentes, manibus dictorum Præpositi ac Decani subscriptas et sigillis appensis roboratas, petitumq a Nobis pro parte eorum esse, ut in concessionem eandem ut Note Ecclesiæ utilem consentire, ipsamq authoritate Nostra approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem Literarum quibus eadem concessio continetur tenoris est qui sequitur.

In Nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Adamus Falecki Sæ Th. Doctor, Præpositus, et Albertus Kownacki Decanus Eccleæ Collegiatæ OOm. SSm Crac: Universis et singulis quorum interest præsentibus Literis Nostris significamus. Quia nos attendentes, quod præfata Ecclesia Nostra nullam provisionem habuerit, unde ipsa in suis structuris et ædificijs reformari et reparari, aliaq necessaria haberi possit et valeat, non vi, dolo, vel metu, aut aliqua sinistra machinatione circumventi, sed de certa nostra scientia ac spontanea et deliberata voluntate, omnibus melioribus modis quibus melius, ac magis potuimus, ac Nobis licuit et licet, Locum desertum post Majoris Altaris

tergum

De reparatione Ecclesiæ.

tergum jacentem penes quem homines quidam absq nostra scientia et voluntate merces suas ad vendendum solent exponere, Honesto Alberto Kuczaskowicz Muratori Cracovien. Homini Catholico et erga Ecclesiam Nostram Zelo pietatis ducto dedimus, concessimus et assignavimus. Dantes et concedentes eidem plenam et omnimodam facultatem et potestatem in eodem loco deserto, quatuor Institas in medio autem earum parvam Capellam pro sepultura ipsius et uxoris ejus, suis sumptibus et impensis ædificandi et constituendi, prout ipsi melius visum fuerit et placuerit. Ex quibus duabus quidem Institis præfato Alberto ratione sumptuum et impensarum pro hujusmodi Institis factarum toto tempore vitæ ipsius usumfructum liberum reservamus, adeo quod fructus ex eisdem Institis provenientes dictus Albertus sua propria authoritate exiget et percipiet, et in usum suum convertet. Ex alijs vero duabus Ecclesia fructum percipiet et in usum suum convertet: post mortem vero ejusdem Alberti præfatæ duæ Institæ cum suo usufructu pro eadem Ecclesia cedere debebunt. Promittentes pro nobis et successoribus Nostris, quod præfatum Albertum ex præmissis et occasione præmissorum tam jure quam facto, nullo unquam tempore molestabimus, quinimo ipsum in pacifica possessione et usufructu manutenebimus et conservabimus. In cujus rei fidem et testimonium præsentes manibus Nostris subscriptas, sigillis Nostris obsignavimus. Actum et datum Cracoviæ Die 16 Februarij Anno Domini 1606. Pontificatus SSmi Domini Nostri, Dni Pauli Papæ quinti anno ipsius primo. Præsentibus Reverendo Domino Hieronymo Gorecki Juris Utriusq Doctore et Sæ Annæ Crac Præposito, et Nobili Domino Alberto Bolkowski Testibus. Adamus Falecius Sacræ Theologiæ Doctor Præpositus Eccleæ Collegiatæ SSm OOm. Albertus Kownacki ejusdem Ecclesiæ

De reparatione Ecclesiæ.

Omnium Sanctorum Decanus. - - Nos igitur Bernardus Cardinalis Supramemoratus, considerantes concessionem hujusmodi fundi ~~et~~ citra detrimentum Ecclesiæ imo in ejus utilitatem factam fuisse, duximus in eam consentiendum, ipsamq authoritate Nostra approbandum et confirmandum, prout consentimus, approbamus, et confirmamus tenore præsentium Nostrarum Literarum: his tamen conditionibus appositis: videlicet ut eædem Institæ ex muro, et non ex ligno, atq ita ne fenestras Ecclesiæ obumbrent, ædificentur, et muro parietibusq Ecclesiæ non applicentur, sed inter eas, et parietes Ecclesiæ maneat spatium liberum, ubiq ad minus duas ulnas et mediam tertiam, ac ut ne ex tectis earum aqua pluvialis ac etiam mirabilis decurrens, illum locum sic humidum reddat, ut parietibus templi humiditas illa officiat, prospiciatur, canalibus appositis sub tectum Institarum earundem, quibus aqua extra decurrat. Deinde ut eædem Institæ semper Catholicè honestis, et non sordidis, et qui suo artificio Divinis in Ecclesia peragendis non præstent aliquod impedimentum pulsu nimirum, imo vel quavis alia re consimili artificibus, Personisq: ac non talibus qui aliquas propinationes in eis, aut artem quampiam illicitam exerceant conducantur. Censusq ex eis proveniens Fabricæ et alijs usibus Ecclesiæ et non Ministris ejus semper applicetur. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra subscripsimus, et sigilli nostri appensione communiri jussimus. Actum et Datt Cracoviæ Ultima Mensis Maij, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexto. Bernardus Cardinalis Maciejowski mp.

Ex Actis Actorum Episcopatus Cracovien extractum, et sigillo communitum &c.

Probatur 4to.

De reparatione Ecclesiæ

Probatur 4to Inscriptione obligatoria coram actis Rdi Dni in Christo Patris Domini Joannis Leonarski die 24 Aprilis Anno Dni 1523. factâ; qua mediante Perillustres Paulus Krassowski Præpositus, et Gaspar Podlaski Decanus una cum Provisoribus Ecclesiæ Collegiatæ OO. SSm Cracoviæ sitæ recognoscunt se accepisse pro ædificatione Turris urgente tunc necessitate, Centum Marcas currentis monetæ per nobilem Jacobum Wolski Vice procuratorem Castri Cracoviensis pro salario deferentium ad infirmos Baldachium super Sanctissimum legatas id de consensu Illustrissimi Loci Ordinarij atq Executorum Prefati nobilis Wolski. Obligantes se eadem ipsa Inscriptione, quod ex proventibus et oblationibus Ecclesiæ communibus, persolvent in vim census Quatuor scolaribus Baldachium deferentibus singulis per singula Quartualia per sex grossos cum medio, tantisper, donec summam ipsam Capitalem reponerent, ac in Censum locarent. Hæc tamen Inscriptio hic non inseritur. Sed paulò infra videatur sub titulo Census pro deferentibus Baldachium.

Probatur 5tò Literis Consensûs Loci ordinarij super oppignoratione argenti Ecclesiæ Collegiatæ OOm SSm pro perficienda Structura Turris ejusdem Ecclesiæ. In quam Oppignorationem Præpositus Ecclesiæ OOm SSm consensit, communem curam Structuræ et ædificationis Turris, cum Provisoribus Ecclesiæ habens.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo sexto, Die Lunæ septima Mensis Octobris.

800

De reparatione Ecclesiæ

Famati Domini Petrus Witodarz, Joannes Jasinski, Nicolaus Motlea et Valentinus Sporek Cives et Vitrici seu Provisores Eccliæ Collegiatæ Oñ Ssmæ Trac: coram Rdo Domino Vicario in Spiritualibus et Officiali Curiali Trac: personaliter comparentes ab eodem, quatenus in Oppignorationem duorum candelabrorum argenteorum, et thuribuli argentei minoris, necnon poculi argentei decurati, ex quo laici vulgares homines post Sacram Communionem potantur ejusdem Eccliæ Collegiatæ Ssmi Oñ propriorum propter necessitatem tecti ponendi et perficiendi super Turri dictæ Ecclesiæ omnium sanctorum consentire Juraq; consensum impertiri dignetur debita cum instantia petierunt et postulaverunt. In presentia Venerabilium Dominorum Valentini Vidavij Sacræ Theologiæ Doctoris, Præpositi Ecclesiæ prædictæ Ssmi Oñ Trac: et Canonici S. Floriani Cracoviæ Collegiatæ Ecclesiarum et Simonis Mecinski Sacristiani ibidem id quogne petentium et in Oppignorationem Solutarum rerum consentientium. Et memoratus Reverendus Dñus Vicarius attenta prædicti tecti necessitate, consensu quogne ac voluntate ad hoc præfatorum Præpositi et Sacristiani eorumdem accedente, in rerum suprænominatarum Oppignorationem in centum florenorum Pecuniæ Polonicalis faciend, eisdem Vitricis seu Provisoribus dictæ Ecclesiæ Ssmi Oñ Trac consensit et consentit. Ita tamen quod præfati Vitrici seu Provisores dictas res infra decursum unius anni eximere eliberare et Ecclesiæ Præfatæ integrè sub censuris Ecclesiasticis restituere teneantur et erunt adstricti, quod se facturum ipsum Provisores sub dictis censuris Ecclesiasticis promiserunt et obligaverunt. Præsentibus Oblatis Præcepti Rdo Laurentio Grutio Officiali ac Plebano Cl. Jnensi, Joanne Vidavio Cl. Leonardo a Cosmanin Cantij notarijs.

Ex Actis Actorum Cti Dñi Stanislai Krasinski extracti

Probat 6to Decreto Consistoriali in Actis Pauli Debski A 1600 Ven 28 Julii contento, quo mediante demandata est Solutio Magistro Organi Petanda per Rdum Valentinum Vidavium Præpositum Eccliæ Coll. Ssmi Oñ. juxta contractum cum ipso pro reparationis initum. Videat in Tertia Charta libri hujus a principio

Compositio

De reparatione Ecclesiæ

Compositio inter Vble Capitulum SS. OOm et Perillustres Præpositum atq Decanum facta mediante Capitulari Decreto, idq ratione reparationis Ecclesiæ, et Salarij Concionatoris. In qua Compositione Præfati DD. Prælati cesserunt Capitulo in Possessionem Quatuor Decimas Manipulares.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo Die 2 Novembris, Anno 1738 in Actis Capituli Dni Prælati cesserunt easdem Xmas de novo.

Celebratum fuit generale Capitulum in Ecclesia Coll: SSm OOm Cracoviæ præsidente eidem Capitulo Perilli et Rndsmo Dno Andrea Kucharski S. T. D. Canco Cath: Crac: Ecclesiæ SSm OOm Præposito, ubi in primis reassumptis Decretis anteriorum Capitulorum præcipue anni præcedentis ratione concurrentiæ ad reparationem Ecclesiæ tum Salariandum Concionatorem per Perillustres Præpositum et Decanum juxta Obloquentiam Erectionis Ecclesiæ Collegiatæ SSm OOm, decrevit V. Capitulum, ut Perills Præpositus et Decanus quoniam omnes Decimas quæ originaliter ad Parochum Ecclesiæ istius spectabant percipiant, et Parochus quisq ex præscripto Canonum de annuis redditibus certam partem pro sua Ecclesia impendere debet, aut curam reparandæ hujus Ecclesiæ habeant, aut de suis Decimis aliquas Venerabili Capitulo cedant, ut Vble Capitulum nunc et pro tempore existens de ijsdem Decimis omnes necessitates Ecclesiæ, utpote tecti organi fenestrarum et Altarium reparationem provideat, et ad Salarium Concionatoris omnino obligetur. Post cujus quidem Decreti perlectionem Perillustres Dni Præpositus et Decanus Ecclesiæ Collegiatæ SSm OOm inito secum consilio, volendo sedare lites omnes et controversias annis anterioribus inter se et Vble Capitulum hoc ipso in negotio motas, Decimas quasdam Perillustris quidem Præpositus in

De reparatione Ecclesiæ

Zagaiow et Magna Piasecke, Perillustris verò Decanus in Parva Piasecke et Chroscice Ecclesiæ Sanctorum Omn, seu illius Venerabili Capitulo nunc et pro tempore existenti cesserunt et condescenderunt eâ conditione, ut ab hinc illi et eorum Successores à reparatione Ecclesiæ et Salariatione Concionatoris sint omnino exempti, sed hoc onus toti Vbi Capitulo incumbat, et eas Decimas Vble Capitulum aut illius legitimus Procurator, vindicet, et recipiat, nullosq eas alios in usus convertat præterquam in solam Ecclesiæ reparationem &c quod se V. Capitulum apprimè servaturum declaravit Quantum ad 2dum &c. M. Andreas Kucharski S. Th. Dr. Canonicus Crac: Ssm Omn Præpositus et Capituli Præsidens (: Locus Sigilli Capitularis:) Ex actis Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Crac: extraditum.

Ex Authentico Decreto Capitulari transumptum

Decretum Consistorij Cracoviensis, quo probatur fuisse Capitulum in possessione &c. Decimarum.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio, Die Mercurij Vigesima Octava Mensis Novembris.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Joanne Chrisostomo Bodzenta Sacræ Theologiæ et Juris Utriusq Doctore Canonico Cracoviensi Judice Surrogato, et in ejus publica Audientia personaliter comparens Adm Reverendus Procurator Venerabilis Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Crac: principalis Actor, Satis faciendo Decreto Judicij Præsentis die Lunæ Vigesima Sexta Mensis et Anni currentis lato in causa Decimæ Manipularis omnis grani et seminis ex agris.

De reparatione Ecclesie

ex agris et araturis predialibus dicte parochialis ecclesie in anno
currenti retente, uti latius in processu hujusmodi causse
coram Judicio Xenti motti et vertenti continetur, Jusex Libro Bene-
ficiatorum et Retaxationum Diocesis Cracovien: facto et in scri-
ptis produxit petens illud admitti et Decretum ferri. Presente
Nobili Matheo Czernicki Generosi Joannis Stanislai Armorumi
lis à Jarrow Suprascripto dicto Heredis citato ex adverso Prin-
cipalis Procuratore, quoniam pars adversa Jus ad controver-
sam Decimam deducit Suum Principalem paratum eandem
extradere offerente. Et Illustris et Admodum Reverendus
Dominus Judex subrogatus attenta citatione submissione
eandem approbavit, visoq Jure ex Libro Beneficiatorum Ec-
clesie Cathedralis Crac: producto, extraditionem Decime con-
troversse et in quantum est integra, alias solutionem ipsius
veri et justi valoris in quindena Actori per Statutum
prestandam decrevit et Literas Executoriales contra eun-
dem in forma solita extradere mandavit. Presentibus
Admodum Reverendis Joanne Cretouski Protonotario Apto, Pre-
posito Neosandecens:, Alberto Kraiowicz Canonico Ecclesiæ
Crac: Hijacinto Domaszewicz Protonotario Apostolico et me Thoma Bakałowicz Juris utriusque
Doctore, Consistorij Cracovien actuario.

Ex Actis Acterorum Officialatus Crac extract.

Anno 1596 Lunæ 7. Octobris Ordinat-consensus in Oppignorationem venit
Item Mulctæ omnes Canonicorum capitulariter Judicatorum, ut
puta Marcæ tres ab unoquoque Canonico absente in Capitulo jux-
ta tenorem Erectionis cedunt pro Fabrica Ecclesiæ.

Item ex Installatione seu Capitulis novi Canonici juxta
praxim antiquam cedunt pro Fabrica florini 8. grossi

Item Prepositus Sim Obm Ao 1675 Mens. Xbris 16 Octobris agit Proc actu
in Curia Crac de Legato 200 florenorum. cum J. Gotard Tm
Item Lunæ 10 Februarij Ao 1647 Præpositus Legatum pro Eccle
vindicavit in Acts Lipnicen.
Item Veneris 5 Martii 1621 Muratoriæ artis Magister agit cum Decano et Magnis

De reparatione Ecclesiæ.

Crac: Super Domo lapidea Duszkowska expost Szeligowska vocitata.

Inscriptio 200. florenorum Polon. pro reparatione tecti Capellæ Liczbienianæ assignatt.

Actum in Judicio Scabinali Cracoviensi Necessario Bannito Feria Quinta Postridie Festi Sancti Francisci Confessoris Die quinta octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo octavo legitime celebrato

Coram Judicio Scabinali Cracoviensi personaliter comparentes Famatus Joannes Duszkowski et Anna Jaroszowicowna Conjuges Cives Cracovienses, Maritus quidem per se, illa vero per Nobilem Andream Cieski ad hunc actum tantummodo sibi consentiente Marito assumptum et Judicialiter approbatum, polam, ultro, verbisq per expressum prolatis recognoverunt et fassi sunt. Quia videlicet ipsi censum annuum Reemptionalem florenorum Duodecem Polonicalium quemlibet florenum grossis triginta computando Venerabili Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum in præsentia Venerabilis Jacobi Schabowicz Sacristiani ejusdem Ecclesiæ nomine ejusdem Capituli recipientis pro reparando tecto Capellæ Liczbienianæ in eadem Ecclesia Omnium Sanctorum sitæ, pro Ducentis florenis Polonicalibus, quos de manibus Nobilis Alberti Bolkowski Executoris olim Andreæ Michaëlis Liczbinski Canonici Ecclesiæ Sancti Georgij in Arce Cracoviensi in prompta parataq pecunia levaverunt et receperunt, de quibus prædictum Executorem Nobilem Albertum Bolkowski quietant liberumq et absolutum perpetuis temporibus pronuntiant, pronuntiatuoq præsentibus recognoscunt, vero, mero, puroq reemptionis venditionis titulo cum pacto redimendi vendiderunt, assecurantes et inscribentes prædictam Summam Capitalem Florenorum Ducentorum Polonicalium cum Censu annuo ab eadem proveniente, in et super omnibus Bonis suis mobilibus et immobilibus nunc habitis

De reparatione Ecclesiæ

habitis et in posterum habendis Specificè verò super sortibus duabus Domus lapideæ in platea castrensi inter Magistratualia et Franciscanorum sa partibus ab utrinq; sitæ. Quod nimirum censum prædictum Recognitionalem ab eadem Summa provenientem ijdem Conjuges pro duabus rathis, Primam nimirum ex florenorum Polonicalium pro festo Sancti Sachatis in Anno Millesimo Sexcentesimo Octogesimo nono proxime venturo. Alteram verò florenorum ex Polonicalium pro festo Sancti Michaëlis in Anno eodem Millesimo Sexcentesimo Octogesimo nono, et sic consequenter de Anno in annum ad quorum Venerabilis Capitulo prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum mediante ejusdem quietationemanuali sint reddituri, reposituri, eundemq; censum solutum, Jdq; sub reclusione damnorum taxatorum et litis expensarum casu dem solutionis alicujus rathæ simplici verbo assertarum ad citationem tam spiritualis officij, quam civilis. Quodsi verò Domus hæ de situ loci disparius expressa dividenda venerit inter alios hæredes et ejusdem quæsitos possessores, extunc liberum erit dictæ Capitulo Ecclesiæ Omnium Sanctorum ab uno ex hæredibus censum eum pro rata possessionis in dicta domo censu ad plenum onerata petendi et exigendi. Insuper si sortes hæ ijdem Recognoscentes aut hæredes illorum ab hoc onere redemptionalis census eliberare, Summamq; Quinquaginta florenorum Polonicalium Capitulo dicto reponere voluerint, extunc denuntiatio semestralis eorundem conjugum de repositione ejusdem Summæ præcedere debebit et tenebit. Renunciantes insimul obus in genere et singulis in specie Benefitijs Juris, dilationibus exceptionibus appellationibus actorum prosecutionibus, Literis salvi conductus, moratorijs, serreis, relaxatorijs alijsq; quibuscunq; quæcunq; ad labefactandam præsentem Inscriptionem Obligatoriam humana industria excogitari possint, Non aliter acsi Decreto Sacræ Regiæ Majestatis Ultima Instantia Judicijs comitoti forent, in forma Obligationis plenissima et perfectissima Sold. p. Ruthenus Vice Extractus Judicij Scabinalis præscripti

25

1751. Jure agit de hac Summa in Consistorio Vrae cum Nobili Zeliga Sine et Mercatore Vrae

De reparatione Ecclesiae.

NB Istius Ptatae Domus Lapideae est ad Pens Possessor Honoratus Staszowski Mercator Civis Crac: qui Ao 1729 die 1. Aprilis in Judicio Consistorij Crac: obtinuit decretum libertatis à solutione Censuum ad annos 15 intuitu ruinarum reparatarum in eadem Lapidea.

Ordinatio 30 florenorum annuatim pro Fabrica Ecclesiae OO. SSm Cracoviae Sitt ab Oratore Tyliciano pendendorum ex Borcana Kowalsciana 5000 florenorum

Ad Officium et Acta Ptentia Castren Capitan Cracovien personaliter veniens Nobilis Alexander Dunczewski nomine Generosi Petri Siemonski Notarij Castren Sandecen infrascriptam Ordinationem Borcanae Kowalscianae Officio Ptenti ad acticandum obtulit, petens hancce Ordinationem Borcanae Kowalscianae à se Offerente suscipi et in Acta Ptentia inscribere permitti. Cujus affectationi Officium Ptens annuendo Ptatam Ordinationem ab eodem Offerente suscepit, et in Acta sua inscribere permisit de tenore tali: Ordinatio Burcanae Kowalscianae qm nomine Dominorum Executorum Perillustris et Adm Rdi Domini Philippi Kowalski Canonici Sanctorum Omnium Cracoviensis, Venerabilis Communitatis Collegij Majoris Clarissimus et Adm Reverendus Dominus Franciscus Tokarski Collega Major, Orator Tylicianus proposuit. Perillustris et Adm Reverendus Dominus Albertus Franciscus Sołtyskiewicz Ecclesiae Collegiatae SSm OOm Crac: Sitae Canonicus, Parochus Frydrychovien et Przybradzen, et Generosus Dnus Petrus a Szemonia Szemonski Notarius Castren Oswiecimien, atq Adm Reverendus Dominus Gaspar Saszyn Parochus Choczensis Executores piae olim memoriae Perillustris et Adm Reverendi Dni Philippi Kowalski

De reparatione Ecclesiæ.

Kowalski Canonici Ecclesiæ Sanctorum Omnium Summam principalem Quinque Millium florenorum Polonicalium pro Burcana in Villa Marszowice inscripti cedunt, et Provisoratum hujus Borcanæ inscribunt Perillustribus Clarissimis et Admodum Reverendis Dominis Doctoribus et Professoribus Venerabilis Communitatis Collegij Majoris in Alma Universitate Cracoviensi signanter verò Excellentissimo Domino Tyliciano Eloquentiæ Professori pro tunc et pro tempore existenti ad præsens autem Admodum Reverendo Domino Francisco Antonio Tokarski Collegæ Majori, Scholastico Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ, Tyliciano Professori Eloquentiæ ad vitæ ejus tempora, quamvis ad aliam Professionem ascenderet, post fata verò ejus non alteri cuipiam, sed Professori Tyliciano Eloquentiæ ita, ut quoties prædictam Professionem Tylicianam vacare contigerit, etiam iste Provisoratus Burcanæ pro vacanti sit, et statim succedenti in prædicta professione Professori Tyliciano tradatur, perpetuoq Professioni et Professori Tylicianæ Eloquentiæ actu existenti adjungatur, et cum hac Professione sit conjunctus. Qui quidem Provisor pecuniam à Summa principali Quinque Millium florenorum Polonicalium nempe florenos Trecentos quinquaginta juxta hanc ordinationem dispensabit. Primo florenos Ducentos et sexaginta Studiosis seu inter Studiosos quotannis numero quinque per Dominos Executores piæ olim memoriæ Perillustris et Admodum Rdi Dni Philippi Kowalski Fundatoris quo ad vixerint, post fata verò eorum per Admodum Reverendum Dnum Canonicum Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum fundationis Kowalscianæ præsentandos, et quidem de Sanguine Paterno et Materno prædicti Fundatoris propinquiores, vel in defectu, remotiores, et in defectu horum, filios nobilium indigentium ex Ducatu Zathoriensi et Oswiecimensi præcipuè Hæredum in Frydrychowice, Horum verò in defectu etiam inter filios plebeiorum de villa eadem Frydrychowice et Przybradz actu Studentes

in Universitate Cracoviensi distribuet septimanatim unicuique per florenum unum, ad eorum diligentiam et studia attendet, negligentes monebit, et carentiâ rationabili puniet; Studiosi verò taliter tentati et participantes ad manendum in contubernio aliquo vel contubernijs obligantur, ubi locum per suos Benefactores procurare debebunt, privatum Præceptorem eundem Dominum Provisorem Borcanæ, Professorem Tylicianum Eloquentiæ habebunt, pro anima fundatoris orabunt, modestiam et diligentiam observabunt, per triennium Borcanam accipient, nè confidentes eleemosynæ suæ fiant negligentiores aut insolentiores. Præterea idem Dominus Provisor reliquum summæ dispensabit taliter: Perillustri et Admodum Reverendo Domino Procuratori Venerabilis Capituli Sanctorum Omnium Cracoviensium florenos Triginta ex prædicto censu recepto pro fabrica Ecclesiæ Sanctorum Omnium quotannis pro festo Sanctorum Trium Regum incipiendo anno currenti Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo nono, ex ultima ratha Sanctorum Innocentum provenienti. Illustri et Admodum Reverendo Domino Canonico Sanctorum Omnium pro tunc existenti fundationis Kowalscianæ, ad quem Jus præsentandi post fata Executorum Testamenti pertinebit florenos Decem, similiter pro festo Sanctorum Trium Regum de anno in annum numerabit, ut ita memor sit prædictorum Studiosorum, et de eorum inquirat diligentia atq de fundatione; sibi verò prædictus Dominus Provisor pro labore quotannis accipiet florenos Triginta. Cæterum ut meliori ordine res procedat, prædictus Dominus Provisor quotannis rationem et calculationem de perceptis et expensis pro prædicta Borcana coram Venerabili Officio Collegij Majoris juxta laudabilem consuetudinem faciet

tempore

De reparatione Ecclesiae

tempore Quadragesimali vel alio per idem Officium assignando et pro auditis rationibus praedicto Officio florenos quindecem numerabit, pro juris expensis quinque florenos quotannis servabit. Quibus omnibus computatis consurgit summa florenorum trecentorum Quinquaginta à summa Principali Quinque Millium florenorum. Quod si verò contigerit retentt census praefatos jure vindicare, praedictus Dominus Provisor ad praedictos quinque florenos conservabit pro vindicatione quidquid tempore vacationis vel excarentia, poena negligen superfuerit. Quam quidem Ordinationem Venerabilis Communitas cum omnibus punctis et clausulis gratissimo suscepit et acceptavit animo, et ut inter Conclusiones inscriberetur voluit. Extractum ex Conclusionibus Venerabilis Communitatis Collegij Majoris Almae Universitatis Cracoviensis Anni Millesimi Sexcentesimi Octuagesimi Noni die Septima Junij. Mgr Andreas Iwanowski Secundus Collega Major, Praepositus Domus Majoris manu propria / / Locus + Sigilli. Cujus quidem ordinationis Originale Idem offerens illico ab Officio praesenti recepit.

Actum in Castro Cracoviensi Feria Quarta post festum S. Francisci Confessoris poema, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo, Quarto.

L + Sigilli Correxit Tobaszowski [illegible]

NB Istam fundationem primus Scisitatus sum in actis Castrensibus et huc copiam extracti ejus inservii propter notitiam futurorum, tantus per enim Oratores Tyliciani nihil pendebant ad Ecclesiam Ovm Sm.

Item Anno Domini 1595 Veneris 19 Mensis Maij

In causa et Actione inter Rdos Dominos Valentinum Widawa

Vide infra in 9. chart

Institæ sub Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviæ sitæ et fundatæ

NB Institas ad dispositionem Rdi Sacristiani spectasse edocet decretum Martis 24 Octobris Ao 1498 latum in actis Joannis de Gostawo contentus.

+ Anno Domini 1562 crescente in Regno Hæreticâ perfidiâ, eleemosynæ et pia opera (: ex quibus solis reparatio Ecclesiæ OOm Sanctorum pendebat :) cessaverunt, et pietas Christiana in cordibus hominum refrigiuit. Hinc Reverendus Dnus Joannes Dembnicki Cracoviensis protunc et Posnaniensis Canonicus ac simul Ecclesiæ Collegiatæ SSm Omnium Cracoviæ Præpositus volens provisionem Ecclesiæ pro necessitatibus ejus conservare, adinvenit modum, quia Spatium Cæmeterij versus Plateam latam à tergo Magni altaris Ecclesiæ OOSSm in novem partitiones æquales divisum, Civibus Cracoviensibus; qui sibi Institas ad exponenda venum mercimonia in locis prædictis ædificarent, ex censu duarum Marcarum ex singulis institis pendendarum locavit. Prout videre est in contractu inserto superius sub titulo De reparatione Ecclesiæ.

Similiter Anno 1606 fecerunt Perillustres Adamus Zaleski Præpositus et Albertus Kownacki Decanus Ecclesiæ Collegiatæ OOm SSm, dum simili contractu Spatium Vacuum pro ædificandis Institis Famato Alberto Kuczakowicz Civi Cracoviensi sub certis conditionibus, ex censu annuo pro fabrica Ecclesiæ convertendo locaverunt. atq; approbationem sui præfati Contractus in Judicio Eminentissimi ac Illustrissimi Dni Dni Bernardi Maciejowski S. R. E. Cardinalis Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ obtinuerunt, prout videre Contractum et ejus approbationem superius ibidem sub

+ titulo De Reparatione Ecclesiæ.

Anno 1477 Saturni 20 7bris in actis Oblig: Stanislai de Swiradzice Jamesnicski de Wieliczka vendidit Institam Joanni de Wieliczka Procuratori Conij sub Cæmeterio Ecclesiæ OOm SSm sitam. Inscriptio

De institis vide infra fol. 788

Inscriptio 500 florenorum, Censusq ab ys provenientis 35 floreno: pro consolatione Prelatorum et Canonicorum in Capitulo Generali presentium, atque pro reparatione Pluvialium, fundatorum, seu A. 1650.

Fundatio pro consolatione Canonicorum in Capitulo presentium.

Actum Feria sexta post festa Pentecosten proxima, Die Decima Mensis Junij Anno Dni Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo.

Comparens personaliter coram Officio et Actis presentibus Consularibus Cracoviensibus Famatus Joannes Nizielski Pellio et Sophia Conjuges Cives Cracovienses Sanimentibus et corporibus existentes, ipse quidem Maritus per se, prefata vero Consors sua recedendo a Dote et dotalitio Juribusq et Pensionibus suis quibusvis quo ad hunc actum attinet in personali assistentia et presentaneo Consensu ejusdem Mariti sui, palam libere ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum recognovit. Quia ipsi Summam Triginta quinque florenorum Polonicalium Census annui Reemptionalis pro Summa Capitali Quingentorum florenorum Polonicalium per Reverendum olim Joannem Krosner Juris utriusq Doctorem Custodem Ecclesiae Sanctorum Omnium legata, et a Successoribus olim Perillustris et Adm Reverendi Jacobi Naymanowicz Canonici Cracoviensis Testamenti ejusdem Krosner Executoris reposita et pro Admodum Reverendis Canonicis pro Capitulo Generali Ecclesiae Sanctorum Omnium duntaxat presentibus et reparatione pluvialium prout infra fundata, et de manibus Adm Reverendi Dionisij Politowicz Juris utriusq

Professoris ejusdem Ecclesiæ Sanctorum Omnium canonicei levata,
de qua ipsum quietant ℔ tibus perpetuò in et super quatuor lor-
tibus Lapideis Civitas dictæ Cracoviæ in platea castrèn inter
Jarozowicowska et Dziurę Lypska Lapideas parte ab utraq; ultra
quis Recognoscentium propriis Admodum Reverendis Canonicis Ec-
clesiæ Sanctorum Omnium duntaxat presentibus pro generali Capi-
tulo pro festo Omnium Sanctorum congregatis, in vim tamen
recemptionis ahàs pro Widerkauf vendiderant et ℔ tibus vendunt,
et inscribunt. Quam quidem Summam triginta quinque florenorum
Polonicalium census annui Recemptionalis ℔ fati Recognoscentes se
cum suis Successoribus, ac Lortium Lapideo supra de situ Spe-
cificate possessoribus inscribunt et obligant vrathatim. Primam
quidem vrathàm, ut pote quatuordecim florenorum Polonicalium
ex eadem Summa triginta quinque florenorum Polonicalium
Capitulo dictis Canonicis Ecclesiæ Omn. Sanctorum duntaxat pro-
tentibus pro generali Capitulo pro festo Sanctorum Omnium cele-
brando congregatis, et pro reparatione Plurialium florenos tres
et grossos quindecim pro festo Sancti Michaëlis Archangeli
proxime venturo. Secundam verò vrathàm itidem Quatuor-
decim florenorum Polonicalium eisdem Canonicis Ecclesiæ Sanctorum
Omnium, florenos tres et grossos quindecim pro reparatione pluvi-
alium pro festo Paschæ in Anno Millesimo Sexcentesimo Quin-
quagesimo primo proxime venturo, et sic de festis in festa et de
annis in annos quousq; eadem Summa capitalis in eisdem Bonis
permanserit mediante quietatione manuali Reverendi Procura-
toris Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium pro tempore exi-stan-
realiter solvere et reddere. Idq; sub Intromissionis Judicie
gradibus tribus simul et semel in casu Lapideæ supra de-
clarati census ejusdem Recemptionalis pro tempore ℔ tibus solvendis
dandis et concedendis. Debentq; ac tenebuntur ℔ fati Recognoscen-
tes prout se una cum Successoribus suis et ℔ dicta Lapidea
Lortium quibuscunq; possessoribus inscribunt et obligant, supranomi-
natam Vbte Capitulum ad omnimpetitionem Judicia quavis cunque.

cunque Personarum cujuscunque Status, Sexus, et conditionis existentium ratione et ex parte Sortium supraspte Lapideæ Censu eodem Reemptionali oneratæ et ratione ejusdem census reemptionalis exoriunda, necnon ab omnibus Contributionibus Regalibus et Civilibus, Inscriptionibus pueribus et Posterioribus suis proprijs Sumptibus et impensis, toties quoties opus fuerit nulla præscriptione obstante, tueri, evincere, intercedere, indemneq omnino reddere. Idq sub Intromissionis Juridicæ gradibus tribus simul et semel in Bona sua omnia defectu evictionis præstandæ dandis et concedendis. Renuntiando omnibus beneficijs Juris, exceptionibus dilationibus, appellationibus, earumque prosecutionibus et tam Juris qm facti defensis, nonaliter, ac si Decreto Sacræ Regiæ Majestatis ratione præmissorum omnium suis cum Successoribus convicti forent. Quodsi vero præfati Recognoscentes eorumq Successores, vel præfatæ Lapideæ quivis Possessores Sortes prædictæ Lapideæ ab hoc onere census reemptionalis eliberare, summamq præfatam Capitalem reponere voluerint, ex tunc de repositione ejusdem semestri ante, prædictum Vble Capitulum vel Succedaneos ipsius obdestinare tenebuntur et se præsentibus obligant, præsenti Inscriptione ad præmissa mediante ... Dd.

per Ruthowski

B Anno 1723. Die Veneris 17 Septembris Stetit Decretum Definitivum inter Honoratam Annam Jackowska Actricem ex una et Censitas Citatos parte ab altera, quo mediante libera declarata est a solutione retentorum Censuum in futurum tamen ut solvat census eodem Decreto injunctum est.

B Anno 1736 in Julio Honoratus Stanislaus Reis adcitavit Censitas omnes pro concurrentia ad reparationem et liquiditate Juris. Commissio expedita in Augusto Anni supradicti, effectum Causa hæc tantisper non est sortita. Institi ego Procurator pro censu et duas dilationes obtinui, defendit se Pars quod Commissio nondum est perscripta. currit feliciter Annus 1738.

Item Decretum ~~solutionis~~ d 10 7bris 1738. cum Famato Reissilatum quo mediante injuncta est compositio.

Item Anno 1751. Citatus est pro solvendis censibus retentis Hæreditaria ad præsens Famati Francisci Wisniowski Lorificis.

Super Domo La-
bidea Crac. in pla-
tea Hospitaliensi.

Fundatio pro Processione in festo Corporis Christi per Circulum Cracoviensem fieri solita, et alia processione ad Ecclesiam SSmi Corporis Christi Casimiriae sitam peragi annuatim consuetâ. 1631.

Actum in Judicio Scabinali Cracoviensi Necessitatis causâ Bannito Feria Quarta pridie festi Solennis Sacratissimi Corporis Christi die 18 Junij Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo, horis pomeridianis legitimè celebrato.

Comparens personaliter coram Judicio Actisq; praesentibus Scabinalibus Cracoviensibus Honorata Anna olim Famati Joannis Krall Lembartosz junioris primarum nuptiarum Consors relicta, ad praesens Famati Francisci Corlans Civis Cracoviensis Secundi Matrimonij uxor; per eundem Maritum uti Tutorem suum Conjugalem ad infrascripta consentientem sana, per omnia existens, non compulsa, aut aliquo errore circumventa, verum animo bene deliberato, palam, ultrò libereq; recognovit. Quia censum annuum Reemptionalem florenorum Triginta quinque Polonicalium pro summa Capitali Florenorum Quingentorum è manibus Reverendi Alberti Porzecki, Ecclesiae Collegiatae SSmi Omnium Cracoviae sitae Canonici, Rudaviensis Plebani, praeliter accepta ad praesens, verò puroq; venditionis Reemptionalis titulo alias na Widerkauff, eidem ipsi Reverendo Dno Alberto Porzecki vendit, Inscribens eundem Censum super Domo.

Domo lapidea tota et integra sibi Recognoscenti partim vigore Inscriptionis venditoriae coram actis praesentibus scabinalibus de data feria quarta post Dominicam Misericordiae proximâ Anno Domini 1603. factae, partim vigore Juris post olim Joannem Krall. filium suum steriliter vitâ functum in sinum maternum admortui, partim vigore Juris dotalitialis mille florenorum sibi per memoratum olim priorem maritum suum circa sponsalia denominati servient. Promittit solutionem census ejusmodi praestan. ad manus praefati Adm. Reverendi Alberti Porzecki pro duabus temporum rathis. Primam videlicet ratham florenorum septemdecem et grossorum quindecem Polonicalium pro festo Sanctae Luciae Virginis in Anno currenti Millesimo sexcentesimo trigesimo primo incipiend. alteram verò Ratham similiter florenorum septemdecem et grossorum Quindecem Polonicalium pro festo SSmi Corporis Christi Anno sequenti 1632 solvendo praevia manuali quietatione eô nomine obtinenda et sic de anno in annum census solutionem per rathas supraspecificatas continuando tantisper quousq summa Capitalis praedicta florenorum Quingentorum super Domo eadem inscripta permanserit, Bonaq haec ab onere praedicto eliberata non fuerint. Quodsi vero Recognoscens praenominata Anna Kralowa Corsansowa Consors superius recensita pro aliqua ratha solvere neglexerit, vel sui successores, aut quivis Bonorum Domus vidlt ad praesens onerata Possessores reponere neglexerint sive voluerint, ex tunc supranominato Adm. Reverendo Alberto Porzecki liberum erit omnes tres Juridicae Intromissionis gradus simul et semel Juris successivo ordine omisso, seipsa Recognoscente aut suis successoribus vel quibusvis Bonorum Possessoribus ad id non adcitatis neq requisitis obtinere et consequi, eadem Domo tota et integra utifrui, ipsamq pacificè possidere absq ulla census solutione, ad plenariam census retenti ex solutionem praestandam. Caveus Recognoscens praedicta et se suosq successores ac Domus ad praesens onerata quosvis possessores pro tempore existentes firmissime obligans

Transportata

Vide infra f 786

quod memoratum Reverendum Albertum Porzecki in possessione pacifica ejusdem Domus lapideæ in defectu Census solutionis possessæ conservabit et conservabunt, ab omnibusq impedimentis et molestationibus tuebantur: oneraq omnia publica tam Regalia quam Civilia laudata vel in posterum laudanda expedient, supradictumq Reverendum Albertum Porzecki ea in parte indemnem reddere. Abrenuntiando circa præmissa Recognoscens omnibus in genere et singulis in specie, Beneficijs Juris appellationibus, ac earum prosecutionibus, exceptionibusq quibusvis non aliter ac si Decreto ultimæ instantiæ Judicis convicta foret. Quod si verò Recognoscens ante nominata Domum ad præsens oneratam ab hoc onere eliberare, summamq Capitalem superius recensitam Quingentorum florenorum reponere voluerit, vel sui successores aut quivis Bonorum Possessores emundare voluerint, tunc id ipsum sex ante mensibus supradicto Rdo Alberto Porzecki intimare seu obdestinare tenebuntur et Recognoscens tenebitur. In quo termino post factam hujusmodi obdestinationem semestralem incidendum summa Capitalis superius recensita unâ cum Censu ab ea proveniente reponi, domusq lapidea ab onere ad præsens inscripto libera pronuntiari debebit. Inscriptio autem præsens cessabitur et annihilabitur, in forma Inscriptionis reemptionalis perfectissima.

(: Locus + Sigilli :) Ex Actis Judicij Scab: Crac: descriptum.

Admodùm Reverendus Albertus Porzecki dictam Summam Capitalem et Census ab ea provenientes cedit Vbi Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ OOm SSm Crac:

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Primo, Die Mercurij Vigesima Nona mensis Octobris.

Reverendus Albertus Porzecki Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum Cracoviæ, et Plebanus in Rudawa Principalis coram Illustri

Strj et Admodum Reverendo Domino Petro Semicki Decano Sandomiriensi Custode Gnesnen. Sacrae Regiae Majestatis Secretario, et Administratore Episcopatus Cracoviensis in ejus publica audientia personaliter comparens non coactus, non compulsus aut alio devio Juris et facti errore seductus, sed animo bene deliberato, maturaq deliberatione praehabita, palam ultro, libereq recognovit, et expresse verbo fassus est. Quia ipse de omni et integro Jure suo, quod sibi ad summam capitalem Quingentorum florenorum Polon. censum q annuum Trginta quinque florenorum Polon. ab eadem summa provenientem, per Honestam Annam olim Gamab Joannis Krall Lombartesz Junioris primarum nuptiarum, ad Deum vero Gamab Francisci Karlesz Civis Cracoviensis secundi Matrimonij consortem cum consensu et sententia Gati Mariti sui, uti Autoris Conjugatis in et super Domo lapidea tota et integra Cracoviae in platea Hospitalensi inter Domos Lapideas olim Klecz owska ex una et Venerosa Anna Komorowska partibus ex altera sita, coram Judicio Scabinali Cracoviensi Feria quarta prima Festi Solennis Sacratissimi Corporis Christi anno Domini inscripti et assecurati eadem Inscriptione Recognitionali Omnia Salvis testante, cum omnibus dictae Inscriptionis punctis clausulis et conditionibus, totoq Jure et Dominio prout ipsum legitime concernebat, jam ex nunc Reverendis ac Venerabilibus Prelatis et Canonicis dictae Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium nunc et pro tempore existentibus cum facultate eundem Censum repetendi et jure vindicandi, tollendi percipiendi, levandi et in usus proprios convertendi cessit et condescendit, transcedit et condescendit, omneq et integrum Jus Suum in dictos Prelatos et Canonicos totumq Capitulum Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae totaliter et plenarie transfudit et transtulit, prout transfundit et transfert per praesentes. Quem Censum annuum dicte Capitulum Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae juxta contenta dictae Inscriptionis a dicta Domus Lapidea Haeredibus et quibuscunq aliis Possessoribus tollet percipiet et numerabit, de percepto q et levato, Haeredes seu Possessores dictae

Domus Lapidicæ quietabit. Ex quo censu Triginta quinque florenorum Polon. Septem florenos Polon. à summa videlicet Centum floren. Ecclesiæ Parochiali in Rudawa suoq. Plebano pro tempore existenti singulis annis pro festo Sacratissimi Corporis Christi primam solutionem in Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Secundo, incipiendo, et sic consequenter de anno in annum dare numerare et solvere realiter et cum effectu tenebitur. Ratione cujus census Septem floren. Plebanus Rudaviensis pro tempore existens vel suus Vicarius unam Missam lectam Requiem quolibet Quartuali pro Anima Famuli Mathiæ adimplere tenebitur et erit obstrictus, intuitu quarum lectarum unum florenum et grossos Octodecem Polon. ex dictis Septem florenis annuatim accipiet et levabit. Quinque vero florenos Polonicales præfati Census inter se, organistam Rectorem Scholæ et alios ministros Ecclesiæ Rudaviensis, qui in Capella S. Casimiri circa Ecclesiam Parochialem sita ipso die festo Sacrum Missæ Officium singulis annis voce sonora cantabunt, cantareq. tenebuntur dividet et distribuet, Reliquum vero census Septem floren. supradictorum, videlicet grossos duodecem quolibet anno Plebanus Rudaviensis pro tempore existens Vitricis Ecclesiæ Rudavien. consignare et tradere debebit ac tenebitur. Capitulum vero Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum a Quadringentis florenis Viginti octo florenos Polon. quolibet anno pro se tollet, Prælatis ejusdem Canonicis dictæ Ecclesiæ solenni Processioni die festo Sacratissimi Corporis Christi annuatim in Circulo Cracoviensi peragendæ, et etiam simili Processioni in Octava ejusdem festi in Ecclesia Sacratissimi Corporis Christi Casimiriæ interessentibus, et eam sequentibus, tam ipso festo quam etiam in Octava Procurator dicti Capituli per duodecem florenos et quindecem grossos dividet et distribuet. Sacristiano vero ejusdem Ecclesiæ unum florenum, Campanatoribus quoque grossos duodecem quolibet anno et festo Sacratissimi Corporis Christi primam solutionem et divisionem præfati Census a festo Sacratissimi Corporis Christi in Anno sequenti Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Secundo incipiendo, ac de anno in annum temporibus perpetuis continuando persolvet et numerabit.

Unum vero.

Unum vero florenum et grossos octodecem pro Sacristiano seu Vicario memoratae Ecclesiae Sanctorum Omnium unam Missam Requiem pro Anima famuli Mathiae quolibet Quartuali annis et temporibus perpetuis in eadem Ecclesia OOm SSm legente et celebrante convertet.

In praesentia Reverendorum ac Venerabilium Dominorum Adami Malangovij, Martini Szypniowski et Joannis Frączkowic Canonicorum Sepedictae Ecclesiae Collegiatae OOm Sanctorum Cracoviae a suo Capitulo missorum et deputatorum pro missa Omnia et singula nomine sui Capituli acceptan. seq. et suos successores Praelatos et Canonicos dictae Ecclesiae pro tempore existen. ad solutionem septem floren. Polonica à summa Centum floren. ex dicto censu pro Parocho et Ecclesia Rudavien. Ministris singulis annis, onerumq. superius descriptorum adimpletionem & perpetuis temporibus submittentium et obligantium, supramemorato Alberto Porzecki pro missa omnia per Dominum admitti et authoritate Ordinaria approbari et confirmari petente. Qui Illustris et Adm Reverendus Dominus Administrator supramemoratus omnia et singula superius recensita si et inquantum est de jure admisit authoritateq. ordinaria approbavit et confirmavit. Praesentibus Adm Rdo Dno, Venerabilibus ac Nobilibus Jacobo Ostrowski Sae Th Doctore, Canonico Cracovien. Joanne Miklaszewski actu Presbytero, Joanne Mielzycki, Artium Baccalaureo, Alberto Bolkowski, Andrea Starczynowski Notarys Publicis et alys Testibus qm plurimis fide dignis.

Ex Actis Actorum Administrationis Sede vacante Episcopatus Cracoviensis extractum et extraditum.

Possessionem et diligentiam pbantea quae sequuntur.

Actum in Praetorio Cracoviensi Feria in Vigilia Festi Sancti Laurentij Martyris Die nona mensis Augusti Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo Primo. 1661.

Ecclesiae Collegiatae OOm Sanctorum Cracoviae Sitae moderno et pro tempore existenti summam Septuaginta florenorum pecuniae communis Polonicalis monetae et numeri in Regno currentis, florenum quemlibet grossis triginta Polonicalibus computando Census annui Reemptionalis pro summa Capitali Mille florenorum Polon. de Bonis Suprascriptis Villae Jakubow deportata, de manibus vero praedicti Venerabilis Capituli Ecclesiae Omnium Sanctorum Cracoviae Sitae levata et percepta, de qua ipsum praesentibus quietat liberumq et absolutum facit praesentibus perpetuo. In et Super Bonis suis proprijs et Haereditarijs Suprascriptis tota videlicet et integra Villa Lgota cum Curia et Praedio ibidem Sitis in Palatinatu Cracoviensi, Districtu Leloviensi jacentibus cum omnibus eorundem Bonorum Subditis Incolis Cmethonibus Hortulanis Inquilinis agris, pratis, campis, sylvis, tabernis, molendinis, fructibus, proventibus reditibus, utilitatibus emolumentis attinentijsq et pertinentijs generaliter universis, nullis penitus exceptis; nec pro se suisq Successoribus aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et è contra non derogando, in totumq et plenarie prout eadem Bona ipsemet Recognoscens Solus tenuit habuit et possidebat tenereq habere et possidere debuit, ac ipsum concernebant eidemque legitimè serviebant, perpetuo et in aevum in vim tamen Reemptionis alias na Widaskau ff vendidit et inscripsit prout vendit et inscribit praesentibus. Quam quidem summam suprascriptam Septuaginta florenorum pecuniae communis Polonicalis monetae et numeri praemissorum Census annui Reemptionalis Idem Recognoscens Generosus Michael

Skrzydlewski

Skrzydlowski se ac suos Successores Bonorumq praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores, de et super Bonis praefatis omnibus suprascriptis Illustribus et Admodum Reverendis Praelatis Canonicis totiq Venerabili Capitulo Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat praesentibus quotannis pro duabus temporum rathis, primam quidem Ratham Triginta quinque florenorum Polonicalium pro festo Sancti Martini Pontificis, alteram vero similem Ratham itidem triginta quinque florenorum Polonicalium pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae incipiendo solutionem ejusmodi census a proximè venturo festo Sancti Martini Pontificis et sic consequenter singulis annis festis atq rathis suprascriptis dare solvere et ad manus Illustris et Adm. Reverendi Procuratoris praefati Venerabilis Capituli pro tempore existentis mediante quietatione manuali per suum proprium nuntium transmittere, idq sub vadio summae censui retento correspondenti per praedictum Recognoscentem Generosum Michaëlem Skrzydlowski et ejus Successores Bonorumq praefatorum tam in toto, quam in parte Haeredes et quosvis Possessores suprascriptis Illustribus et Admodum Reverendis Praelatis Canonicis, totiq Venerabili Capitulo Ecclesiae Omnium Sanctorum moderno et pro tempore existenti in casu non solutionis census suprascripti pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendo. Et jam ex nunc idem Recognoscens Generosus Michaël Skrzydlowski dat et admittit praesentibus suprascriptis Illustribus et Ad. Reverendis Praelatis Canonicis totiq Venerabili Capitulo praefato Ecclesiae Omnium Sanctorum moderno et pro tempore existenti in Bona suprascripta censu praedicto onerata in eodem censu realem Intromissionem cum actuali utifruitione per Ministerialem quemcunque.

807 sibi ad id duxerit eligendum jam ex nunc ipsi ab Officio praesenti additum. Debetq et tenebitur praedictus Recognoscens Generosus Michael Skrzydlewski prout se ac suos Successores Bonorumq praefatorum tam in toto quam in parte Haeredes et quosvis Possessores de et super Bonis suis omnibus suprascriptis Illustribus et Admodum Reverendis Praelatis Canonicis totiq Venerabili Capitulo praefato Ecclesiae Omnium Sanctorum moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat praesentibus eosdem Illustres et Admodum Reverendos Praelatos Canonicos totumq Venerabile Capitulum praefatum Ecclesiae Omnium Sanctorum modernum et pro tempore existens occasione census praefati ac Bonorum suprascriptorum eodem Censu oneratorum tam in toto quam in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, si quae in eosdem Bonis cuicunq personarum factae et recognitae fuerint, tum ab omni impetitione Juridica quarumcunq Personarum Status sexus et conditionis cujusvis existentium, in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere et intercedere indemnesq ipsos Illustres et Admodum Reverendos Praelatos Canonicos totumq Venerabile Capitulum praefatum Ecclesiae Omnium Sanctorum modernum et pro tempore existens indemne ubilibet reddere, Ita ut praedicti Illustres et Admodum Reverendi Domini Praelati Canonici totumq Venerabile Capitulum praefatum Ecclesiae Omnium Sanctorum modernum et pro tempore existens Censum suprascriptum quolibet anno Festisq atq Rathis suprascriptis sine quovis impedimento pacifice et integre percipere queat. Idq sub alio simili et speciali vadio Summae Capitali correspondenti videlicet Mille florenorum pecuniae Polonicalis per praedictum Recognoscentem Generosum Michaelem Skrzydlowski et ejus Successores, Bonorumque praefatorum tam in toto qm in parte Haeredes et quosvis Possessores praefatis

prefatis Illustribus et Admodum Reverendis Prelatis Canonicis totiq Venerabili Capitulo prefato Ecclesie Omnium Sanctorum moderno et pro tempore existenti in casu non completionis premissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte totiens quotiens opus fuerit ad Solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadijs prefatis Servitijs et specialibus taliter ad Solvendum succubitis ac Summa census prefati non soluta, rej aliqua principali ex premissis non completa, citatus existens memoratus Reverendus Venerabilis Michael Skrzydlowski vel ejus Successores Bonorumq prefatorum tam in toto quam in parte Heredes et quivis Possessores citati ad instantiam Illustrium et Admodum Reverendorum Prelatorum Canonicorum totiusq prefati Venerabilis Capituli Ecclesie omnium Sanctorum moderni et pro tempore existentis ad Officium presens Castrense Capitaneale Cracovien. Et tunc recedendo ut supra a Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusq suis quibuscuis propriis et competentibus, se vero cum Successoribus Bonorumq prefatorum tam in toto quam in parte Heredibus et quibuscuis Possessoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictionibusq presentis Castrensis Capitanealis Cracovien. quo ad respondendum et Inscriptioni presenti in toto satisfaciendum plenarie incorporando. In primo Citationis termino tenerentur peremptorio stare, pareve respondere, pro vadijsq prefatis Servitijs et specialibus ac Summa census prefati non soluta vegue ipsa principali ex premissis non completa tam in toto quam in parte totiens quotiens opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur. Regne ac Posteros suos Bonorumq prefatorum tam in toto quam in parte Heredes et quosvis Possessores obligat. Ipsum primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes causa

809 ejusdem terminos semper peremptorios, verâ infirmitate, pro majori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad quietationem ultra spatium duarum septimanarum Officij praesentis Castrensis Capitan. Cracoviensis dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, fatalijs Juris, praescriptione Terrestri, bello, conventioneq et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. praesenti Inscriptione ad praemissa mediante

Actum in Castro Cracoviensi Feria Sexta post Festum Sacratissimi Corporis Christi Domini proxima Anno ejusdem Millesimo Septingentesimo Vigesimo Quarto. L+S. Correxit Moraussei.

NB lege et dicas. Haec Summa Capitalis florenorum mille fuit inprimis locata super Bonis Villae Lgota in Palatinatu Crac: Districtu Xiążnensi sitt Generosi olim Nicolai Czerny proprijs et Haereditarijs per Adm. Rdos olim Executores Alberti Pleszkowski Cantoris Ecclesiae Collegiatae Obssm. juxta Inscriptionem Castrensem Cracoviensem intracontentam factam Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo quarto. Feria Secunda post festum Sancti Martini Pontificis proxima.

Tandem ex eadem Villa Lgota, translata translata in Bona Villae Uiazd. in Palatinatu et Districtu Cracoviensi sita Magnifici olim Albrachti Dembinski Vexilliferi Ducatuum Zatoriensis et Oswicimensis Haereditaria juxta Inscriptionem Actorum Cracoviensium Castrensium Sabbato post Dominicam Laetare proximo, Anno Domini 1705.

Tandem

Tandem ex Bonis Villae Uiard, translata in Bona Villae Czaple in Palatinatu Crac: Districtu Xiążnensi jacentia Perillustris et Rdsmi Stephani Dembinski Canonici Cathedralis Crac: Haereditaria per eundem Perillustrem et Rdsmum super Bonis praefatis inscripta coram Actis Castren Capitan Crac: Feria Tertia post Dnicam Reminiscere proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septimo.

Tandem ex Bonis Villae Czaple translata in Bona Villae Jakubow in Palatinatu Crac: in Districtu Xiążnensi sita Magnifici Antonij Pieglowski Castellanide Osuecimensis Haereditaria, juxta Inscriptionem factam coram Actis Castren Capitan Cracovien. Feria 3. in Vigilia festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistae Anno Dni Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Secundo.

Tandem ex Bonis Villae Jakubow translata in Bona Villae Lgota Gawronia E Gnosi Michaelis Skorydlewski Feria 6. post festum Sacratissimi Corporis Christi Domini proxima Anno 1724 juxta Inscriptionem quae est supra.
E in Palat. Crac. in Districtu Lelowien.

Ordinatio Summae praefatae ex primaeva Inscriptione elicitur; cujus tenor sequitur talis.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Cracoviensibus Generosus Nicolaus de Witowice Czerny Bonorum Villae Lgota Haeres Sanius mente et corpore existens Recedendo &. recognovit Quia ipse Illustribus et Adm Reverendis Praelatis Canonicis, totique Venerabili Capitulo Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae moderno et pro tempore existenti Summam Septuaginta florenorum Polon Census Annui reemptionalis

p 11 a Summa Capitali Mille florenorum Polonicalium de
de manibus Illustris et Adm Reverendi Simonis Wlosin-
ski Canonici Vislicensis, Praebendarij Mokrcensis Exe-
cutoris Testamenti olim Illustris et Adm Reverendi Al-
berti Pleszowski Ecclesiae praefatae Collegiatae Omnium
Sanctorum Cantoris, levata de qua ipsum praesentibus
quietat liberumq et absolutum facit. Inet super Bonis
suis proprijs et Haereditarijs praefatae Villae Lgota cum Cu-
ria et Praedio ibidem sitis in Palatinatu Cracoviensi Distri-
ctu verò Lipznensi jacentibus cum omnibus ꝑ perpetuo
et in aevum in vim tamen reemptionis aliàs ne Wiederkauff
vendit et inscribit praesentibus. Quam quidem summam
suprascriptam septuaginta florenorum Polonicalium Census
annui reemptionalis idem Recognoscens ꝑ eidem Vbli Ca-
pitulo moderno et pro tempore existenti inscribit et oblegat
praesentibus quotannis pro duabus temporum rathis. Primam
quidem ratham triginta quinque florenorum Polon pro festo
Sacri Paschatis. Alteram similem ratham triginta quinq
floren Poloni pro festo Sancti Martini Pontificis incipi-
endo solutionem ejusdem census a proxime venturo festo
Sacri Paschatis et sic consequenter dare solvere et ad ma-
nus Rdi Procuratoris praefati V. Capituli Ecclesiae Coll: Omn
Sanctorum pro tempore existentis mediante quietatione
ipsius manuali per suum proprium nuntium transmittere.
Idque sub vadio ꝑ ꝑ. Forum praesens Castrensi Capitaneo
Crac: ad respondendum assignando. ꝑ Quem censum
suprascriptum R. Procurator praefati Vblis Capli pro tpre existens
pro Anniversario pro aa ejusdem olim Perillustris et A. Rdi Can-
toris ex vi testamenti ipsius ordinatt quotannis inter
praesentes convertet et distribuet.

Actum in Cro Crac: Fer. 2. post festum S. Martini Pontificis
pxima Ao Dni Millesimo sexcentesimo Octuagesimo Quarto.

Inscriptio

Inscriptio 500. floren. Polon. pro Anniversario Illustris olim Joannis Krosner Custodis Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium, facta 1647.

Super Dom. in Cerdoni

Collationatum

Actum Sabbatho pridie Festi Sancti Ægidij Abbatis Die ultima Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo.

Coram Officio et Actis præsentibus Consularibus Cracoviensibus personaliter comparentes, Blasius Ziemianski Barchanarius et Catharina Pusiowna Conjuges Cives Cracovienses Maritus quidem per se, Consors verò recedendo quo ad hunc actum à dote et dotalitio suo sibi per eundem Maritum suum circa Sponsaliorum Ceremonias et quovis alio modo reformato per Nobilem Mathiam Pugeskowic Tutorem sibi de præsentaneo Mariti sui consensu assumptum et Officiosè approbatum mente et corpore existentes palam libere ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum recognovit. Quia ipsi summam Triginta quinque florenorum Polonicalium Census annui Reemptionalis pro summa Capitali Florenorum Quingentorum Polonicalium, antea per Famatos Stanislaum et Annam Iwadowskie Conjuges Cives Cracovienses super Lapidea ipsorum inscripta, jam verò per eosdem Conjuges die hodierna deportata et ad manus Admodum Reverendi Dionisij Politowicz Jurisutriusq Professoris et Canonici Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum hic Cracoviæ existentis reposita et persoluta, è manibus ejusdem Admodum Reverendi Dionisij Politowicz levata de qua eundem et Venerabile Capitulum præfatæ Ecclesiæ Omnium Sanctorum, cujus etiam nomine dictus Reverendus Politowicz eandem summam locavit quietat

praesentibus perpetuo in et super sortibus Domus partim lignae partim Lapideae Ficowska appellatae in Suburbio Cracoviensi extra portam Sutorum in platea Dominorum alias Panska nuncupata inter Successorum Leychtmann et Famati Dominici Kleydijnst domos parte ab utraq. sitae, Duabus quidem et sorte Hypocausti in superiori parte ejusdem Domus existentis, fenestras ad Officinam cerdonicam habentis ab Honesta Elizabetha olim Famati Christophori Woiaszowic Civis Crac: relicta vidua Feria 3tia post festum Sancti Jacobi Apostoli proxima Anno currenti Millesimo sexcentesimo Quadragesimo Septimo. juxta Acta Scabinalia Suburbij Cerdonum Cracovien. Tertia vero ab Honesta Catharina Famati olim Christophori Plus Rufficerdonis Civis Cracoviensis relicta itidem vidua Socru et Matre sua die hodierna juxta Acta Officij praesentis per se Recognoscentes concernentibus jure cessionis cum caeteris sortibus in eadem Domo existentibus acquisitis et quovis jure se Recognoscentes concernentibus mundis et liberis neminique pro quo solenniter cavent obligatis Admodum Reverendis Praelatis et Canonicis Ecclesiae Collegiatae suprascriptae Sanctorum Omnium in vim tamen reemptionis alias na Widerkauff vendiderunt ac praesentibus vendunt et inscribunt. Quam quidem Summam Triginta quinque florenorum Polonicalium census annui reemptionalis praefati Recognoscentes se cum suis successoribus ac sortium earundem supra de situ specificatarum Possessoribus pro tempore existentibus de et super sortibus ipsdem suprascriptis inscribunt et obligant per duas rathas quotannis. Primam quidem ratham decem et septem florenorum Polon. et grossorum quindecem pro festo Sanctorum Trium Regum. Secundam vero ratham itidem septem decem florenorum et grossorum quindecem Polonicalium pro festo Sancti Joannis Baptistae in Anno imminentii Millesimo sexcentesimo Quadragesimo Octavo venturis, et sic de festis in festa et de annis in annos quousq. eadem

Summa

Summa Capitalis in ipsdem Sortibus permanserit memoratis Prelatis et Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Anniversarium pro Anima Admodum Reverendi olim Joannis Krosher ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum Custodis celebraturis et cantaturis mediante quietatione manuali Admodum Reverendi Ecclesiæ ejusdem Sanctorum Omnium Custodis pro tempore existentis solvere et realiter reddere. Idque sub omnibus tribus Intromissionis Juridicæ gradibus simul et semel in Sortes eadem censu eodem oneratas defectu alicujus rathæ pro tempore suprascripto solutionis dandis et concedendis. Debentque ac tenebuntur præfati Recognoscentes prout se præsentibus cum suis successoribus et Sortium earundem possessoribus pro tempore existentibus inscribunt et obligant, eosdem Prælatos et Canonicos Sanctorum Omnium pro tempore existentes ab omni et qualibet impetitione juridica quarumcunque Personarum cujuscunque Status Sexus et Conditionis existentium coram quovis Officio et Judicio Regni tam ratione Bonorum suprascriptorum censu eodem Oneratorum quam ratione ipsius census reemptionalis exoriunda, nec non ab omnibus contributionibus Regalibus et Civilibus antiquis et noviter laudatis laudandisque tum et ab Inscriptionibus prioribus et posterioribus suis proprijs sumptibus et impensis totiesquotiesque opus fuerit tueri, evincere, indemnesque omnino reddere. Idque sub omnibus tribus Intromissionis Juridicæ gradibus tribus simul et semel in Bona sua omnia ubicunque sita defectu evictionis præstandæ dandis et concedendis. Si vero Sortes suprascriptæ censu præfato oneratæ successu temporis in plures Successores vel Possessores devenerint, ex tunc liberum erit memoratis Prælatis et Canonicis pro tunc et pro tempore existentibus Censum eundem integrum ab unoquoris Hæredum seu Possessorum Sortium suprascriptarum pro tempore existentium exigere et repetere, ille vero qui solverit habebit

E de et super Bonis suis omnibus habitis et habendis ubicunque existentibus

1751. P. Mere 12 Mai ov tinui Decret definitivum contra Fama Antonium Szewski Ru cerdonem, q medietatem fundi Pusz wskie occu verat, et dema duta est solut Census. Vid infra fol 1

Contract Videatur infr fol 881.

Jus petendi et exigendi census ejusdem ab alys Coheredibus seu Compossessoribus suis pro rata portione provenientis. Si quoque praefati Recognoscentes vel eorum Successores aut quivis sortium praefatarum pro tempore existentes Possessores sortes easdem suprascriptas ab hoc onere census reemptionis eliberare, summamq Capitalem reponere voluerint, ex tunc id semestri ante de repositione summae Capitalis Admodum Reverendo Ecclesiae ejusdem Collegiatae Omnium Sanctorum Custodi pro tempore existenti denuntiare tenebuntur et erunt adstricti. Renuntiando ratione praemissorum Omnium Omnibus exceptionibus dilationibus appellationibus ac earum prosecutionibus et alys quibusvis Juris et facti remedys non aliter, ac si ijdem una cum Successoribus suis Decreto Sacrae Regiae Majestatis abjudicati forent. praesenti Inscriptione ad praemissa mediante. Ex Actis Officij Consularis Cracoviensis extractum et desumptum.

Coll. p. Rutkowskiego

Coll.

113. Domus istius latitudo fundique ipsius, a muro Civili cubiti 15. in medio versus fluvium cubiti 14, in fine alias ad ripam fluvij Rudawa cubiti 19. juxta actum dimensurationis Officiosae ingrossatae Actis Cerdonicis Anno Dni 1687. die 10 Septembris Wymiar Domus Vicinae non Puszowskie Ad praesens Area vacua jacet celaria duo murata subtus habens, quam Aream nescitur quo jure (: nullam enim habuit,) usurpabat sibi A. R. Sacristianus Sanctae Annae, et eandem Anno Ao 1732 vendiderat Famato Antonio Mejer Cerdoni. Cum vero ego resciram de inscriptione, et eandem extraherem ex Actis, quaesivi ex Adm R. Sacristiano Klarecki cur vendidit aream Ecclesiae suae Obm obligatam, et cum respondere non posset aliter, spopondit se capta prima certi Juris notitia. Venditionem illam cassaturum, prout praesente me cassavit Die 19 Aprilis Ao 1736 coram Actis Subcubij Cerdoniae. Decretum Intromissionis obtinui A. 1740. Circa recessum Rdi Sacristiani Sae Annae dimensuratus est iste fundus per Joannem Sapirski Cerdoniae Advocatum et patuit ipsius latitudo à muris Civitatis 1 cubitorum 46 v 48.

Inscriptio 3000. florenorum pro Anniversario Perillustris olim Pauli Bugayski Ecclesiae Coll: SSm OOm. Archidiaconi

Actum in Nova Civitate Korczyn vigore Laudi Palatinatus Sandomiriensis Feria sexta postridie Festi Sanctae Margarethae Vgs et Mris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Quarto.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Novae Civitatis Korczyn Magnificus Joannes de Granow Wodzicki Capitaneus Ustiensis Bonorum Villae Złota cum attinentijs Haeres Sanus et Recedendo recognovit Quia ipse Perillustri et Adm Reverendo Paulo Bugayski Archidiacono Cracoviensi Sanctorum Omnium, Praeposito Niepołomicensi et Ipsius Succedaneis Praepositis pro tempore existentibus seu ei cui ipse cesserit aut Testamento ultimae voluntatis ordinaverit Summam Septingentorum florenorum Polonicalium Census Annui Reemptionalis pro Summa Capitali Decem Millium Florenorum Polonicalium per se Recognoscentem de manibus ipsius levata de qua ipsum praetentibus quietat, in et super Bonis Infrascriptis tota videlicet et integra Villa Złota cum Curia et praedio ibidem Sitis in Palatinatu Sandomiriensi et Districtu Visliciensi jacentibus et consistentibus, Agris, pratis, campis, Sylvis Tabernis, Subditis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis eorumque Laboribus, Censibus, Dationibus, Censibus Proventibus et attinentijs et pertinentijs omnibus generaliter (omnibus) universis et se suosque Successores et Bonorum praefatorum tam in toto quam in parte pro tempore existentes Haeredes et Possessores in vim tamen Reemptionis alias na Widerkaff pro duabus temporum

Rathis incipiendo ejusmodi Solutionem ejusmodi Census a proxime preterito festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae anni Pentis per Florenos Trecentos quinquaginta. Alteram vero similem Ratham pro festo Nativitatis Christi Domini in Anno proxime venturo Millesimo Septingentesimo Vigesimo Quinto incidenti et sic consequenter singulis rathis et festis mediante manuali, quae pro authentica censeri debet quietatione dare solvere et per suum proprium nuntium transmittere inscribit et obligat Pentibus. Idq sub vadio Decem Millium florenorum Polonicalium ꝑ In quae Bona Censu Annuo et Summa Capitali onerata Intromissionem admittit ꝑ Per ipsum ꝑ Tuitionem evictionem ꝑ et Pacificationem Generalem cavet ꝑ Idq sub simili et Reversivo Vadio ꝑ videlicet Decem Millium Florenorum Polonicalium ꝑ pro quibus Forum praesens.

L. S.
Correxit Mocarski.

Ex Protocollo Inscriptum Actorum CC. Neocorczynensis deputatum

Cessio 3000. ex praedicta Summa Decem Millium pro Praefato Anniversario in Ecclesia Ob. Sm.

Comparens personaliter coram Officio et Actis Pentibus Castrensibus Canitancalibus Cracoviensibus Perillustris et Admodum Rdus Paulus Bugayski Archidiaconus Cracoviensis Omnium Sanctorum, Praepositus Niepolomicensis Sanus mente et corpore existens, Recedendo a Terris Districtibus Foro Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus se vero cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij praesentis Castrensis Capitanei Crac: quoad actum Pentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere ac per expressum recognovit Quia ipse de omni et integro Jure suo videlicet de Inscriptione Castrensis Capitanei Novae Civitatis Corczyn Reemptionali, qua mediante Magnificus Joannes de Granow Wodzicki Capitaneus Vissiensis Bonorum

rum Villae Zlota cum attinentijs Heres Sibi Recognoscenti
Praeposito Nepotomicensi et Succedaneis Praepositis pro tempo-
re existentibus seu ei cui ipse cesserit. aut Testamento ultimae
voluntatis ordinaverit Summam Septingentorum florenorum
Polonicalium Census annui Reemptionalis pro Summa Capitali
Decem Millium florenorum Polon. per praedictum Magnificum
Joannem Wodzicki Capitaneum Ustiensem de manibus sui
Recognoscentis levata coram Actis Castren. Capitanealibus
Neocorczynensibus Feria 6ta postridie Festi S.ae Margarethae
Vg.s et M.tis Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Vigesimo Quarto in vim Reemptionis als na Widerkaff
Super Bonis praefatis Zlota cum attinentijs Curia et praedio
ibidem Sitis in Palatinatu Sandomiriensi et Districtu Visliciensi
jacentibus inscripsit et obligavit Inscriptione eadem Reemptio-
nali de praemissis latiori existente. Ad haec de Summa
Trium Millium florenorum Polon. ex Summa praefata Capitali De-
cem Millium florenorum Polon. originali promanante ac Super
praefatis Bonis Zlota cum attinentijs Sese extendenti, Censibus
ipsis ab eadem Summa Capitali Trium Millium florenorum Polonic.
tantum in futurum pendendis, ad haec de Inscriptione memo-
rata Reemptionali ad Summam eandem Trium Millium flo-
renorum Polonicalium et census ab eadem tantummodo Summa
Trium Millium florenorum Polon. in futurum pendendos Sese regu-
lanti cum Omnibus Inscriptionis memoratae Reemptionalis ad
Summam eandem Trium Millium florenorum Polonicalium et Census
in futurum Solvi pendendos Sese referentis conditionibus, pun-
ctis, clausulis articulis Vadio, nexibus, fruitione evictione
emundatione ligamentisque universis ibidem appositis. Ad haec
de Bonis memoratis Summa praefata tantummodo Trium Millium
florenorum Polonicalium et Censibus in futurum ab eadem Summa
pendendis oneratis, cum totali praemissorum Omnium Jure Domi-
nio proprietate omnibusque et singulis fructibus proventibus, re-
ditibus utilitatibus emolumentis attinentijsque et pertinentijs

generaliter Universis nullis penitus exceptis nec pro se suisq
Successoribus aut alio quopiam reservatis sed omnibus in gene-
re et singulis in specie comprehensis generi per speciem, et è
contra non derogando, in totumq et plenariè prout praemissa
omnia se Recognoscentem concernebant sibiq legitimè scriebant,
Jam ex nunc et de facto Venerabili Capitulo Ecclesiae Collegiatae
OOm Sanctorum Crac: sitae moderno et pro tempore existenti
idq pro Anniversario pro Anima sui Recognoscentis post sera-
fata quotannis celebrando cessit et condescendit prout cedit et
condescendit praesentibus, Omneq et integrum Jus suum praemisso-
rum Omnium in idem Vble Capitulum Ecclesiae Collegiatae
Omnium Sanctorum Cracoviae sitae modernum et pro tempore
existens totaliter et plenariè transfudit transtulit et incorpora-
vit prout transfundit transfert, et incorporat per praesentes.
Et jam ex nunc idem Recognoscens Perillustris et Adm Rdus
Paulus Bugayski dat et admittit praesentibus praenominato Ve-
nerabili Capitulo OOm SSm Ecclesiae Collegiatae Cracoviae sitae
moderno et pro tempore existenti in hoc idem Jus cessum
praemissorum Omnium summam videlicet suprascriptam Tri-
um Millium florenorum Polonicalium Capitalem et Census ab ea-
dem in futurum solvi pendendos et Bona praefata eadem summa
Capitali Trium Millium florenorum Polonicalium et Censibus in
futurum pendendis onerata, praemissaq omnia praesentibus abs-
cessa realem Intromissionem cum actuali utifruitione per
Ministerialem quemcunq sibi ad id duxerit eligendum jam
ex nunc ipsi ab Officio praesenti additum. Per ipsum Vble Capi-
tulum Ecclesiae Collegiatae OOm Sanctorum Crac: sitt modernum
et pro tempore existens hoc idem Jus cessum praemissorum Omni-
um cum universis beneficijs et praerogativis summam videli-
cet suprascriptam Trium Millium florenorum Polonicalium Capita-
lem et Census ab eadem in futurum solvi pendendos, et Bona
praefata eadem summa Trium Millium florenorum Polonicalium
ac Censibus in futurum pendendis onerata, praemissaq omnia
praesentibus abscessa cum suis utilitatibus et emolumentis tenendi
habendi possidendi, pacificeq et quietè utifruendi ac in suos
beneplacitos.

beneplacitos quosvis usus libere convertendi vigore Inscriptionis memoratae Reemptionalis ad Summam eandem Trium Millium florenorum Polonicalium et Census in futurum solvi pendendos ad praemissa sibi servientis, praesentibusq cessi et transfusi Juris. Salvo usu fructu à Summa praefata Capitali Trium Millium florenorum Poloni: ad Vitae sui Recognoscentis tempora pendendo pro se Recognoscente pleno in robore reservato et praecustodito.

Actum in Castro Cracoviensi Feria Quarta ante Festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Quinto.

L. S. Correxit Morawski

Auctio alterius Summae florenorum 1000. pro eodem Anniversario ex dispositione Perills et Rndmi Domini Michaelis Wodzicki Officialis Cracoviensis consignatae, et super Bonis ~~Ro~~ Villae Krowodrza ad Cracoviam Inscriptae. 1738.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Octavo. Jovis Decima Octava Septembris

Honesti Blasius Magosz Advocatus, Joannes Stypach, Joannes Durak Scabini Jurati et Incolae Villae Krowodrza ad Hospitale et directionem Conventus Cracoviensis Ordinis Canonicorum Regularium de Saxia Spectantis, suis et totius Communitatis Villae praefatae nominibus Principales, Sanis palam recognoverunt. Quia ipsi de Speciali Consensu Illustris et Admodum Reverendi Josephi Proskopowicz Provincialis eorundem Canonicorum Regularium S. Spiritus de Saxia, totiusq Conventus praefato Cracovien Censum Annuum Reemptionalem 60 flor:

dico sexaginta pro Summa Capitali Mille florenorum Polonicalium quemlibet grossis triginta computando de manibus Illustris et Adm Reverendi Casimiri Jarmundowicz Philosophiae Doctoris et Pfris, Collegae Minoris Canonici et Procuratoris Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Crac recepta et actualiter numerata, de qua recepta eundem quietarunt, et in deportationem certorum graviorum onerum suae Communitati disposita inet super agris Kleszczenska et Drzymalinska tum et tota ac integra villa Krowodrza in vim tamen reemptionis alias na Widerkauff vendiderunt et inscripserunt. Quem quidem Censum pro die festo S. Michaelis Archangeli in Septembri pro quolibet anno pro celebrando Anniversario pro Anima Illustris olim Pauli Bugayskei Archidiaconi Collegiatae Sanctorum Omnium † Praepositi Niepolonicensis celebrando, ad manus Illustris Procuratoris Venerabilis Capituli Omnium Sanctorum praevia quietatione manuali, renuntiando omni defalcationi vel casibus hostilitatis vel similibus se soluturos submiserunt et obligarunt, cum conditione avisandi de repositione et locatione ejusdem Summae intra sex menses. In quorum fidem se subscribere nescientes, Cruces notarunt. Blasius Magosz X Joannes Stypach †. Joannes Durak X. In praesentia Reverendi ac Religiosi Marmulewicz nomine Illustris Provincialis consensum in scripto exhibentis. Praesentibus Excellentissimo Josepho Zegladowski Joanne Mierzwinski Philosophiae, Notarijs Publicis et me Alberto Ceppler U. I. Doctoribus, Ecclesiarum Collegiatarum Kielcen et Ssm Ob. Crac Decano, in Nawarzyce Curato, Actorum Conry Curlis Crac Notario.

Ex Terminario Actorum Perillustris et Rndmi Domini Michaelis Wodzicki Decani et Off. Crac extractum

Consensus de quo supra fit mentio videatur infra folio 824

NB Translata est haec Summa in Bona Villae Stryszow, vide infra fol. 1102. nempe inscripta coram Actis CCC. f. 2. pt Dom. Oculi 1763. quae inscriptio ingrossata est per oblatam Actis Castr. Osviec. f. 2. pt Dom. Laetare Ao eod. 1763.

Inscriptio Summa 9000 florenorum Polonicalium facta coram Actis Consistorii Castren: Capitan. Crac. A. 1749

Comparens Personl coram Officio et Actis Dni Castrens Capitanat Crac. Mcus Nicolaus Radwan de Chorazgwica Lodzinski Burgrabius Arcis Crac. Bonorum Villarum Zatorowice et Smolice inter alia Bona Hereditaria sanus mente et corpore existens Recedens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus, suis annexis, quibuscunq; proprijs et competentijs, de vero cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij Dni Castrens Capitanat Cracovien. quo ad actum Presentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq; subijciendo plane libere et per expressum recognovit. Quia ipse Perillustribus et Abbi Andr. Prelatis Canonicis totiq; Majori Vbli Capitulo Eccliæ Collegiatæ Sti Abbis Cracoviæ hic nunc et pro tempore existenti summam simul. 540 Vide supra fol.

Junctam Novem Millium florenorum pecuniæ communis Polonicalis monetæ et numeri in Regno currentis, florenum quemlibet grossis triginta Polonicalibus computando, et quidem Octo millium florenorum Polonicalium Perillustris et Abbi Andr. Laurentij Wosinski Ecclesiarum Collegiatarum S. Michaelis in Arce Crac. et Sanctorum Abbi Cracoviæ hic Canonici in Ptoki Curati proprie cum, ea pietate singulari eidem Vbli Capitulo donatam, pacta vero subscriptionem ejus faciendam et per Illmum S. Loci Ordinarium approbandam, applicandam et ordinandam. Jam vero Mille florenorum Polonicalium Perillustris Abbi Andr. Joannis Wiekiber Ecclesiarum prefatarum Collegiatarum ibidem Canonici propriam in Canonicatum totis Sed Canonicatus Fundationis Gorsciano Secundi Ministerii in Eccliæ hac Collegiata Sti Abbis applicandam certi, veri, justi et legitimi debiti mutuatæ pecuniæ tenetur ac debet. Quam quidem Summam supra scriptam Novem Millium florenorum pecuniæ communis Polonicalis monetæ et numeri prædictorum simul junctam idem Recognoscens Mcus Nicolaus Radwan de Chorazgwica Lodzinski Burgrabius Arcis Crac. pro se ac suis Successores de et super Bonis prefatis Zatorowice et Smolice suis propriis et Hereditariis in Palatinatu Cracovien. Breatibus vero Zathoriensi et Oswiecimensi jacentibus Statutis Perillustribus, et Abbi Andr. Prelatis Canonicis totiq; Majori Vbli Capitulo Eccliæ Collegiatæ Sti Abbis Cracoviæ hic nunc et pro tempore existenti inscribit et obligat presentibus. hinc pro festo Purificationis Bmæ Mariæ Virginis in anno præsenti Centuno 1750 incidenti dare solvere, et coram Officio actis et Presentibus Castrens Capitanat Cracovien. realiter et in effectu reponere, Jtq; sub vadio simulis Summa simul juncta novem Millium florenorum pecuniæ Polonicalis per Objectum Recipiendum Mcum Nicolaum Radwan de Chorazgwica Lodzinski Burgrabium Arcis Cracovien. et ejus Successores justis Perillustribus et Abbi Andr. Prelatis Canonicis totiq; Majori Vbli Capitulo Eccliæ Collegiatæ Sti Abbis Cracoviæ hic nunc et pro tpre existenti in casu non solutionis Summæ justa Executionis pro tempore et loci supra expressis ad solvendum succumbendo. Jubente vero tempore quorum dicta summa prædicta Capitalis Novem Millium florenorum Polonicalium simul juncta persoluta non fuerit, debebit et tenebit Idem Dns Magnus Nicolaus Radwan de Chorazgwica Lodzinski Burgrabius Arcis Crac. pro se ac suis Successores de et super Bonis suis omnibus Supra scriptis Perillustribus et Abbi Andr. Prelatis Canonicis totiq; Majori Vbli Capitulo Eccliæ Collegiatæ Sti Abbis Cracoviæ hic nunc et pro tempore existenti inscribet et obligat presentibus, Provisionem

annuam à quolibet Centum per florenos Septem Polonicales à quolibet Centu computandos Rathis binis, Primâ Trecentorum quingquedecem florenorum Polonę Pro festis Solennibus Paschatis, alterâ vero simili Trecentorum quindecem florenę Polonicale pro festo S. Michaelis Archangeli incipiendo Solutionem ejus modi Provisionis à proxime venturis festis plenibus Paschatis anni nunc curventis 1749 ni et sic consequenter singulis annis festas atque Rathis supra scriptis dare, solvere, et mediante Quietatione manuali apud Dnos Capituli Eccłe Collate Sti Oswaldi Cracovien atq Peritos et Acti canonicę fundationis Sordiane Dni Ministerii, nunc et pro tpre existentis sive Peritos et Actorum Procuratoris pro tempore existentis per suum proprium nuntium transmittere, Jdq sub vadio summe provisoris retente correspondenti per dictum Recognoscentem Mtrum Nicolaum Radwan de Charzgnica Lodzinski Burgravium Arcis Cracovien et ejus successores supraptis Peritis tribus et Actorum Prolatis Cancis totiq majori Dnis Capitulo Eccłe Collegiate Sti Oswaldi Cracovie jste nunc et pro tempore existenti in casu non persolutionis Provisionis prefate pro tempore ac loco supra expressis ad solvendum succumbent. Pro quibus quidem Vadis vel vadiis prefatis Servitiis et specialibus tam ter ad solvendum succubitis, ac pro Summis utriusq tam capitali quam Provisionali non solutis Citatus existens memoratus Nobilis Mtr Nicolaus Radwan de Charzgnica Burgravius Arcis Crac vel ejus Successores Citati ad Justantiam supra dictorum Peritorum et Actorum Prolatorum Cancellariatotiusq Majoris Dnis Capituli Eccłe Collegiate Sti Oswaldi Cracovie sive nunc et pro tempore existentis ad Officium Capitaneale Castrense Cracovien se, vel Castrense Capitaneale Olkuscense, aut in casu Interregni Judicium Capitaneale Palatinatus Cracovien, Ea hinc recedendo sit posita à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus se vero cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Judicij seu Officij illius ad quod ea pronunciatis Vigore Inscriptionis plenę citatorię, quo ad respondendum et Inscriptioni plenę in toto satisfaciendum plenarie se incorporando in primo Citationis termino tanqm peremptorio stare, parere respondere, pro vadiisq prefatis Servitiis et specialibus, ac pro summis utriusq tam capitali quam Provisionali non solutis satisfacere debebit et tenebit se, eos et posteros suos obligat ipsum primum peremptorium terminum, ac alios omnes consequentes Eius eapsdem terminos semper peremptorios, vera Justitia, et pro meliori, nisi veritate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ac ad munimenta vel alias quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo, ad quietationem ultra spatium duarum septimanarum Officij plenę Castrensis capitanei, vel ultra prorogationes terminos Officij Stti Castrensis Capitaneatus Olkuscensis, aut in casu Interregni Judicij Capitanealis Palatinatus sive dilectis non ibi non recipiendo nullasq motiones, appellationes et cautiones presentiones faciendo ac premissa omnia et singula clausulis vel implicatis, evasionibus fatalibus Juris, prescriptione Juvestiri, Bello Conventionę

et aliis quibusvis Juris Remediis et defensis non subterfugiendo. praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Cracoviensi Feria 6ta post Festum Purificationis Beatissimae Vgs Mariae proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo nono. Correxit Moranski Legit Kozicki. Locus † Sigilli Castrensis Capitanei Cracoviensis

Anno et die eodem reperitur coram Actis Castrensis Crac: Roboratio Scripti manualis Restrictivi ejusdem Magnifici Domini Lodzinski, quo se obligavit nulla obstante calamitate per quinque à Centum soluturum, Census concernentes. et hoc Scriptum Manuale insertum est ejdem Actui Roborationis. et propterea ut insererem porrectum est ad eadem Acta.

Praefata Inscriptio porrecta est per Oblatam ad Acta Castrensis Oswiecimentia ex Comparitione Ingenui Josephi Piechorowski Feria 2da post Dominicam Misericordiae Anno eodem 1749.

N. B.

Item alium Censum super iisdem Bonis Palciewice et Smolice inscripsit Magnifica Cristina Lodzinska Vidua, nimirum centum quadraginta florenos Polonicales pro Suma Capitali duorum millium florenorum, Poloni. in Castro Crac f. 4 post Dominicam Oculi proxima Anno 1755.

Sub eodem Actu et feria reperitur Roboratio Scripti Restrictivi solutionis census per quinque florenos à centum.

Vide infra fol 1055

924 Consensus Illustris Prokopowicz Provincialis Ord. Canonicorum de Sadia super inscribendo censu super Villa Krowodrza.

Josephus Prokopowicz Sacri Ord. Canonicorum Regularium S. Spiritus de Sadia per utramq. Poloniam Provincialis, Conventus S. Spiritus ejusd. Ord. et Ecclesiae Parochialis de Cracovia Praepositus.

Universis et singulis quorum interest aut quomodolibet interesse poterit, praesentes Literas Nostras visuris aut lecturis significamus Quia Nos Nuncii Supplicationi Advocati et totius Communitatis Subditorum nostrorum Villae Krowodrza ad gratiosam petitionem quam ad nos deferentium inclinati, ut ipsis gratiose summam mille florenorum Polon. a Venerabili et Perquisito Capitulo Prolatorum et Canonicorum Eccl. Collegiatae Olim Cracoviensis ad locationem in Bonis mundis et liberis dispositam, elaborando se suosq. fundos a gravioribus censibus et datariis, ad quas vigore contractuum quarumdam a Personis saecularibus summarum annuatim praestandas obligabant, contrahere, et in censum recuperationalem super Bonis jacentibus per ipsos totamq. Communitatem possessis inscribere permitteremus inclinati. Honestis Blasio Magro Advocato Joannis Stypich Joanni Sporek Sabinis Juratis nomine totius Communitatis comparentibus, ac etiam toti Communitati Incolarum Oppidi Villae nostrae Krowodrza facultatem nostram Ordinariam vigore potestatis nobis desuper concessae concedimus, quatenus ipsi ab eximendationem Bonorum a gravioribus oneribus quibus hactenus in solvendo praemebant dictam summam mille florenorum Polon. et alteram duorum millium si opus fuerit a dicto Perquisito Capitulo Prolatorum et Canonicorum Eccl. Collegiatae Olim Cracoviae sibi acquirant et illam aut illos offensis coram Actis Juridicalibus Consulibus Civitatis, non vero aliis Saecularibus quibuscunq. ea censu annuo per Septem a Centum juxta praescriptum Bullae Pii V. de investiendis censibus editae in et super Bonis ac fundis in eadem Villa Krowodrza per se totamq. Communitatem incolarum possessis inscribant et investiendi, per quod nihil derogare Juribus directi dominii Nostri intendimus nec Censibus derogamus. In quorum Authentatum Cracoviae in Conventu S. Spiritus die 8. Mensis Septembris Anno Dni 1738.

Josephus Prokopowicz Canonicorum S. Spiritus de Sadia Provincialis, Mgr manu propria. L. ✠ S.

Approbatio et Ordinatio earundem Summarum Videatur in Actis Ulterius Successive.

Inscriptio 600 florenorum pro Anniversario Adm Rndi Joannis Frączkowic.

Super Lap. Crac: Sit

Actum in Prætorio Cracoviensi Sabbatho post Festum S. Martini Pontificis proximo die Decima sexta Novembris Ao Dni Millesimo sexcentesimo Quadragesimo septimo.

Coram Officio et Actis præsentibus Consularibus Cracoviensibus personaliter comparens Famatus Hyacinthus Stefankowicz Aurifex Civis Cracoviensis sanus mente et corpore existens palam libere ac per expressum recognovit Quia ipse summam florenorum Quadraginta duorum Polonicalium Census annui Reemptionalis pro summa capitali sexcentorum florenorum Polonicalium grossis Triginta computatorum per Reverendum Olim Joannem Frączkowicz Ecclesiæ S. Leonardi extra muros Casimirienses sitæ Præpositum et Ecclesiæ Sanctorum Omnium Canonicum pro anniversario quotannis per Perillustres et Reverendos Canonicos præfatæ Ecclesiæ Sanctorum Omnium absolvendo testamentaliter legata, de manibus vero Adm Rdorum Dnorum Executorum testamenti prædicti Joannis Frączkowicz, utpote Excellentis Dionisij Politowicz J.U. Professoris, Sanctorum Omnium Canonici, Reverendi Thomæ Nowakowski Sanctorum Omnium Sacristiani et Famati Christiani Koncze Chirurgi Civis Cracoviensis levata, de qua ipsos quietat præsentibus perpetuo in et super medietate domus Lapideæ suæ propriæ Cracoviæ in Platea Castrensi inter Acialem penes Ecclesiam Omnium Sanctorum ab una, et Famati Petri Swiechowic Aurificis Civis Cracoviensis Lapideas ab altera parte sitæ per Quartualienses Civitatis Cracoviensis juratos die Vigesima nona Januarij Anno Millesimo sexcentesimo Trigesimo sexto ex divisa, et actis præsentibus ingrossata

Venerabili Capitulo Eccl[esi]ae collegiatae Sanctorum Omnium, quod quidem Capitulum pro eodem censu Anniversarium pro anima pot[est]. Admodum Reverendi Joannis Gregzkowicz ejusdem Capituli Senioris post octavam Festi Sanctorum Omnium quotannis absolvere et pervagere debebit: / in vim tamen reemptionis alias per Ludevicum vendidit et inscripsit prout praesentibus ex nunc et de facto vendit et inscribit. Quem quidem censum reemptionalem florenorum Quadraginta duorum Polonicalium per duas Annualitas, primam quidem florenorum Viginti unius Polonicalium in capienda pro festo S. Stanislai in Maio proxime in anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo venturo, Alteram vero Latham pro festo Sancti Martini Pontificis eodem Anno: et sic de festis in festa et de annis in annos quousq[ue] eadem Summa Capitalis in eadem medietate Lapideae inscripta permanserit ad manus praedicti Capituli Admodum Reverendi Procuratoris nunc et pro tempore existentis mediante quietatione manuali ipsius realiter solvere et reddere, idem Relogniscens se cum suis Successoribus ac medietatis supra scriptae Lapideae pro tempore possessoribus inscribit et obligat, atque sub intromissionis Juridicae gradibus tribus simul et semel in medietatem Lapideae supra scriptae cessa et summa praefatis onerata defectu solutionis alicujus Ratae pro tempore praefixo dandis et concedendis. Debetq[ue] ac tenebitur Praefatus Relogniscens, nomine cum Successoribus suis ac medietatis Lapideae supra scriptae quibuscunq[ue] possessoribus de et super Bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus habitis et habendis inscribit et obligat. Praefatum Venerabile Capitulum Omnium Sanctorum ab omni et qualibet gravamen cujuscunq[ue] personarum cujuscunque Status, Sexus et conditionis existentium inspectione Juridicatione et exparte medietatis Lapideae espectan. Summa Praefata Capitali et censu ab eadem provenient[e] onerate exonerandas, necnon ab omnibus exactionibus contributionibus Regalibus et civilibus antiquis et novis laudandis, Inscriptionibusq[ue] et oneribus quibuscunq[ue] futuris priorib[us] et posteriorib[us] hinc quoties opus fuerit coram quovis

0 7 0 emanavit Decretum remissionis causa ad convicium citationis ut quidem procedat ex integro adcitatis aliis creditoribus hinc stetit Decretum. Aliud Decretum finale subsecutum est Anno 1760. Mense Novembri in Consistorio Crac quo mediante rescissis 900. florenis duntaxat 600. floreni pro summa Capitali in eadem lapidea haerere declarati sunt.

Officio et Judicio Regni sui propriis sumptibus et impensis tueri
evincere intercedere indemneq omnino reddere. Idq sub Intro-
pitionis Juridicæ gradibus tribus simul et semel in Bona sua e-
mnia ubicunq locorum et subjacunque Jurisdictione existentia
defectu exactionis præstandæ dandis et concedendis. Quodsi vero
Stator Recognoscens aut ejus Successores vel quivis mediatis supra
scripte Possessores Summam Stator. exercitorum florenorum Polo-
nicalium Capitalem reponere, mediatemq eandem ab hoc onere cen-
sus reemptionalis eliberare voluerint, extunc id semestri ante Sta-
to Termino Rdo Procuratori dicti Capituli denuntiare debebit
ac tenebitur, renuntiando omnibus beneficijs Juris exceptionibus de-
tionibus et appellationibus earumq prosecutionibus et tam facti quam
Juris defensis, non aliter ac si decreto sacræ Regiæ Majestatis ratio-
ne Bonorum omnium suis cum Successoribus ac Lapidea supra
scripte possessoribus convictus foret Inscriptione Censi ad quivis
sala mediante. Et ne ii continenti eorum eodem Officio et Actis Ca-
tibus scripturis Cracoviæ pervenaliter comparens Honorata Catha-
rina Stati Quinati Hyacinthi Stefani de Wierzbna Burzyna Ci-
vis Cracoviensis Consors legitima, sana mente et corpore existens per
Sabatum Joannem Pq Ludovic Civem Cracoviensem sibi adhibitum hunc
de Quintanes maritj sui consensu assumptum et Stator approbatum
gatam libere — per expressum recognovit. Quia ipsa super Inscri-
ptionem supra Stator Reemptionalem Dicti Capituli Ecclesiæ S. Nicolai
Sum Bonorum super Summam florenorum florenorum Polonicalium et
censum inde provenientem per Stratum Maritum suum factam et re-
cognitam consentit, eandemq in toto approbat et ratificat, nolens eam
Inscriptionem Dotalitio suo sibi per dictum Maritum suum ci-
ca Sponsaliorum Cerimonias denominato Juribusq et Stipendi-
bus suis alijs quibuscunq infringere aut labefactare, sed eo-
dem Dotalitio suo et alijs stipulationibus ad ejus Bona Stati maxime
sui manentibus. Alias in forma Inscriptionis approbatoriæ ple-
nissima et perfectissima. LL. Ex Actis Officij Consul. Cracoviæ extradit.

Hanc lapideam emit Anno Dni 1734 Quinato Dominicus Jurkiewicz Sartor Civis Crac.
et propter delationem ejus lapidea in Judicio contra Crac. obtinuit liber-
tatem a solutione Censuum ad Septem Annos. Item Decretum solutionis
est in Archivo Regni Obvenit Anno Dni 1668 19 Martij Item Anno
1749 in Martio mota est controversia de dicto Censu. in Consilio Crac. et De
cretum sub die Veneris 12 Martij quia amputati sunt 200
florenis Remanserunt florenis 400. a quibus census pro Ejus Annis
exigentur. A. 1751 mo. Deinde ex instantia D. Jurkiewicz
devoluta est causa ad Nuntiaturam, ubi de 1751 [illegible]

828 930

Super Domo Lapideae Cracoviae sita in Plat. Castren. Siedlecdich dicta

Inscriptio 300. florenorum pro Anniversario Adm Rdi Stanislai Czaplic

Actum in Praetorio Cracoviensi Sabbatho pridie Dominicae Rogationum, die Vigesima prima Maij Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Consularibus Cracoviensibus Tamatus Jacobus Borkowicz et Dorothea Conjuges Cives Cracovienses sani mentibus et corporibus existentes ipse quidem per se, praefata vero consors sua recedendo a dote et dotalitio Juribusq et Praetensionibus suis quoad hunc Actum attinet in assistentia ejusdem Mariti sui uti Tutoris Conjugalis et Consensu ejusdem palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipsi summam Viginti et unius florenorum Polonicalium Census Annui Reemptionalis pro summa Trecentorum florenorum Polonicalium per olim Adm Reverendum Stanislaum Czaplic Juris utriusq Doctorem, Ecclesiae Sanctorum Omnium Canonicum pro Anniversario animae ipsius fundata et de manibus Admodum Reverendi Dionisij Politowicz ejusdem Ecclesiae Sanctorum Omnium Canonici levata de qua ipsum quietant praesentibus perpetuo in et super sorte lapideae in Platea Castrensi inter Dziurczynska et Contuberny Sartorum Cracoviensium ex parte ab utraque sitae et se Recognoscentes concernente iamque ex divisa Venerabili Capitulo Sanctorum Omnium in vim tamen Reemptionis alias na Widerkauff vendiderunt ac praesentibus vendunt

et inscribunt.

integrum ab uno quovis Haeredum Successorum vel Possessorum di-
ctarum Lapidearum sive Sortium exigere et repetere, ille vero qui
solverit habebit jus petendi et exigendi ab alijs coheredibus Suc-

cessoribus vel compossessoribus suis pro ratha portione census eiusdem inscripti. Si autem praefatus Recognoscens vel illius Successores aut praedictarum Lapidearum sive Sortium Possessores dictas lapideas vel Sortes supra de situ specificatas ab hoc onere census eliberare, Summamque Capitalem Octingentorum florenorum Polonicalium reponere voluerint vel voluerit extunc de repositione eiusdem Summae Capitalis praefatum Vble Capitulum Ecclesiae Collegiatae Sm Obm Semestri ante denuntiare tenebuntur vel tenebitur, renuntiando omnibus Beneficijs circa praemissa, et alijs juris Beneficijs dilationibus appellationibus earumque prosecutionibus, et tam juris quam facti defensis non aliter, aesi praefatus Recognoscens una cum suis Successoribus Decreto Sacrae Regiae Majestatis ratione supraeptorum omnium convictus foret vel convicti forent. praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Pott.

Decretum solutionis praedicti Census stetit in Anno 1675 die Lunae 2 mensis Xbris in Judicio Conriali Crac: ad Instantiam Adm Rdi Samuelis Germankowicz; quo mediante demandata fuit solutio census retenti pro annis 10. idque tribus rathis.

Decretum aliud solutionis census annui pro annis 23bus stetit Anno Dni 1692 die Lunae 16 mensis Martij. in Judicio Conriali Latt. quo mediante decreta fuit Commissio ad revidendas ruinas quas pars citata allegaverat. dictarum lapidearum, tum proventus et emolumenta provenientia. ad Instantiam Illustris olim et Adm R. Andreae Kiupecki.

Tandem cum census iste cum Summa Capitali neglectus esset ad annum 1736. et nulla illius memoria extaret in Capitulo. et Lapideae praedicto censu onerata ad alios ac alios possessores et Haeredes devenirent, nulla habita mentione Summae Capitalis in Officiosis Cessionibus. ego M. Casimirus Jarmundowicz Vblis Capituli Procurator repeta et vindicata Inscriptione, ac praevia Haeredum amicabili requisitione, cum nihil possem efficere medijs pacis utpote ~~cum~~ obijcientibus nulli Haeredibus negationem Summae Capitalis intentavi cum illis Actionem in Judicio Conriali

Cracoviensi

Cracoviensi et primo quidem cum Mfca Petronella Mekarska unius Lapideæ Walterowska Hærede, ac demum cum Famato Georgio Streduła Cracoviensi Lapideæ alterius Kormankowska dictæ Hæredibus, Mense Julio Anni 1736. quæ actio per multas controversias agitabatur fere anno toto. Negationibus citatorum opposui Inscriptionem ac Decreta Definitiva Possessionem Solutionis probantia non medioeri cum labore conquisita, ac tandem feliciter deventum est, quia utriusq Lapideæ Hæredibus ratione Summæ Capitalis inter illos divisæ æqualiter, decretus Definitivus binis demandata fuit Solutio. Quorum Decretorum ex Terminario desumptorum Series sequitur talis

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Septimo Die Veneris Vigesima Quarta Mensis Maij

Illustris Tarmundowici juxta Citationem. Præsente Nobili Zielinski Magnificæ Mekarska Procuratore Salvis & Suam Principalem ad defensas in Termino Anteriori factas referente. Et quoniam Sua Principalis sit tantum medietatis Lapideæ Hæredissa, alterius vero partis sit Magnifica Anna Dąbska vidua, Ideo de medietate hujusmodi Lapideæ Suam Principalem respondere teneri. Ex adverso Salvis & quoniam Citati in suis defensis variant, et præpostere ad præsens Sua allegata formant ideo non debere audiri dicit. Et quoniam ex anterioribus Actibus Causæ præsentis constat Magnificam Annam Dąbska ex Lapidea Censu onerata nihil participare, sed duntaxat Magnificam Mekarska omnem dispositionem habere Lapideæ et eandem Lapideam per suos filios inhabitari et possideri ideo ad Solutionem Stringi. Reverendissimus Dominus Gaspar Szczepkowski Canonicus Cracoviensis Judex Surrogatus Partium controversijs exauditis, eoq attento

quoniam ex processu Causae praesentis constat non aliquem Conductorem, sed solum duntaxat Magnificos Mekarskie dispositiones Lapideae censu oneratae gerere et exercere, commoda ejusdem Lapideae ad suum bene placitum participare, et plane per eosdem hujusmodi Lapideam effective possideri, ideo eosdem Magnificos Mekarskie ad solutionem census retenti idq intuitu medietatis summae Capitalis Quadringentorum florenorum teneri, salva tamen Evictione si et in quantum de jure sibi a Coheredissa Magnifica Anna Dzybska ubi de jure procuranda adinvenit et Literas Executoriales cum termino Novem dierum ad effectum solutionis census idq pro annis septem relaxavit. Intuitu vero census ratione alterius medietatis summae ad aliam Lapideam possessionis Famati Strzedula se extendentis salvam continuationem processus Actori reservavit. Appellat q refutatur q.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Septimo Lunae Octava Julij

Illustris Garmundowicz uti Procurator Ubtis Capituli Sanctorum Exm in termino ex Actis reproducta Inscriptione tum et Decretis perceptionem census Probantibus et inhaerendo ijsdem petit solutionem decerni. Praesente Excellente Mierzwinski Famati Strzedula Procuratore salvis q non recedendo ab allegatione quod suus Principalis summam notabilem florenorum 4980 in reparationem expenderit suum Principalem ad defensas in Anteriori termino factas referente et petente. Reverendissimus Dnus Officialis visa Inscriptione Anno 1659 feria 4. postridie festi Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum in Pretorio Cracoviensi facta et Decretis Ao 1692 Lunae 16 Martij latis Censum adjudicavit, et respectu annorum Partibus in Octava componere mandavit.

Ex Terminario Actorum Anni 1737 desumptum et huc posthumae memoriae gratia translatum

Anno Domini 1750 Famatus Georgius Strzedula Civis Crac vendidit Domum suam Lapideam. Famato. Antonio Kromer. Civi Cracoviensi

Summa 500 florenorum inscripta Clepardiæ super Domo dicta Terlikowska pro Anniversario

Jak się ta Summa obrociła pro informatione adnotavi

Inscriptio facta fuit istius Summæ florenorum 500 coram actis Officii Consularis Clepardiensis Feria 5 post Dnicam Misericordiæ Anno Domini 1647 Successive stetit Decretum Solutionis census retenti in Conrio Crac 1663. d 16 Novembris in actis Officialatus Crac.

Tandem post Sueticam Desolationem per Processum Offey Consul. Clepardiensis intromisit se Capitulum ad istam Domum sitam in Platea longa inter Domos Korczekowskie ab una et Filowiczowskie partibus ex altera. et arendavit illam Famato olim Adamo Tyczynski, contra quem A ratione retenti Census instituerat actionem in Conrio Crac 1713. d 17 Septembris. Tandem Successive ex mente Ublis Capituli juxta multiplicata Decreta Capitularia, Illustris olim Stephanus Kropski Canon et Procurator Collegii Stm Olim vendidit eandem Domum pro Summa 500. florenorum, ~~ex qua~~ circa Annum 1730. ex qua summa sibi accepit flo. 100 in vim debiti florenos vero 400 dedit ad manus Succedaneo Procuratori Illustri Chochorkiewicz Canon, qui eosdem 400 florenos convertit in reparationem Lapidee Capitularis Ne vero hæc summa periret consultum est, ut ex Massa Capitulari colligerent et inscriberent. prout actu collecti sunt et inscripti A super Domis Groice floreni 300, ut videre est fol. supra. 636 et 637. Ducentos vero residuos florenos decrevit Capitulum 2 Novembris 1752 colligendos esse et inscribendos, ut ex censu a florenis 500 provenienti Anniversarium celebrent. Videndum est Decretum A 1663 d 16 9bris latum, pro cujus anima sit cete hæc summa ordinata.

961

Domus Stradomiae Canonici SS. Ob. Tituli S. Antonij

Anno Domini millesimo septingentesimo secundo

Die vero Sabbathi vigesima Men. Maii. Vide

Coram Officio Actisq. Pten. Administratoriatibus Sede vacante Episcopatus Cracovien. personaliter constitutus Illustris et Adm. Rndus Mathias Trelinski Ecclesiae Collgtae SSm Obm Cracoviae Canonicus, Curatus in Pelczyska Domus suae Canonicalis partim lapideae partim ligneae ex antiquo Pstronskie nuncupatae Stradomiae ad Cracoviam acialiter versus Ecclesiam Sanctae Agnetis in Fundo Sanctimonialium ejusd. Conventus sitae Haeres et Possessor Principalis exhibita quietatione originali super solutione census Terragii ex eadem Domo Conventui Monialium Sanctae Stradomiae sito quotannis solvi soliti, tum libertatione ab exhibitione Hospitiorum in adventu Serenissimi Augusti Secundi Regis Poloniarum a tergo suprascriptae quietationis per Generosum Joannem Antonium Smolenski Exhibitorem Hospitiorum Sae Regiae Majestatis manu ipsius propria die 19 men. et anni currentium connotata eandem quietation., tum et libertationem ne casu aliquo depereat aut vetustate consumant. et alias ad omnem meliorem finem et effectum ad acta praesentia de verbo ad verbum inseri et ingrossari petiit, Cujus affectaoni idem Officium administratoriale Sede vacan. Eptus Cracovien. annuendo, visa et lecta originali quietatione tum quoq. libertatione praeallegata easdem de verbo ad verbum Actis suis inserere mandavit. Quarum literar. et quid. quietationis tenor sequitur ejusmodi =

Niżey podpisana mówi y całego Zgromadzenia Panien Siostr Zakonnych Konwentu S. Agnieszki Zeznawam imieniem Zem odebrała od JmX Matyasza Stanisława Trylinskiego Kanonika Kościoła wszystkich Swiętych

Krakowskiego Proboszcza Pełczyskiego Złotych Polskich trzydziesci y szesc Czynszu ziemnego z placu Klasztornego na ktorym Domek JX Kanonika od Pani Pstronskiey Kupiony iest. Z ktorych trzydziestu y szesci złotych nam na dzien S. Michała w Roku Tysiącznym siedmsetnym należących odebrania tegoż Imci Kwituię y na to dla pewnieyszey wiary Pieczęć Klasztoru naszego przycisnąwszy ręką się własną podpisuię Datt w Klasztorze S. Agneski Dnia drugiego Maia Roku tysiącznego siedmsetnego pierwszego Locus + Sigilli. Helena Pinociowna Matka Panien Konwentu S. Agneszki. = Libertationis vero Sequitur contextus ejusmodi = Podczas bytnosci teraznieyszey J. K. Mosci widząc że według Praw y Inscrypcyi tuteczny Dworek na gruncie Wielebnych Panien S. Agneszki zbudowany a teraz w possessyi y dziedzictwie JMX Macieia Tryliuskiego Kanonika wszystkich Swiętych zostaiący y do Jegomosciney Kanonii legowany y applikowany. tedy z władzy moiey teraznieyszey, iako Dom duchowny wolnym czynię a to ex officio na co się podpisuię w Krakowie d 19 Maia 1702 Paweł Antoni Smolenski Stanowniczy J.K.M. Praesentibus Venerabilibus Joanne Sobkowski Phiae Baccalaureo, Andrea Cichowski Minor Ordin Clerico, Alberto Ceypler Joanne Marklinski Publicis et alys Cancellariae Notariis.

Ex Protocollo Actorum Perillustris et Rndmi Dni Casimiri à Lubna Lubienski Dei et Aplicae Sedis gratia Episcopi Heraclien Suffraganei Canonici Sede vacan Eptus Cracovien ac Ducatus Severien Gnlis Administratoris extractum et Sigillo ejusdem Rndmi Dni communitum

L. S. Sigilli

M. Adam Styrkowski
n. J. B. Cur. Gnlis Crac. Actuarius

Ratione præcedentiæ Decretum inter Collegiatas intra et extra Cracoviam sitas et Perillustrem Archipresbyterum Ecclesiæ Parochialis Beatæ Mariæ Virginis in Circulo Cracoviensi ex Scrijs Partium controversijs latum.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo primo Die Veneris Decima Mensis Decembris

In causa præcedentiæ et termino ad ferendum sententiam in diem hodiernam cadente partibus utrisq; comparentibus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Martinus Szyszkowski Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cracoviensis Dux Severiæ, audita relatione Reverendi Domini Auditoris Sententiam talem tulit. In Judicio possessorio de præcedentia inter Rdum Christophorum Trainski Archipresbyterum seu Plebanum Sanctæ Mariæ in Circulo Crac. ex una et Prælatos ac Canonicos S. Floriani, Omnium Sanctorum et Sanctæ Annæ Capitula Collegiatarum Civitatis Crac citatos parte ab altera, revocatis si quæ pendent dilationibus ac appellationibus authoritate Sacri Concilij Tridentini rejectis; ex his quæ in causa hujusmodi vidimus et audivimus ex Scripturis Testiumq; depositionibus, et eo inter cætera attento; quod in Processionibus Universalibus tam in Nostro felici in Cathedram ingressu, quam in Synodo Diœcesana ad Septem Ecclesias ad instar Septem Ecclesiarum almæ Urbis cum toto Diœcesano Clero habuimus, necnon in ultima processione generali, quam pro gratiarum actione habuimus, Testes

pro parte Ecclesiarum collegiatarum deponunt inducti, collegiatas Ecclesias earumq. Prelatos et canonicos dignioren loum in processionibus habuisse, Archipresbyterum autem Ecclesie Sancte Marie in Circulo Fratoriensi aute collegiatas processionaliter iisse. Ideo per hanc nostram sententiam interlocutoriam erin definitive habentem, quam in scriptis ferimus pronuntiamus collegiatas Ecclesias supradictas in hoc ultimo statu in Judicio hoc possessorio manutenendas esse, prout presenti Decreto manutenemus. Quandoquidem certi juris est, quod in Judicio possessorio ultimus status attendi debet, et unicus actus sufficit presertim cum possessio hec collegiatarum in precedentia sit juri communi consona et conformis ratione dignitatis, quia omnes collegiate Parochiales Ecclesias superant, non obstantibus testimonijs pro parte Archipresbyteri seu Plebani dicte Ecclesie Sancte Marie inductis, quandoquidem omnes sunt de universitate Sacerdotum ipsius Ecclesie Sancte Marie et adest magna affectio ob annexum commodum, agitur enim de magno honore et statu Ecclesie ipsius pro qua testificantur, et tractatu de ejusdem perpetuo prejudicio, prout expressius ex communibus juris interpretum decisionibus communiter receptis constat. Non obstante etiam privilegio Archipresbyteri de Mitra, annulo, baculo et Dalmaticis Episcopalibus, quia privilegium episcopi limitatas facultates habens non extenditur ultra concessa, nec precedentia collegiatarum venit sub honorem Mitre, quia Archipresbyter Sancte Marie non est exemptus, nec ullam jurisdictionem habet. Non obstante etiam Illustrissimi olim Georgij Cardinalis Radzivil edicto, quia nihil expresse

de precedentia

de praecedentia Ecclesiarum ibi exprimitur, sed Capellas tantum illud edictum disponebat provenientibus ad Processionem, et de vexillis ejusdem Ecclesiae disponebat, partibus autem quarum interfuit non auditis, nec causa inter eos cognita directorem Processionum destinaverat, mandaveratque sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, et absolutione sibi reservata, ne quis directoris processionum ordinationi et mandato quovis modo contradicere auderet. Et insuper addito, ut Parochiales et Collegiatae Ecclesiae ordine solito procedant satis clare demonstrans ejus intentionem non fuisse, ut Collegiatae Ecclesiae tanquam digniores ante Parochialem Processionem incederent, Postremo constat ex dispositionibus Testium pro Collegiatis inductorum Archipresbyterum Collegiatas Ecclesias in hac praecedentia saepius contradixisse, et sic decernendo inhibemus suprascripto Archipresbytero ne unquam Collegiatas Ecclesias in praecedentia audeat turbare, id quod sine scandalo inter Ecclesiasticas Personas saeculares fieri non potest, tam in Processionibus publicis, quam in illis quae fiunt in tumulandis defunctorum corporibus et alijs similibus actibus publicis. Et nihilominus Archipresbyterum in damnis et litis expensis condemnamus, taxationem sibi earum in posterum reservando. Praesentibus Adm. Rdis Francisco Zaierski JUDice Praeposito Luceoriensi Archidiaco Sandomiriensi Auditore et Judice Generali. Joanne Kraykowski Plocensi Canonico, Joanne Kwasnicki S. Th. et JUD. Archidiacono Sandecensi, et me Samuele Kalina JUD. Curiae suae Illustrissimae Celsitudinis Notario.

Ex Actis Actorum Episcopatus Crac: extractum

Venditio Lapideæ domûs Cracoviæ Sitæ infradescriptæ Perillustri olim Andreæ Krupecki U. I. D. et post fata ejus V. Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ Omniũ Sanctorum.

Actum in Prætorio Casimiriensi ad Cracoviam Sabbatho in Vigilia Sancti Mathæi Apostoli et Euangelistæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo octavo

Coram officio Consulari Casimiriensi ad Cracoviam actisq; ipsius præsentibus comparentes personaliter Nobilis ac Famata Theressia olim primarum Famati Joachimi Jacobi Civis Cracoviensis, Secundarum verò nuptiarum Nobilis Stanislai Dąbkowski Consors relicta vidua, in assistentia Spectabilis Jacobi Groszkiewicz Consulis Casimiriensis Tutoris ad actum præsentem sibi assumpti et per officium præsens approbati. Tum Perillustris et Admodùm Reverendus Ignatius Sacræ Theologiæ Doctor, Curatus Czerniéviensis, et Honoratus Antonius Artis Chirurgicæ Socius Jakobiè, necnon Nobilis Magdalena Rychalska, nobilis Michaëlis Rychalski Consors legitima cum Tutore ad hunc actum in absentia Mariti sui sibi assumpto et officiosè approbato Spectabili Alberto Kuzeminski itidem Consule Casimiriensi, uti et tanquam suprascripti olim Famati Joachimi Jakobi Filij et Filia Successoresq; legitimi Fratres et Soror inter se Germani mente et corpore sani existentes facta fori istius quo ad hunc actum approbatione, à suo autem quovis proprio et competenti, recessu, spontè palàm liberè et expressè recognoverunt, et eorum quilibet suo pro interesse recognovit. Quia ipsi inhærendo Contractui

ctui inter se et infranominatos Perillustrem et Admodum Reverendos Emptores ratione infrascriptorum inito et facto, Actisq; praesentibus die hodierna roborato et inserto Domum Lapideam suam propriam Haereditariam antiquitus Piętkowska, ad praesens Jakubinska nuncupatam Cracoviae in platea Castrensi acialiter in Opposito Ecclesiae Sanctorum Omnium ab una, et penes Lapideam Groszykowska, alias Knyperowska parte ab altera sitam, totam et integram, Summis principalibus Reemptionalium censuum debitis in dicto Contractu specificatis Summam Generalem quatuor Millium quadringentorum florenorum Polonicalium efficientibus, f tum seorsiva summa florenorum quatuor Millium in restaurationem dictae Lapideae per infrascriptos Perillustrem et Admodum Reverendos Emptores exposita, Decretis Officij Consularis Casimiriensis evicta oneratam, de caetero mundam et liberam, neminiq; pro quo solenniter cavent obligatam, vero mero puro justo perpetuo haereditario /: cum infrascripta nihilominus redimendi eam per quosvis Successores suos jure retractus conditione :/ et irrevocabilis venditionis titulo pro Summa florenorum decem Millium Polonicalium monetae et numeri communis in Regno currentis includendo in id memoratas summas principales, census retentos et debita in Contractu specificata, reparationisq; ut praemissum evictae Perillustri et Admodum Reverendis Andreae Krupecki Jurisutriusq; Doctori et Professori, suprascriptae Ecclesiae SSm OOm Custodi, Curato Luborzycensi, Stanislao Nemecio ejusdem Ecclesiae Sacristiano totiq; Venerabili istius Ecclesiae Capitulo nunc et pro tempore existenti, eorumq; Succedaneis vendiderunt et Pentium tenore vendunt, cum omni ejusdem Domus Lapideae jure, dominio, proprietate propinquitate, haereditate usufructu, possessione attinentijs et pertinentijs universis, relicto sibi per suprascriptam Nobilem

Teressiam Jakobia ad vitae suae tempora usufructu et mansione anterioris hypocausti in tertia contignatione ejusdem Lapideae consistentis fenestras in plateam Castrensem habentis absq; tamen Juris haereditarij ad idem hypocaustum praetensione. Ita latè, longè et circumferentialiter prout se eadem Domus lapidea ab antiquo in suis metis et limitibus extendit et prout eam ipsi Recognoscentes Antecessoresq; sui tenebant habebant et possidebant, tenereq; habere et possidere debebant. nihil amplius juris dominij et proprietatis propinquitatis haereditatis usufructus /: excepto ut praemissum ad vitali nobilis Teressiae Jakobia memorati hypocausti usufructu/ possessionis sibi Recognoscentibus successoribusq; suis relinquendo reservando, vel quovis modo excipiendo, sed id totum in eosdem Perillustrem et Adm. Reverendos Emptores eorumq; Succedaneos transfundendo, transferendo et incorporando. ad habendum tenendum utendum fruendum possidendum dandum donandum vendendum, cedendum commutandum et in quosvis alios beneplacitos usus suos totiusq; Ecclesiae Sanctorum Omnium convertendum, Recognoscentes sibi in suprascripto pretio pro dicta domo Lapidea proveniente realem et totalem ab ijsdem Perillustri et Adm. Reverendis Emptoribus praestitam esse satisfactionem, de qua reali et totali satisfactione sibi praestita eosdem Perillustrem et Admodum Reverendos Emptores, eorumq; Succedaneos perpetuis quietaverunt quietanq; temporibus. Ad resignandum autem ejusmodi domum Lapideam in legitimum Plenipotentem suum constituerunt Nobilem ac Honoratum seniorem Cracoviensem Scabinum in proximo ab hinc vel remotiori quovis Judicio expositum bannitum residentem Scabinali Cracoviensi, seu tum dum et quando eandem resignationem Perillustris et Admodum Reverendi Emptores vel eorum succedanei expetiverint, habereq; voluerunt.

caventes

Caventes propterea supramemorati Recognoscentes ac sese in Bonis suis specialiter verò super Domo et Horto suo proprio in suburbio Cerdoniae Cracoviensis ad fluvium Rudawa situm inscribentes et obligantes. Quod eosdem Perillustrem et Admodum Reverendos Emptores eorumq Succedaneos respectu Lapideae ad praesens venditae ab omni et qualibet quarumvis Personarum cujuscunq Status sexus et conditionis existentium impetitione Juridica quandocunq exoriunda nulla praescriptione temporis etiam longissimi obstante ad primam sui requisitionem Juridicam toties quoties opus fuerit suis proprijs sumptibus et impensis coram quovis Judicio et Officio Regni tuebunt evincent eliberabunt et indemnes reddent Idq de facto praestita Evictionis sub Intromissione per omnes tres insimul Juris gradus in praefacta Bona sua Cerdoniae sita Perillustri et Admodum Reverendis Emptoribus vel eorum Succedaneis per Officium competens conferenda, liberoq eorundem usufructu sine quavis census solutione ad totalem Evictionem praestandam continuando. Abrenuntiando quoad Bona Evictionis Inscriptionem omnibus in genere et singulis in specie beneficijs Juris exceptionibus etiam fori declinatorijs dilationibus appellationibus tum alijs quibusvis Juris et facti remedijs ad infringendam et labefactandam praesentem Inscriptionem Evictoream humana Industria excogitatis et excogitandis, non aliter acsi his omnibus Decreto Sacrae Regiae Majestatis aut alicujus alterius ultimae Instantiae Judicis abjudicati forent praesenti recognitione ad haec mediante. Alias in forma venditionis, de satisfactione quietationis pro evictione cautionis et beneficijs juris abrenuntiationis plenissima et perfectissima. Teressia Jakobia, Jacobus Stanislaus Groszkiewicz uti Tutor mpp Ignatius Jakobi Sae Theologiae Doctor Curatus Czerniechoviensis mpp Antoni Jakobi, Magdalena Rychalska, Albertus Krzeminski uti Tutor ad hunc actum mpp L. + S. Ex Protocollo Actorum Officij Consularis Civitatis Casimiriensis ad Cracoviam extradit.

Contractus ratione memoratæ Domus Lapideæ.

Actum in Prætorio Casimiriensi ad Cracoviam in Vigilia Festi S. Mathæi Apostoli et Evangelistæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo nonagesimo Octavo.

Ad Officium Consulare Casimiriense ad Cracoviam Actaq ipsius Præsentia venientes personaliter Nobilis ac Famata Theressia olim primarum Joachimi Jakobi Civis Cracoviensis, postea Secundarum nuptiarum Nobilis Stanislai Dąbrowski Consors relicta vidua cum Spectabili Jacobo Gorzkiewicz Consule Casimiriensi Tutore ad hunc actum sibi assumpto et officiose approbato, necnon Perillustris et Admodum Reverendus Ignatius Sæ Theologiæ Doctor Curatus Czerniciovensis et Antonius Artis Chirurgicæ socius Jakobi, tum Nobilis Magdalena Rychalska Nobilis Michaëlis Rychalski Consors legitima in assistentia Spectabilis Alberti Krzeminski itidem Consulis Casimiriensis absente pro tunc marito suo Tutoris assumpti Stati olim Joachimi Jacobi Filij et Filia successoresq legitimi pars una et Adm Rdus Stanislaus Nemecius Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ sitæ Sacristianus nomine suo et Perillustris et Adm Rdi Andreæ Krupecki Juris utriusq Doctoris ejusdem Ecclesiæ Custodis, Curati Luborzycensis, necnon totius dictæ Ecclesiæ Venerabilis Capituli ipsiusq Ecclesiæ agens Pars altera, hinc inde sani mentibus et corporibus existentes forum et Jurisdictionem præsentem quo ad hunc similiter actum approbando, a suo autem quovis proprio et competenti recedendo obtulerunt eidem Officio in vim Roborationis certum contractum venditionis Domus Lapideæ Cracoviæ in platea Castrensi acialiter ex opposito suprascriptæ Ecclesiæ Sanctorum Omnium ab una et penes Lapideam Groszyckowska aliàs Knyperowska parte ab altera sitæ, anti quatus Piątkowska ad præsens Jakobinska dictæ inter se factum, manibus tam suprascripti Perillustris et Admodum Reverendi Krupecki, quam

sui

sui omnium comparentium subscriptum sanum salvum, illa-
sum omniq suspicionis nota carentem declarando se, eundemac
omnia ipsius contenta, totaliter et inviolabiliter sub vadio intra
vallato adimpleturos, petentesq eam ob casum amissionis, ac alias
ad omnem sui meliorem finem, modum et juris effectum Actis pten-
tibus inseri et ingrossari: quod ad eodem Officio obtinuerunt. Cu-
jus contractus tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:
Między Sławetną Panią Teressą primi nuptus Jakobią,
secundi vero Dąbrowską pozostałą wdową, y iey Synami
JMcią X. Ignacym Swiętego Pisma Doktorem, Plebanem
Czerniejowskim y Antonim Jakobiemi Bracią rodzonemi,
y Panią Magdaleną Rychalską Szlachetnego Pana Micha-
ła Rychalskiego Małżonka Siostrą Rodzoną, pomie-
nionych Panow Jakobich Dziedzicami y Successorami
niegdy Sławetnego Pana Jachyma Jakobiego Mieszcza-
nina Krakowskiego z iedney, a JMcią X. Stanisła-
wem Nemecyuszem Zakrystyanem Kościoła Wszystkich
Swiętych pro parte dictae Ecclesiae ac ejus Capituli Kon-
traktuiącym, idq ad dispositionem JMci X. Andrzeia
Krupeckiego Prawa Oboyga Doktora y Professora,
Kustosza tegoż pomienionego Kościoła, Kurata Lubo-
rzyckiego z drugiey strony, stało się pewne y wniczym
nieodmienne w ten niżey opisany sposob postanowie-
nie. Iż pomienioni Panowie Dziedzice y Sukcessoro-
wie Kamienicę swoię własną z dawna Piątkowską
ad inpresens Jakobinską nazwaną, w Grodzkiey ulicy
w Krakowie na rogu, przeciwko Kościołowi Wszystkich
Swiętych, a podle Kamienice drugiey Groszykowskiey
alias Knyperowskiey leżącą, sobie prawem dziedzicznym
powyżey mianowanym niegdy Sławetnym Panu Ja-
chymie Jakobim, Sławetney Pani Teressyi Jakobiey

970 Małżonku á Panow Dziedzicow y successorow ninieyszych Oycow, należącą całą y zupełną nikomu oprocz summ niżey położonych w czym się zapisuią niezawiedzioną ze wszystkiemi iey przyległościami y budynkami, mieszkaniami, dolnemi gornemi, sklepami kramami piwnicami zadzią, nie sobie ani potomkom swoim nie exceypuiąc prawem wiecznym y dziedzicznym przedaią y rezygnuią, iako o tym rezygnacya na Ratuszu Krakowskim zeznana in Personam pomienioney JMci X. Zakrystyana Serzey opiewa, a to za summę sześć tysięcy Polskich currentis monetae rachuiąc trzydzieści groszy w złoty ieden, W ktorą to specyfikowaną summę inkluduią się summy, długi Kościelne Widerkaffowe na teyże Kamienicy zostaiące y niżey opisane z Czynszami od nich powinnemi y na tey Kamienicy zapisanemi, Jako to nayprzod do Kościoła Wszystkich Swiętych Złotych Tysiąc Siedmset od ktorey summy przychodzi prowizyi złotych sto dziewiętnaście na Rok po złotych siedmi od sta Komputuiąc. Drugą także summę złotych Tysiąc do Kościoła Farnego S. Szczepana, od ktorey dorocznie siedmdziesiąt złotych prowizyi należy. Item złotych Cztery sta do Kościoła Farnego Nayswiętszey Panny Maryi w Rynku zostaiącego Xiędzom Mansyonarzom zapisane od ktorych złotych dwadzieścia y cztery po sześciu od sta quotannis na dwie rathy według Inscrypcyi Szynszu wypłacać powinno Item złotych Dwieście do Szpitala S. Szczepana od ktorych złotych dziesięć po pięciu od sta na Rok przychodzi Item Złotych sto do Kościoła SS. Szymona y Judy Apostołow y Swiętego Walentego na przedmieściu. Prowizyi od tey summy po złotych trzy do obudwu pomienionych Kościołow dorocznie należy. Item Złotych dwa groszy dwanaście do Kościoła wszystkich

Swiętych

Swiętych ziemnego czynszu płacić z tey Kamienice przynależy. Nad to Złotych Osmset JMć X. Franciszkowi Leśniowiczowi Proboszczowi y Officyałowi Pileckiemu na tey Kamienicy od nieboszczyka Pana Jachyma Jakobiego Mieszczanina Krakowskiego wzwyż mianowanych Successorow Rodzica zapisanych. Item Złotych dwieście Czynszu Wiederkafowego od tysiąca złotych do Kościoła S. Szczepana przez kilka lat zatrzymanego aż do Intromissyi intuitu reparandae Lapideae per Decretum Officii Consularis Cracoviensis dozwolonej possessyi, przez Xiędza Zakrystyana pomienionego odebraney, ktore przysądzone officiose Dekretem Prześwietnego Konsystorza Krakowskiego, Ktorych summ Oryginalnych y Kapitałow in Summa zebranych znayduie się in toto Cztery tysiące Czterysta złotych, Residuum Tysiąc Sześćset złotych Panom Dziedzicom y Successorom tym ninieyszym Kontraktem JMć X. Zakrystyan pomieniony bez odwłoki wyliczyć obliguie się. A że in vim Kontraktu Jeśli Mość Panowie Dziedzice przez ręce JMć X. Kustosza Kościoła wszystkich Swiętych złotych pięćset wzięli, Item złotych sto przez ręce JMć X. Zakrystyana wzwyż mianowanego, tedy reszty Tysiąc Złotych do dopłacenia przychodzi, procz sto Zynfow Rękawicznego ktore na umowie względem względem ustąpienia y wyroku dziedzictwa stanęły. Prywatne długi podatki y Czynsze do Kościołow zatrzymane ieżeli się stante possessione heredum et successorum praetentium iakie znaydą, obliguią się wypłacić Successores ante resignationem, y pro evictione na dobrach swoich to iest na Domie y ogrodzie na Garbarzach na Piasku nad rzeką Rudawy leżącym tym Kontraktem zapisuią się. Od Intromissyi zas wzięcia y possessyi tey Kamienice odebraney officiose Xiądz Zakrystyan płacić powinien będzie. Te zas wszystkie

onera wzwyż położone emundare JmćX Zakrystyan płacić powinien będzie, y znosić powinien do których Successores non tenentur. A że summa cztery tysiące złotych Polskich nad umowione pretium sześciu tysięcy złotych Polskich na reparacyą y murowanie pomienioney Kamienice za Konsensem Urzędu Radzieckiego przez Intromissyą wziętey, przez pomienionego JmćX Zakrystyana erogowana, y Regestrami liquidowana w te sześć tysięcy złotych Polskich non includitur, ale osobno chodzi, tedy pomienioni Successores te cztery tysiące złotych Polskich in pretium Kamienice JmćX Zakrystyanowi Komputuią, ktorey summy czterech tysięcy złotych Polskich JmćX Zakrystyan pomieniony u Successorow quovis Juris titulo et praetextu upominać się nie będzie powinien, y owszem iakoby z odebraney et realiter wyliczoney przerzeczoney summy, tak aby pretium Dziesiąci tysięcy złotych Polskich wyniosło, Sukcessorow pomienionych, wzwyż mianowany X Zakrystyan ninieyszym Kontraktem kwituie, Hac specialiter apposita pro parte Successorum praecustoditione, że gdy będą mieli wolą pomienione dobra od JmćX Zakrystyana quovis tempore odkupić, tedy za oddaniem Dziesiąci tysięcy złotych Polskich JmćX Zakrystyanowi aut ejus Succedaneo, tenże pomieniony X Zakrystyan Redonationem albo Retrocessionem Juris in Personam persolventis Successoris uczynić officiose powinien będzie. Munimenta wszystkie y prawa iako y Kwity Czynszowe Widerkaffowe y Podatkowe do tey Kamienice należące, y ktore się tylko znaleźć mogą, te wszystkie JmćX Successores przy rezygnacyi oddać powinni będą. Pozwala też y puszcza JmćX Zakrystyan respektem bespiecznieyszey rezydencyi w mieście niż na przedmieściu Izdebkę na trzecim piętrze na

przodku

przodku, nad tą Izbą gdzie Siodlarz na ten czas mieszka Sławetney Pani Teressie Jakobiey quoad vitae ejus tempus, ktora durante Advitalitate Submituie się excluso omni titulo et jure hereditatis w tym pozwolonym sobie mieszkaniu, spokoynie się zachowac, ani więcey uzurpowac sobie iakiego Prawa y Pretensyi, ani Jey Successorowie, do tego Mieszkania według wyroku y rezygnacyi uczynioney nie maią. Co wszystko y każdą rzecz z osobna Jchmosc Strony obiedwie suis cum Successoribus strzymac sobie y ziscic fide bona et verbo Sacerdotali przyrzekaią y dla lepszey wagi ten Kontrakt Aktami Mieyskiemi roboruią, forum sobie in casu contraventionis in quovis Officio et Judicio naznaczaią sub vadio similis summae y rekami własnemi podpisuią się. Działo się w Krakowie die Decimaquinta Septembris Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo octavo. Xiądz Andrzey Krupecki U. J. D. et Pfr. Sanctorum Omnium Custos Crac. P. L. mpp Teressa Jakobia, Magdalena Rychalska X. Ignacy Jakobi S. Th. Dr et Pfr. Antoni Jakobi, X. Stanisław Nemecyusz Ecclesiae Coll. Sm OO. Sacristianus Ex Protocollo Actorum Officii Consularis Casimiriensis ad Cracoviam extractum L. + S.

Caetera Munimenta ad hanc Lapideam spectantia utpote Resignationes Intromissiones Quietationes, Inventaria, Contractus, expensarum Reparationis connotationes reposita sunt in Cista Capitulari in Teorsivis Fasciculis, ibi ea videre licet.

Erectio Capellani Fraternitatis Pauperum in Ecclesia Collegiata OO SSm Cracovia, fundata

In Nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam Nos Stigneus Dei gratia Episcopus Cracovienſis, Universis Christi fidelibus presentes Literas inspecturis salutem in Domino sempiternam. Salvator generis humani Homo Christus Jesus, cujus sunt delicie Esse filios hominum habitare, ad recuperandam dragmam decimam et ovem perditam centesimam humanam creaturam Divinæ Imagini figuratam lapsu Protoplasti perditam suæ Divinitatis per gratiam nobis, volens esse participes, nostræ mortalitatis formam assumpsit, ut hominem de laqueo servitutis eriperet, in quem suggestio subrepsit serpentina, quia propter salutem nostram advenit, nostræ saluti consulens ad caritatem et dilectionis fervorem suos incitat dicens: Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Quod quidem preceptum prius adimplere voluit, antequam contumeliosæ crucis patibulum, et mortis amarissimæ supplicium ad abolendam humanæ perditionis lege peccati chirographum, dignatus est pro nostra salute subire. Quo facto Salvatore nonnulli Christi fidelium et signanter Providi Viri videlicet Petrus Czarzanek, Bartholomæus Szmudzidzieni, Albertus et Mirosław pauperes homines et mendici, Paulus et Jacobus Zyweczak Vitrici Ecclesiæ Omnium Sanctorum in Cracovia cum cæteris Fratribus et Sororibus ad hoc specialiter congregatis, suæ salutis cupientes adipisci medelam orationibus suis et Eleemosynis, exequiis et obsequiis ac aliis charitativis operibus se devote prævenire volentes, ad implorandum Divinæ pietatis cle-

Videatur infra fol. 502.

mentiæ

mentiam, Judq Salutis et Suorum predecessorum in remedium, talle Spiritualis fraternitatis vinculum cum consensu Venerabilium Virorum Dominorum Nicolai Senioris et Nicolai Franc Lectorum dicte Ecclesie Omnium Sanctorum in Cracovia Libere decreverunt, quod vocare et nominare fraternitas Pauperum seu Mendicorum voluerunt irrefragabiliter Domino prestante tenend et sub infrascripto ordine observandum. Primo videlicet quia per Seniores et Procuratores, sive Directores fraternitatis hujusmodi ex fratribus electos et eligendos unum Capellanum singulis diebus Dominicis ad decantandum unam Missam Defunctorum, pro ipsorum predecessorumq eorum Salute esse et debere ordinandum, cui interesse omnes tenebuntur Salvo impedimento excusabili, et tunc ibi offerre ad Altare per duos denarios, aut magis secundum quot cui placuerit. Item quilibet eorum debet et tenetur singulis quatuor temporibus quolibet anno ad carbonam fraternitatis per quatuor quarteu propter ceram dare et alia onera supportanda Item quicunq voluerit intrare et assumere eorum hujusmodi fraternitatem, talis imprimis dare et offerre unum grossum debebit ad carbonam fraternitatis, et unum talentum cere, et ultra hec si plura voluerit facere, hoc erit in arbitrio sue voluntatis, qui nonnisi de scientia et voluntate Dominorum Plebanorum debebit recipi et assumi. Item singulis Quatuortemporibus Vigilie fraternitatis procurabunt esse decantandas Salvo Salario Ministrorum Ecclesie sic, quia a Vigiliis et a pulsu campanarum predicti Seniores seu Procuratores solvere tenebuntur Vicarijs, Sacristę et Rectori Schola octo grossos. Item quilibet fratrum et sororum de fraternitate, cum aliquis fratrum vel sororum

876 decesserit ab hac luce, teneatur et sit astrictus conducere hu-
nus ad tumulandum eum, et sua sepultura necnon vi-
gilijs et exequijs interesse sub pena medij grossi pro dicta
cabona Fraternitatis per transgressorem totiens, quotiens
solvenda et applicanda. Procuratores vero eorum fratri
aut sorori decedenti et defectuoso sepulturam ordinabunt,
exceptis tamen vigilijs et exequijs, quas de ipsorum
bonis, si quæ habuerint ordinabunt, alias non. Item
ordinabunt ex Fratribus alignos ad hoc aptos et idoneos
pro Senioribus et Procuratoribus sive directoribus, ad
dirigendum et procurandum negotia Fraternitatis oppor-
tuna totiens quotiens opus fuerit eligendos, et alios
loco ipsorum prout congruum et expedire videbit assumen-
dos consensu Dominorum Plebanorum specialiter
ad hoc accedente. quibus omnibus Fratres et Sorores
debebunt, et tenentur obedire et obtemperare nec in
aligno contravenire, in quantum facere viderentur
pro utilitate et commodo Fraternitatis antedictæ, alias
penam medij grossi talis irremissibiliter per solvendam
quoties contravenerit se noverit incursurum. Super quo
quidem Fraternitatis vinculo Fratres predicti a Nostra
authoritate ordinaria confirmationis Beneficium po-
stulavunt. Nos igitur attendentes ipsorum pium et
laudabile propositum devotionisq affectum tam salutife-
rum, ipsumq paterno favore prosequi cupientes, et
ut meritorum Orationum et Fraternitatis ipsorum fieri
participes, predictæ Fraternitatis vinculum inter ipsos,
ac omnia et singula superius scripta, quæ circa premissa
licitè et debitè ordinaverunt rata et grata habentes
presentibus duximus confirmanda et confirmamus per pre-
sentes. Iantes et concedentes plenariam facultatem
Fratribus Fraternitatis antedictæ in Fraternitatem ipsorum

conditionis Personas cujuscunq recipiendi et assumendi, ac eos ad onera licita fraternitatem ipsam tangentia obligandi. Volumus igitur et mandamus, ut hanc nostram in præmissis voluntatem, decretumq et statuta suprascripta fratribus et personis eadem fraternitate colligatis, fratres seniores electi et assumpti ad notitiam deducant pleniorem. Nos enim omnibus Christifidelibus contritis duntaxat et confessis, qui prædictam fraternitatem devotè et in spem futuræ beatitudinis susceperint consequendæ, vel qui missis, exequijs, processionibus vigilijs, et cæteris obsequijs in ipsa fraternitate de jure vel consuetudine celebrandis interfuerint, et audito hoc nomine Jesus vel Maria genua flexerit, aut qui eleemosynis et alijs pijs operibus Ecclesiam ubi dicta fraternitas fuerit congregata visitaverit, de misericordia Omnipotentis Dei confisi, authoritate Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus quadraginta dies de injunctis eis pænitentijs misericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Actum et datum Cracoviæ quarta decima die mensis Januarij alias in Crastino Octavæ Epiphaniæ. Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Tricesimo tertio. Locus sigilli pensilis. Cerei in funiculo sericeo. 1433

878 Inscriptio Census 4. Marcarum Altaristæ Ecclesiæ Sanctorum Omnium Servientis.

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo Sexto Die Vigesima Maij

Petrus Cuprifaber de Platea S. Floriani Catharina Uxor et Margaretha filia ejusdem Petri recognoverunt se de certa scientia et pura intentione pistoq titulo redemptionis vendidisse censum annuum quatuor marcarum cum sexdecem grossis pecuniæ communis monetæ Polonicalis valentis quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computandum omniq fraudi aut pactioni illicitæ in præmissis renuntiando liberaq et justa venditione Discreto Domino Michaëli Presbytero et Vicario de omnibus Sanctis in Crac: pro sexaginta et quatuor cum media marcis præfatæ pecuniæ monetæ et numeri Polonicalium in et super Domo et Braxatorio ipsorum in dicta platea seu loco inter Domos Nicolai Teplar ex una, et Michaëlis Fabri ex alia Partibus in sinistra parte eundo in Kleparz de Cracovia sitt, tam lata et ampla sicuti soli possident nihil excipiendo cum omni jure et dominio ac proprietate, hujusmodiq censum quatuor marcarum cum sexdecem grossis resignarunt cum omni jure per eundem et suos successores, habendum tenendum legandum commutandum, donandum et utifruendum per ipsumq Michaëlem ad suos usus prout sibi placuerit disponendum convertendum ad arbitrium suum sub potestate tamen redimendi, quando, dum et si ipsi Petro, Uxori, Filiæ, filio, et eorum successoribus legitimis placuerit viceversa redimere hujusmodi censum pro totali præfata summa quadraginta et quatuor cum media marcarum. Obligaruntq se et inscripserunt sponte et voluntarie gratuito ipsi Michaëli et suis successoribus hujusmodi censum quatuor marcarum cum sexdecem grossis singulis annis donec fuerit redemptus cum suis quibuslibet successoribus in quolibet quartuali anni unam marcam cum quatuor grossis solutionem

a quatuor

a quatuor temporibus Crucis in Authumno, proximè venturis realiter et cum effectu sub censuris Ecclesiasticis manu conjuncta et in solidum persolvere dare et peragere, omnibus similiter exceptionibus subterfugijs renuntiando, ipsumq Michaëlem et ipsius successores ab omnibus et quibuscunq contributionibus exactionibus et dationibus Civitatis juxta consuetudinem evenientibus et intuitu dictorum bonorum et hæreditatum debitorum et debendorum in forma plena intercedere et per se expedire. Ipseq etiam Dominus Michaël. et sui successores juxta consuetudinem Christianam et in talibus fieri et teneri solitam et consuetam quomodolibet sine fraude sub dictis pœnis cum suis successoribus ad quælibet pericula dictorum bonorum et reformationes ad morem aliorum se subjecit stare, et semper quartum denarium et Petrus sextum dare ad reædificationem et restaurationem prædictarum Hæreditatum, seu defalcare. Quem quidem contractum, et valorem et æstimationem Venerabilis Dominus Raphaël. de Skawina per se taxavit et æstimavit unam marcam pro sexdecem marcis æstimando.

Ex Actis Obligationum Reverendi Patris ac Domini olim Raphaelis de Skawina Officialis Gnlis Crac extractum

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimotertio Lunæ Vigesima Octava Januarij

Barbara Andrzeiowa de platea Sancti Floriani in Cracovia ad acta præsentia personaliter constituta unam marcam pecuniarum Honorabili Domino Bartholomæo Silba Artium Baccalaureo Lectori Missarum ad omnes Sanctos in Cracovia ad tempora et rathas infrascriptas: unum scilicet fertonem pro Dominica Invocavit, alium fertonem pro Paschæ, pro Pentecostes tertium ~~fertonem~~ festis et quartum residuum fertonem pro Sancti Stanislai in Authumno festis et temporibus se immediatè sequentibus sub pœnis et Censuris Ecclesiasticis se solvere obligavit.

Ex Actis Obligationum Adm Rndi olim Joannis Latoszynij Officialis gneralis Cracoviensis extractum.

Contractus ratione Fundi Pusiowskie

in Cerdon

vid. infra f. 1001.

Między JmCią Xiędzem Magistrem Kazmierzem Jarmundowiczem Prawa Oboyga Professorem, Kollegiaty Wszystkich Swiętych w Krakowie Kanonikiem y Kapituły Prokuratorem, Swoim y całey przerzeczoney Kapituły Wszystkich Swiętych imieniem czyniącym z iedney, a między Sławetnemi Tomaszem y Maryanną Maierami Małżonkami Mieszczaninami Krakowskiemi, Obywatelami Garbarskiemi z drugiey strony stał się pewny y w niczym nieodmienny Kontrakt w ten niżey opisany sposob. Iż pomieniony JmC X. Prokurator maiąc do Kapituły Kościoła Wszystkich Swiętych należący plac pusty zdezolowany na Garbarzach przy Krakowie ~~pr~~ Pusiowski zdawna nazwany na przeciwko Murow Mieyskich między Gruntami Pani Krystyanowy z iedney, a teraznieyszych Kontrahentow z drugiey strony położony, y ciągnący się aż do Rudawy z piwniczyskiem złym, pustym, murowanym summę Widerkaffową pięciu set Złotych Polskich obciążony, przez Dekret zas Sądu Garbarskiego sobie in possessionem w Roku 1741. oddany, tenże plac albo grunt wyżey opisany z wolnym używaniem y ze wszystkiemi pożytkami iego, nic sobie nie zostawuiąc puszcza w trzechletnią possessyą pomienionym Sławetnym Panom Tomaszowi y Maryannie Maierom Małżonkom Sławetnego niegdyś Swiętey pamięci JmCPana Antoniego Maiera Mieszczanina Krakowskiego Obywatela Garbarskiego, /: Ktory także tenże grunt za osobnym Kontraktem w Aktach Garbarskich znayduiącym się od JmCi Xiędza Kazmierza Klareckiego Zakrystyana Kościoła S. Anny w Krakowie aż do śmierci swoiey trzymał :/ Sukcessorom, za summę corocznego czynszu piętnastu Złotych Polskich na dzień y Swięto Swiętego Jana Chrzciciela /: od ktorego Swięta blisko przypadaiącego Kontrakt teraznieyszy ma się zaczynać :/ do rąk JmCi X. Prokuratora Kapituły pomienioney teraz y na potym

382 będącego maiących bydz oddawanych y rzetelnie bez defalki wiliczanych. To tez sobie warunie pomieniony JmcX. Prokurator Kontraktem ninieyszym aby Panowie teraznieysi Kontrahenci ten plac pusty ex nunc zagrodzili, albo do swoiego placu przygrodzili z wolnym nazad tychze Parchanow albo płotow przy expiracyi Kontraktu rozebraniem y wzięciem. Zapisuie się przytym pomieniony JmcX Prokurator imieniem przerzeczoney Kapituły Kościoła wszystkich Swiętych wspomnionych Panow Kontrahentow od wszelkiey napasci albo pretensyi ktorychkolwiek Interessantow albo Widerkaffnikow ieżeliby się iacy znalezli, ewinkowac. A inquantumby się przy expiracyi Kontraktu trafiał kto inszy na Arendę albo kupno tego gruntu, tedy wspomniony iuz JmcX. Prokurator blizszych czyni pomienionych Panow Maierow, Kontrahentow teraznieyszych, zeby oni albo prorogacyą kontraktu otrzymali, albo Cessyą za urzędowney wzięciem Intromissyi od Kapituły wzięli. Wzaiemnie zas pomienioni Panowie Kontrahenci obliguią się zadosyc pomienionym Kondycyom uczynic y punktualnie Pensyą przerzeczoną corocznie płacic. A inquantumby im się nie podobało daley trzymac, obliguią się, na pułroka przed wyściem Kontraktu teraznieyszego JmcX. Prokuratora na ten czas będącego awizowac. W niedotrzymaniu zas tego Kontraktu albo ktorey w nim Kondycyi Forum sobie ad respondendum naznaczaią, Urząd Duchowny, albo Mieyski Garbarski, y Vadium dziesiaciu Talerow bitych zakładaią. A dla lepszey wiary Kontrakt ninieyszy obiedwie strony podpisem ręki swoiey stwierdzaią. Działo się w Krakowie w Kollegium Jurydycznym Dnia Szostego Czerwca, Roku Panskiego Tysiącznego Siedmsetnego Czterdziestego Trzeciego.

Vide supra fol. 814 & infra fol. 1003.

Thomas Meyer M. K. manu propria
Zuzanna pisac nieumieiąca Krzyzyski Kładzie XXX

Fundatio Altaris S. Antonii Confessoris, & Dorotheæ Virginis & Martyris.

Oblata 1594

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo quarto die Lunæ Decima Septima Januarij

Testamentum sive erectionem duorum Altarium S. Antonii Confessoris & Dorotheæ Vgs ac Martyris in Ecclesia B. Mariæ Vgs in Circulo Crac, & alterius ejusdem tit. Antonij & Dorotheæ in Ecclesia Omn. Sanctorum Cracoviæ sitt Famati olim Gothfridi Civis & Consulis Cracovien Honorabilis Stanislaus Surieyscowski Art. LL Baccalaureus ac Altaricta prædictorum Altarium productis Literis Cridæ debitè ut apparebat executis & accusata contumacia Omnium & singulorum qua ex adverso pretendi interesse, & non comparentium dictum Testamentum sive Fundationem prefatorum Altarium in Pargameno sub tenore & tegillo ... in omnibus conditionibus & clausulis approbari ratificari & confirmari & literas confirmatorias desuper opportunas sibi decerni per Dnum postulavit. Et Prædus Dnus in contumaciam citatorum & non comparentium inspecta etiam veritate & sigilli dictarum literarum Testamentum seu Electionem hujusmodi duorum Altarium in Omnibus & singulis conditionibus & articulis in quantum de Jure approbavit & confirmavit robur Authoritis Ordinariæ pariter & Decretum apposuit & literas in forma Solita desuper decrevit & concessit Præsentibus Nobilibus & Discretis Andrea Surieyscowski, Alberto Rokowski Martino Ropinski Luca Sitkoski & Sensitario Notarijs. — Cujus quidem Testamenti tenor sequitur & est talis. — Nos Consules Civitatis Cracovien recognoscimus quibus expedit universis quod coram Nobis dum ad certum congregati fuissemus Consilium Providi Nicolaus Bothner, Nicolaus Lasing & Nicolaus Dembunth Nostri consortes consuli, necnon Petrus Nostræ Civitatis Judicibe Notarius fidelis & dilecti prædicti aliter constituti sub fide & juramento ipsorum infrascripta recognoverunt, pronunciaverunt ac uniformiter intulerunt publicè & expresse. Quod cum ad hæc Officij Consulatus Nostri Famosum Dominum Gothfridum sæpius dictum de Dantica Nostrum Civem ex sua vocatione & rogatione speciali, ut suæ ultimæ voluntatis dispositioni attenderet, accessissent, Idem Gothfridus licet debilis aliquomodo corpore, multa tamen bona perfluens ratione voluntatem suam ultimam perpetuò duraturam testando, ac perpetuò & libenè legendo expressit

atq; constituit in hunc modum. Primo enim in salutare sue anime remedium Cameram suam pannorum circa Cameram Pauli Nutricis et Let marcas census annui et terragij quem super fundo Domus Nicolai Beydner in Platea Sutorum sito habere dignoscitur pro Altari in honorem Sanctorum Antonij Confessoris et Alme Virginis Dorothee ac Martyris ad tantam Let decem Marcarum et valorem in Ecclesia Parochiali Sce Marie Virginis semper gloriose in Cracovia erecturo seu erigendo feliciter constructuro seu construendo, cujus collatio, presentatio provisio seu quevis alia dispositio ad Consules Civitatis Cracovie nunc et pro tunc existentibus perpetuo pertinere debeat, de quo Altari providit ad dictum Dominum Petro Capellano et Notario suo, Domum vero suam lapideam in acie circuli circa Pomerange sitt, valido Viro Domino Spytkoni Palatino ac Capitaneo Cracoviensi ut per ipsum ac electos dicti Testamenti Executores infrascripto alicui Civi vendi debeat et pro hujusmodi pecunia Census Let decem Marcarum perpetuus comparari et de eodem censu Let decem Marcarum Altare etiam Sanctorum Antonij Confessoris et Beate Dorothee Virginis in Ecclesia Parochiali Sanctorum Omnium in civitate Cracoviens etiam de tanto Let decem Marcarum erigi et construi. Cujus collatio seu quevis alia dispositio ipsi Domino Spytkoni ac suis posteris legitimis successoribus perpetuis debet pertinere temporibus dedit contulit ac perpetuo assignavit. Quod etiam Altare suo Joanni Presbytero Domus sue et medico assignavit. Superfluum vero pecunie domus predicte si que ultra emptionem Let decem Marcarum census annui predicti superviverit, ipsius Domini Spytkonis conscientie recommendat. Preterea res omnes suas videlicet vepres pelles pellicea, togas, mensas, cistas, lectisternia, ac universaliter omnia et singula quibus cunq; vocabulis nominibus nullis penitus exceptis in predicta domo quam inhabitat existentis ac existentia, Nicolao subdicto suo et familiari de presenti eamdem eamdem cedens, possessionem, et in ipsum Nicolaum transferens cum omnimoda facultate et dimittendi facultate legavit. Famulos vero quatuor in Montibus Bochne existens vulgariter Otrocy dictos pro speciali pauperum et infirmorum consolatione, et maxime qui in ejus membris laborando, aut scandendo lesi fuerint Hospitali Bochensi Sce Crucis et eisdem pauper-

ribus in eo degentibus tribuit. Seriam autem quod in Colonia habere dignoscitur Erasmo factinanti suo nepoti contulit assignando. Disposuit itaq praedictus Testator de universis suis debitis sive creditis in hunc modum. Primo centum nonaginta marcas per Goczonem Civem Crac debitt. infrascripti Executores ab ipso Goczone Czein singulis annis per viginti marcas usq ad plenimodam trecentarum marcarum deductionem sufferre debent, et pro eisdem aliquem censum annuum et perpetuum pro Vicarijs Cathedralis Ecclesiae Castri Cracoviensis ut perpetuis temporibus devotum percelebrent ipsius Gotfridi anniversarium comparare. Caeterum quia praedictus Gotfridus quondam distributor pecuniarum Civitatis Crac, et legalis Consul extiterat, etsi ex sua negligentia in consulendo distribuendo, seu exactionem exolvendo aliquos errores commisisset, ex quibus ipsi Civitati damna aliqua forsitan evenissent, ideo in horum recompensam ac satisfactionem debitam praedictae Civitati Crac: quingentos florenos auri veri debiti Duci Russiae mutuatos et concessos, pro quibus Gocze Czein praedictus et Martinus Watchoff fidejusserunt, prout in eorundem desuper confectt patet literis, et apud Henricum Schuler Centum marcas praescriptae Civitati Cracoviensi perpetuo contulit atq dedit, Asseruit insuper supradictus Testator ac pura fide sua certitudinaliter affirmavit, certae suae Deboratae ac lucratae pecuniae necnon temporibus Divorum Casimiri et Ludovici Regum Poloniae illustrium Poloniae et Hungariae et apud eosdem fideliter deservitae, quam Serenissimo Principi Dno Vladislao Regi Poloniae in-clyto Dno nostro gratioso pro certis ipsius Dni Regis necessitatibus et indigentijs mutuo et sub certa rati habitionis spe dedit et ad mandatum suum Regium exposuit eundem Serenissimum Principem in Mille Septingentarum quinque marcarum grossorum Pragensium sibi fuisse debitorem, de quibus ex mandato suo Regio in Zuppis Salis ad earundem pecuniarum rationem, quadringentos bancos Salis sustulisset, quos Bancasio Filio Hethae Civi Bochnensi pro quingentis marcis vendidisset. Restant igitur adhuc apud magnitudinem Regiam ejusdem debiti Mille ducentae quinque marcae grossorum, quas ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei et Matris ejusd Virginis gloriosae ac totius Curiae Caelestis, ut novella ac noviter inchoata Divinitus Premisliensis Cathedralis Ecclesia contra Schismaticos in illis partibus degentes valeat instaurari, ac in suis augmentationum

ac proventuum conditionibus feliciter abundare ipsi Cracouiensi Ecclesie
ut perpetua videlicet Casimiri Ludovici, ac Dñe Elizabethe genitricis ejus
Regum Polonie et Hungarie predictorum atq; sue in eadem Ecclesia in ora-
cionibus et missis vigeat memoria legavit, dedit atq; contulit et donavit.
Insuper de quadringentis bonis de quibus supra Libi Rethe pro quin-
genteis marcis vendidit. recognovit suprascriptus Gotfridus Libi fore peren.
dem Thoriam ailt. quavis alios Centum marcas Solummodo persolutas. Dare
reddivas videlicet quadringentas marcas, medietatt idest ducentas Mana
Suprascripto Erasmo suo Nepoti, et tertium centum marcas Providis Rudol.
wi Reger, et Nicolao Rothe lumine oculorum in suo servitio proh do-
lor orbato Familiaribus suis dilectis, quartum centum marcarum inter
cetera quam Domus sue Familiam secundum majus et minus distribuendi
contulit atq; dedit. Constituit insuper Supradictus Dñus Gotfridus ac fecit
Rndum Virum Dñum Petrum de Radolinez Virum atq; elegantissimum
Utriusq; Juris Doctorem ac ad Cracouiensem Ecclesiam predictam postula
tum, ac Magnificum Spytkonem Palatinum et Capitaneum necnon
Consules Civitatis eiusd predicte qui sunt aut fuerint in futurum pro-
sentis vi testamenti ac voluntatis sue ultime suos veros Procuratores fa-
ctores Actores et Executores legitimos atq; certos, propter quod Supra
tatus Gotfridus fuerit predictorum Dñus testamenti pronuntiatorii
relatione didicimus Nobis supplicavit. quatenus ac Familiter propter Deum
quatenus Divine justitie et misericordie intuitu Dñus suum Testamen-
tum ad majorem certitudinis credentiam hñe Civitatis Authentico sib. quo
omnia ratificata et confirmata et presertim legata et testata inconcus.
se secundum tenorem literarum Civitatis Privilegialium perseverent, ra-
tificare approbare et confirmare benignius dignaremur. Nos vero diligenti ac
matura intra nos tractati consilio considerantes petitionem suam Dñm
fore justam et honestam Angelis gratam atq; veniplenam pro qua petit
ad laudem et honorem Summi et Omnipotentis Dei Matrisq; ejus Benedicte
ac ad Sanctorum Antony et Dorothee de quibus super gloriosius per-
tinent, per pendentq; nichilominus linea et singula suprascripta per
prenominum Gotfridum rationabiliter fore facta disposita testata legata
ac dispñe ordinata eidem in Omnibus suis punctis clausulis et distin-
ctionibus approbamus ratificamus ac Legitti dicte Civitatis appendimus

perpetui confirmamus Actum et datum feria Secunda proxima post festum Sanctae Luciae Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo tertio 13

Ex Actis Actorum Rndi Stanislai Krasinski Officialis Crac extract

Altarista S. Antonii et Borotheae in Eccl: B.M.V. habet Censum suum in Pannicidio 3. a Cruce a manu dextra p videat Descriptio et Decretum in Actis Krasinski A 1594 die 7 Novembris. Ad nostrum Altare Inscriptio inquirenda. in actis Consularibus v Scabin: Crac.

888

Ordinatio Census 14 Talerorum Imperialium à Summa Capitali 200 Talerorum Imperialium pro Anniversario pro Anima Illmi olim Jacobi Zadzik Episcopi Crac: facta per Venerabile Capitulum Eccl: Cath: Crac:

ACtum in Capitulo Generali Eccleæ Cathedralis Crac: pro Festo Purificationis Beatissimæ Vgis Mariæ Anno Dni 1642do die Mercurii 5ta Februarii.

Accenit & realiter levavit Venerabile Capitulum ab Illmo & Rdmo Dno Jacobo Zadzik Epo suo Crac: Summam quatuor Millium Talerorum Imperialium pro certis suæ Illmæ & Rdmæ Dominationis celsitudinis Fundationibus: pro qua Bona Barbow cum aliis duabus Villis adjacentibus apud Nobilem Dominum Stanislaum Jamboriecki ipsorum Hæredem cum pacto retrovendendi per Vble Capitulum pro commoditate Decimarum ex Stężyca & Łyki provenientium excepta & comparata sunt (prout latius hac de re Inscriptiones & Contractus facti loquuntur) ex quibus vne Avendæ pro Festo S. Joannis Baptistæ Nativitatis in Junio adinstar Census Reemptionalis per Septem a Centum à Summa qnatuor Millium Talerorum Imperialium Solvi debent, ex Intercisa Taleri Ducenti octuaginta annuatim: Cujus census talem dispositionem justa Voluntatem Illmi facere & pro assignatis temporibus pte exolvere debebit & obligabitur, Vble Capitulum singulis Annis Primo Alumnis Convictus sui Zadzikoviani in Contubernio Hierusalem ad manus Provisoris ejusdem vel Procuratoris Universitatis qe ejusdem quotannis pro Festo S. Stanislai in Maio censum à Summa Mille quingentorum Florenorum provenientem Videlicet Centum quinque Talerorz Imperiales Vble Capitulum Census nomine solvet. 2do ad Ecclesiam Collegiatam Sæ Annæ Cracoviæ pro duobus Anniversariis in illa Ecclesia per Prælatos & Canonicos ejusdem celebrandis pro Festo Sæ Annæ in Julio ad manus Procuratoris Vblis Capituli illius Ecclesiæ a Summa Ducentorum Talerorum quatuordecem Talleros. 3tio ad Ecclesiam Collegiatam S. Floriani Clepardiæ similiter pro duobus Anniversariis

in ipsa Ecclesia per Prælatos et Canonicos ejusd. absolvendis pro Festo S. Michaëlis ad manus Procuratoris Vblis Capituli ipsius Ecclesiæ à Summa Ducentorum Talerorum, quatuordecem Taleros. Quæ Anniversaria juxta præscriptum a sua Illma et Rdma Celsitudine postmodum faciendum absolvi debebunt. 4to Ad Ecclesiam Collegiatam SSmi Obm Cracoviæ similiter itidem pro duobus Anniversariis in ipsa Ecclesia per Prælatos et Canonicos suos celebrandis pro Festo S. Michaëlis ad manus Procuratoris Capituli ejusd. Ecclesiæ a Summa Ducentorum Talerorum, quatuordecem Taleros Imperiales. Quæ itidem Anniversaria juxta præscriptum a sua Illma et Rdma Celsitudine postmodum faciendane absolventur. 5to ad Ecclesiam Collegiatam S. Michaëlis in Arce Crac pro certis quibusdam per suam Illmam et Rdmam Celsitudinem faciendis et ordinandis fundationibus a Summa Quadringentorum Talerorum Viginti octo Taleri Imperiales pro Festo S. Michaëlis in Autumno solventur. 6to Ad Ecclesiam Parochialem et Conventualem S. Michaelis Archangeli et S. Stanislai in Rupella ad Casimiriam pro duobus Anniversariis in eadem Ecclesia per Fratres Conventus ejusd. quotannis celebrandis ad manus Procuratoris loci ejusd. a Summa centum Talerorum Taleros Septem pro festo S. Michaëlis Solvet Vble Capitulum, si prædictam Anniversariu suscipere et absolvere vellent. 7mo Collegio Psalteristarum Ecclesiæ hujus Cathedralis ejusdem Census quatuordecem Talerorum Imperialiu à Summa Ducentorum Talerorum provenientium pro festo itidem S. Michaëlis Solvend. ratione quorum statis temporibus juxta modum per Illmum præscribendum Missas lectas pro sua Illma Celsitudine iidem Psalteristæ absolvere tenebuntur. 8vo Provisori et Inspectori Fundationis prædictæ et aliarum antea per se factarum, qui attendere debebit an per omnia singulis fundationibus in Ecclea Cathedrali satisfiat, de quo postmodum Vble Capitulum deliberabit. a Summa Quadringentorum Talerorum Imperialium Viginti octo taleri. 9no Ad Ecclesiam Parochialem et Conventualem SSmi Corporis Christi Casimiriæ pro duobus Anniversariis in eadem Ecclesia per Fratres Conventus ejusd. per 2 quotannis celebrandis ad manus Procuratoris loci ejusd. a Summa Centum Talerorum Taleros Septem Solvet Venerabile Capitulum pro festo S. Michaëlis in Autumno.

10mo Collegio Vicariorum ad Ecclesiam Parochialem B. M. Vgs in Circulo Cracovien. pro Anniversariis quatuor juxta dispositionem postmodum faciendam per eosdem quotannis absolvendis a Suma Ducentorum Talerorum Taleri quatuordecem.. 11mo Professoribus Collegii Minoris Universitatis Crac: ad augendas rationes Mensae illorum, cum onere iisdem postmodum imponendo solvet Vble Capitulum Censum annuum Taleros videlicet Viginti Octo a summa Quadringentorum Talerorum Imperialium provenientem. 12mo tandem et ultimo. Vble Capitulum ratione laborum in hac fundatione faciendorum ultra priorem, circa fundationem Monialium ad Sanctam Agnetem factam Viginti Octo Talerorum assignatam pensionem ex eadem fundatione percipiet et levabit, reliquum videlicet censum Septem Talerorum a Summa Centum Talerorum provenientem. Quae omnia et singula juxta modum supra specificatum explere et exolvere cum omnimoda satisfactione Vble Capitulum submisit se et obligavit, Actus praesentis et Decreti Vblis Capituli Gnlis vigore in Omissis mediante

Ex Protocollo Actorum Venerabilis Capituli Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis desumptum

NB Haec summa supra scripta Fundationis Zadzikovianae translata est in Bona Przytoczno in Palatinatu Siradiensi sita et Studzienowice in Palatinatu Crac: ubi ad Pens haeret.

NB Ex Hac fundatione recepti Census distributi sunt suo modo inter eos quorum interest Anno Domini. 1719 no et amplius nihil à quopiam perceptum.

Inscriptio 300. florenorum ad Ecclesiam Collegiatam SSm OOm Spectans super Bonis Przecławice ℘ 1526

Nobilis Franciscus Roth Consul Cracoviens. Hæres in Przecławice, Recedendo à suo Districtu non compulsus nec coactus sed publice ac libere recognovit. Quia totas Villas suas hæreditarias Przecławice, Polikowcice Kampa, Rzandzina, Chorążyce et Gnatowice nuncupatas in Terra Cracoviens. et Districtu Proszoviens. sitas cum omni Jure et toto Dominio utilitatibus fructibus censibus redditibus, necnon cum omnibus et singulis proprietatibus continentiis et cohærentiis antiquitus quomodolibet adjacentibus et pertinentibus, nihil penitus in præfatis bonis exclusis, nec aliquid pro se ipso reservatis sed cum eodem omni mero pleno salvo ac illæso jure prout solus tenuit habuit et possidebat Nobili Wolfgango Glogkwiczer de Biestrzyce et ejus Successoribus legitimis pro summa pecuniaria octo millium florenorum pecuniæ in medientibus Polonicalibus per mediam sexagenam computatorum in vim reemptionis alias na Widerkauff in totum vendidit et coram Jure indicando resignavit, ac realem et actualem ex nunc dedit eidem Wolfgango Glogkwiczer et ejus Posteris legitimis in præfata Bona Intromissionem tenutam et possessionem actualem et effectuosam per Ministerialem Albertum Fraio de Subcastro Crac: vel alium quemcunq de Jure ad intromittend. additum et datum per eundem Wolfgangum Glogkwiczer et ejus posteritatem eadem bona superius specificata tenenda, habenda, possidenda et utifruenda, tanquam per verum et legitimum Hæredem possidenda, modo reemptionis alias na Widerkauff, usq ad exemptionem et octo millium florenorum Pecuniæ præfatorum. Quibus ejusdem Bonis superius expressis præfatis idem Wolfgangus Glogkwiczer et ejus Successores legitimi utetur tanquam verus et legitimus Hæres, eorundem Bonorum præfatorum. Qui quidem Franciscus Roth. etiam recognovit quia eidem Wolfgango Glogkwiczer et ejus posteris tqm vero et legitimo Hæred: prædictorum Bonorum videlicet Dominos Vicarios ad S. Florianum in Klepacz Ducentos florenos per triginta et sex grossos computatos, necnon Centum florenos in Auro, et centum florenos per mediam sexagenam computatos. Item ad Omnes Sanctos Ecclesiæ Collegiatæ Crac: florenos trecentos, et Ad Sanctam Agnetem Monialibus florenos ducentos

per triginta grossos computatos. Item Mansionariis in Prosowice quadringentos florenos per medium Sedlagenam computatos. Summam facit Mille trecentos quadraginta florenos, Et ita; quod summa totalis facit prout superius expressum est Octo Millia florenorum Inter contentum tamen Censum spiritualem de manibus prædictorum obligatorum redimere et eximere admisit eo tempore quo idem Volfgangus aut sui posteri voluerint aut quando illi placuerit, aut eisdem personis spiritualibus certum redditum solvere ibidem super dictis bonis inscriptum, Et idem Franciscus Roth. et eius legitimi Heredes a tali reditu liber et absolutus esse debet, Si autem spirituales personas de prædictis Bonis idem Volfgangus in summa prænotata non eximeret extunc illud quod non exemerit eidem Francisco Roth pienes exemptionem Dictorum Bonorum super summam capitalem defalcabit. Postquam autem Franciscus Roth aut eius legitimi successores prædictum Volfgangum Glogkniczer de bonis Dictis eximere voluerint extunc antè exemptionem prædictorum Bonorum in unius medii Anni decursu avisabit et obdestinabit, quod de Dictis bonis, post avisandum et obdestinandum cedat vero et legitimo Heredi Dictorum Bonorum ac pecuniam sibi recepturum se censeat. Et sine articulum immediate descriptum superius, idem ipse Franciscus Roth et sua posteritas debet firmiter exequi et tenere ac observare sub alio vadio Specialj Octo Millium florenorum pecunie Dictorum. ipsi Volfgango et eius posteris ad solvendum succumbendo. Et Dictus Franciscus Roth Le proq successores et legitimos obligat occasione Dictorum ab omnibus impedimentis et damnis quarumlibet personarum Statuum et sexus utriusq Secularium et spiritualium prout ad manumquamq spectat et pertinet terrestris Descriptio et tuitio, nulla proscriptione et tuitione terrestri evadendi. Et quoad eadem ab omni proscriptionibus et obligationibus priorib cujuscunq personarum Statuum Bonis Szrzetawice, Polkearcice Leszpu Rzendkind, Chorzyczka et Gnatowice inscriptis et inscribendis citationibus et monitationibus ad satisfaciendum literalibus, in Dicta Bona importatis et importandis Reformationibus quibuscunq in et super eisdem bonis Dictis reformatis vel reformandis innovatis quovismodo Jure super dictis Bonis acquisitis et acquirendis aut alio quovismodo Indebito factis vel faciendis, interiecta re tueri, eliberare et justa formam Juris et terre consuetudinem exinere et ubiq indemnem reddere totiens quotiens opus fuerit quemlibet articulum superius specificatum sub vadio Octo millium florenorum ipsi Volfgango et eius legitimis Successoribus succumbendo. Pro his omnibus premissis non evadendo literis Regalibus, proscriptione, Districtu, Colloquio, expeditione bellica nec quovis modo alio excepto sit amputo fraude. Acta Cracovie Feria 2da post Fm S. Michaelis Anno Dni 1526 [L. S.] Correxit Morawski

Lectum cum Actis Terrestribus Crac.

Nota Inscriptionis # 1000 995 Super Bonis Bolen. & Młodzieiowice 893

Niżyi na podpisie Specyfikowany, znam tym Skryptem moim, iż między insze Summy na Bolenin y Młodzieiowicach Imieniem Całey Akademiy Krakowskiey na różne Fundacye, modo Simplicis Debiti lokowane, Summę Trzydzieści Tysięcy, Pięćset Złotych Polskich wynoszące, vigore których pomienionych Dobr Medietas per Intromissionem Officiosam pro Alma Universitate odebrana, y pod Kontrakt trzechletni Authoritate ejusdem Almae Universitatis, ad Festum S. Joannis Baptistae in Anno Millesimo, Septingentesimo, Quadragesimo Sexto expiruiący, puszczona; Włożyłem Summę Przewielebney Kapituły Kollegiaty WW. Swiętych w Krakowie będącey Fundacyalną, z rąk JMci X. dra Kazimierza Jarmundowicza, Prawa Oboyga Professora, pomienioney Kollegiaty WW. Swiętych [illegible] y na ten czas Prokuratora, Feria 5ta post Dnicam Conductus Paschae proxime praecedente wzięte Złotych Polskich Tysiąc zupełnie odliczone; od których Prowizya po siedmiu od Sta, przez ręce JMci X. Prokuratora Przesławney Akademiy Krakowskiey na ten czas będącego, circa Festum Purificationis Beatissimae V. M. za odebraniem powtorney, coroczney Kontraktowey Ratky ma bydź płacona corocznie; Na co się podpisuię. Datt w Krakowie Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetnego Czterdziestego Trzeciego. Dnia Osmego Miesiąca Pazdziernika.

X. M. Stanisław Filipowicz S. Th. Professor Akademiy Krak. Prokurator mpp

vertat

Summa præfata 1000 florenorum locata est super Bonis Villarum Młodzieiowice et Bolen possessionis Universitatis Crac. legata testamentaliter per Illustrem olim ac Adm. Rndum Joannem Maciukiewicz Curatum in Melsztyn, et Canonicum Collegiatæ nostræ pro suffragiis alias pro Anniversario pro Anima sua Joannis Sacerdotis.

NB Non est eadem summa coram aliquibus Actis inscripta aut recognita, sed in contractu obligatorio ac in regestris Universitatis est ejusdem summæ mentio expressa. Vigore cujus percipitur census.

A. 1767 summa ta spłacona z Bolenia i Młodzieiowic i t. d. na Dobra Kawęczyn i Supraw łącznie z innemi Jmci akcedę wypożyczona

v L. II p 23 ad 3. —

997 Xma in Drozelowice ab antiquo fuit manipularis 89r

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo
Die Decima Sexta Septembris.

Terminus hodiernus inter Venerabilem Dominum Jacobum Lubomirski Plebanum in Dziekanowice Vladarium Cracoviensem ex una, et Nobilem Andream Karmanowski Factorem in Pinczewo parte ex altera, occasione Decimae manipularis in Villa Drozewice ad mensam Rndmi Domini Episcopi Cracoviensis Spectantis per dictum Karmanowski raptae ad feriam quartam proximam post Festum Sancti Michaelis ex Decreto Domini ob Spem concordiae fiendae continuatur. In defectu vero concordiae praefatus Dominus Jacobus Vladarius juramentum praestare debebit super valore dictae Decimae per ipsum Factorem raptae, cujus valorem ipse Factor solvere debebit. Praesentibus Honorabilibus Dominis Bartholomaeo Ravensi in Raclawice Plebano, Joanne Rowinski Notariis Curiae Rdmi Domini, Joanne de Lasko Capellano &c.
Ex Actis Actorum Rndmi olim Domini Petri de Gamrat Episcopi Cracoviensis extractum, et Sigillo Illustrissimi et Rndmi Domini Michaelis de Magna Kunice Kunich Dei et Aplicae Sedis Gratia Episcopi Arsionensis, Suffraganei Canonici et Episcopatus Cracoviensis Generalis Vicesgerentis, et Consistorii Gnrlis Crac Judicis Specialiter Delegati, Custodis Sandomiriensis, Abbatis Commendatarii Clarae Tum communitum

Actus Judiciarius respectu ejusd Decimae ad instantiam Procuratoris V. Capituli formatus

Anno Domini Millesimo Septingentesimo trigesimo prim
Die Veneris trigesima prima Mensis Augusti

Coram Perillustri et Rndmo Domino Michaele de Granow Wodzicki Canonico Vicario in Spiritualibus et officiali Curiæ Cracoviensis Custode Visliciensi comparens personaliter in publica Causarum audientia Nobilis Joannes Noatkowski filius et Rdi Joannis Chochorkiens ex Eccles Collte Sti Oth Cracæ Canonici et fiscal V. Capituli Procuratoris totiusq Capituli Principalium Actorum Mandatarius in termino hodierno ex citatione provenienti contra Citatos infrascriptos proposuit super ex. Quia ipsi Decimam manipulatem omnis granifrumenti et Jeminis ex agris et araturis tam Prædialibus quam Methonalibus Villæ Drozdowice provenientem ad V. Capitulum Sti Oth Cracæ de Jure et antiqua possessione percipere et pertinent pro annis præteritis retentam multoties amicabiliter requisiti extradere nolunt quinimo recusant ipsos ad extradictionem Decimæ in manipulis ac eius solutionem illius veri et justi valoris prævio corporali Juramento per Citatos uti melius scientes liquidandi Juris medeis stringi postulavit. — Præsente Nobili Alberto Mysłowski Magnificorum Francisci a Potok Potockich Sac Rae Mtis et Reip: Colonelli et Marianna Conjugum Bonorum dicta Villæ Drozdowice Hæredum et Possessorum necnon Laboriosorum Methonum Hortulanorum et Inquilinorum ejusdem Villæ Drozdowice Citatorum ex adverso Principalis Procuratore præmissa solenni protestatione contra Actores de indebita impetitione Hæredes Bonorum Drozdowice ratione controversæ Decimæ compositionem cum Actoribus sub Actu præsentis die 10 Mensis Januarii Ao 1638 sub Authte Illmi et Rndmi Dni olim Petri Tembicki Epi Cracæ Juris Servati fecisse allegante, qd pendo hujusmodi compositionem producente et Actores ratione indebitæ impetitionis puniri petente. — Et adeo Actorum Procurator copias allegatæ Compositionis suis principalibus dari et concedi petiit et pro parte sua Actum Judiciale de Ao 1645. die 17 Maii in Judicio pendenti ex partium controversiis cum exceptionibus certa hujusmodi compositionem observatum pendit. Pro Contrariis Citatorum Procuratore similiter copiis allegatorum et pendentium suis principalibus ad quindenam dari et concedi petente et per Dominum cum termini conservatione obtinente. Præsente me Joanne Siwert Juris Kielcensi Scholastico. Sandomiriensi Cano Curiæ Scribæ Cracæ Actuario Ex Protocollo Actorum Curiæ Judicii Cracoviensis extractum.

Judicium ex villa Drozdowice ad Manerium Episcopalem

Jura ad Decimam in Drozeiowice

Episcopatus Cracoviensis Cujus Possessor Reverendissimus in Christo Pater Dominus Petrus Tomicki Dei gratia Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae Vicecancellarius cujus nomine comparuit in Clave Cracoviensi Venerabilis et Honorabilis Dnus Stanislaus Borek Canonicus Crac. et ejusd. Domini Episcopi Cracoviensis Vladarius, ac Stanislaus de Kielce Notarius Clavis Cracoviensis qui juravit &.

Collationavi Josephus Sprowczynski Aplicus et Illmi Capli Cathlis Crac. Notarius mpp

Clavis Cracoviensis — In Michałowska etc

In Drozdzieiowice tota Decima manipularis m. XVII.

Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diocesis Cracoviensis in Anno 1529no conscripto extractum, et Sigillo Rndmi Capituli Ecclesiae Cath. Cracoviensis communitum.

(Locus Sigilli). Stanislaus Czekayski Aplicus et Actorum Rndmi Capituli Notarius

Donatio ejusdem Xmae per Illmum Dnum Martinum Szyszkowski Epu Craco: facta

Collationavi Josephus Sprowczynski Aplicus et Illmi Capli Cathlis Crac. Notarius mpp

Martinus Szyszkowski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Cracoviensis Dux Severiae. Universis et singulis quorum interest aut in futurum quomodolibet interesse poterit significamus. Quod cum pro suscepti regiminis pastoralis sollicitudine providere teneamur, ut in Ecclesiis nostrae circumspectioni subjectis non modo laus Divina indies majora suscipiat incrementa, verum etiam fidelium cura animarum quae illis incumbere dignoscitur ea diligentia exerceatur, ne quando in sui administratione jacturam aliquam patiatur. Quare considerantes Ecclesiam tituli Omnium Sanctorum in Civitate Cracoviensi antiquitate celebrem, populique fidelis illi quo ad curam animarum subjecti frequentia insignem, in qua propter administrationem Sacramentorum ab initio duo Plebani instituti fuerunt, ac postmodum ut cultus Divini augendi, ita et animarum

Karta JMC X Prokuratora

curæ magis congruè et opportunè administrandæ Causa sui erectione in Collegiatam Cleri numero in eisdem redditibus, quos antiquitus habuit aucta fuit, qui nullatenus hac præsertim iniquitate temporum, quo rerum omnium pretium magnopere excrevit, sufficere possunt Prælatorum et Canonicorum sustentationi. NOS igitur eorum exiguis et tenuibus proventibus atq; adeo ipsius Ecclesiæ necessitatibus nobis enarratis commoti ex præscripto Sacro-Sancti Concilij Tridentini prospicere satagentes Decimas manipulares in agris et arraturis tam Prædialibus quam Colonorum totas et integras Villarum Grozeiowice in Visliciensi et Plechow in Prossoviensi Territorijs consistentium de omni grano et semine excrescentes, et Juri et dispositioni Nostræ subjectas dandæ attribuendæ incorporandæ et adscribendæ duximus, prout de Rndorum ac Venerabilium Fratrum nostrorum Dominorum Prælatorum et Canonicorum Ecclesiæ nostræ Cathedralis consensu damus, attribuimus incorporamus et adscribimus tenore præsentium, vigore earundem jam et nunc per ipsos Prælatos et Canonicos dictæ Ecclesiæ Omnium Sanctorum temporibus perpetuis tenendæ habendæ percipiendæ et omni meliori modo exigendæ, perceptas et exactas Decimas in suos et Ecclesiæ suæ usus Capituli ejusdem Ecclesiæ beneplacitos convertendæ. In cujus rei fidem præsentibus manu nostra subscriptis sigilla Nostrum et Venerabilis Capituli Ecclesiæ nostræ Cath. Crac. sunt subimpressa. Datum Bodzantini die Octava Maij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Sexto. Præsentibus Rndis Dominis Alberto Serebrzyski Custode Opatoviensi, Tarnoviensi, Joanne Kwaznicki J. U. et S. Th. Doctore Præposito Voynicensi Archidiacono Sandecensi Auditore Causarum Curiæ Nostræ gnli Stanislao Rudzki Kielcensi Canonicis. Samuele Kalina U. J. Doctore Præposito Korcynensi Actorum Curiæ nostræ Notario. Martinus Szyszkowski Episcopus Cracoviensis. Joannes Fodius Archidiaconus Crac. nomine et de consensu Vblis Capituli Ex Actis Privilegiorum Illmi et Rndmi Domini olim Martini Szyszkowski Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ sub sigillo Rndmi Capituli Ecclesiæ Cath. Crac. extractum.

Processus

Processus Judiciarius in Causa et Actione inter Illum et Adm Rndum M. Casimirum Jarmundowicz U. J. Pfrem Ecclesiae Collegiatae Ssm Obm Crac Canonicum et Venerabilis Capituli Procuratorem Principalem Actorem ex una, Magnificos Franciscum Potocki Exercitus Sae Regiae Majestatis et Reipublicae Capitanum et Mariannam Conjuges Bonorum Villae Drozeiowice Haeredes et Possessores, tum Laboriosos Cmethones Hortulanos ac Incolas ejusd Villae occasione Xmae Manipularis ex agris tam Praedialibus qm Cmethonalibus Pfatae Villae Drozeiowice provenien Citatos parte ab altera in Judicio Consistoriali Jurli Cracovien mota et vertente gestus formatus, et Parti requirenti in forma probanti et authenthica extraditus.

Actus Imus.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Octavo.

Die Veneris undecima Mensis Julij

Coram Perillustri et Adm Rndo Dno Samuele Szwykowski Canonico Cathedrali Crac Judice Surrogato in publica Causarum Audientia comparens personaliter Illustris Adm Rndus M. Casimirus Jarmundowicz U. J. Pfr. Canonicus Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae ac Venerabilis Capituli Procurator Principalis actor in termino hodierno ex literis Citationis debitè ut à tergo earundem apparebat executis provenienti infrascriptos Citatos: ad producendum praetensam aliquam transactionem seu Contractum respectu quasi Solutionis Decimae manipularis ex agris et aratuvis tam Praedialibus quam Cmethonalibus Villae Drozeiowice provenien ad Venerabile Capitulum Collegiatae Sanctorum Omnium Cracovien vigore Juris specialis et antiquae possessionis in manipulis spectantis et pertinentis factam seu factum, in cujus fundamento quota aliqua pecuniaria pro hujusmodi Xma, valori decimae non correspondens obtrudit: tum docendum qua Authoritate et cum quibus solennitatibus intercesserat Stringi, alias in defectu praemissorum eandem Transactionem circumscribi, cassari et annulari.

extraditionem decimae in manipulis injungi et alia quae Juris et justitiae fuerint statui et sententiari. debita cum instantia postulavit. Praesente Nobili Adalberto Mysłowski Magnificorum Francisci Potocki Exercitus Sae Regiae Majestatis et Reipublicae Capitanei et Mariannae Conjugum Bonorum Villae Drozeiowice Haeredum et Possessorum, necnon Laboriosorum Cmethonum, Hortulanorum ac Incolarum ejusdem Villae Citatorum ex adverso Principalium Procuratore Salvis omnibus beneficijs Juris suis Principalibus in toto reservatis, ac praemissa solenni protestatione de indebita impetitione suos Principales pro decima controversa vigore complanationis cum toto Venerabili Capitulo Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo octavo, die decima Januarij factae et initae authoritate Ordinaria approbatae summam centum Tynfonum paratos solvere dicente et libertatem petente. Ex adverso Actor quoniam Citati de Complanatione non docent, ideo extraditionem Decimae manipularis demandari petijt. In contrarium Citatorum Procuratore complanationem producente. In oppositum Actor copias assertae Complanationis ad primam Juris non obstante generali Causarum limitatione sibi dari petijt. Et per Dominum cum termini conservatione obtinuit. Praesente me Alberto Ceppler U.J.D. Kielcensis et Ssm Ob. Crac. Collegiatae Decano Actorum Curij Notario.

Actus 2dus.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo nono.

Die Lunae nona Mensis Martij

In termino hodierno ex Actis et conservatione illius sub die Veneris undecima mensis Julij Anno praeterito 1738. his in actis Judicialiter facta et connotata provenienti in publica Causarum Audientia comparens personaliter Excellens Josephus Zegladowski Philosophiae Doctor Illustris et Adm. Rndi M. Casimiri Jarmandowicz U.J.Phis Canonici Ecclesiae Collegiatae Ssm Obm Crac. et Vblis Capituli Procuratoris Principalis Actoris mandatarius excipiendo contra assertam quandam chartam, Transactionem occasione Nmae manipularis omnis grani et seminis ex agris tam Praedialibus quam Cmethonalibus Villae Drozeiowice provenientis, ad Vble Capitulum de Jure speciali et antiqua possessione spectantis, ac mediante Decreto

Definitivo

definitivo Anno 1627mo Die Mercurij 6. Mensis Octobris ex Serijs partium controversijs lato adjudicatæ in se continentem, eandem chartam Transactionis partem adversam relevare non posse, imo nullam esse, ipsa importat alienationem, quinimo ipsa est alienatio. Transactio enim sub verbum alienationis cadit. Abbas in c. contingit n. 2 De Transact. Rota decisione 160 parte 2. Diversi. Federicus de Senis Consil. 94. Barthol. in l. Nulli C. De Transactionibus. Et ratio est quia qui ~~potest~~ alienare prohibetur, prohibetur et transigere, nam per istam Transactionem notabile damnum et præjudicium Ecclesiæ et Capituli evidentissime patet et probatur, siquidem Decima in auctionem dotis Ecclesiæ Collegiatæ ab Illmo olim Szyszkowski Episco pro Crac: collata constat annuatim centum Imperialibus seu octingentis florenis, et per assertam productam Transactionem ad summam nonnisi centum florenorum Polonicalium vix in octava parte valori ejusdem decimæ correspondet, consequenter evidentem alienationem importat. Omnis autem alienatio etiamsi sit facienda in aliam Ecclesiam de jure sat severe prohibetur per Extravag. Ambitiosæ De rebus Ecclesiæ n° alienandis, et c. 1. tit. eodem. c. monemus. Manifestum enim et notorium est quod prætacta Transactio notoriam alienationem in se contineat ac de jure subsistere non possit.

1mo. Quia hujusmodi Transactionem nullus præcessit Tractatus cum scitu et Consilio Illmi Loci Ordinarij, aut Commissio aut Revisio fundi ex quo decima debetur, ac super valore taxa, quæ juxta formam juris omnino decernenda requirebatur, prout ita præscribunt Reformationes Szyszkovianæ Cap. 38. De Censibus, et forma alienationis. Et quod præter consensum Prælati etiam Capituli consensus accedere debeat can. Sine exceptione 10. q. 1ma. 2do Quia præfatæ Transactionis seu potius alienationis nullæ aderant legitimæ causæ prout de jure requirunt videlicet aut necessitas aut major utilitas Ecclesiæ, atqui Vble Capitulum tam ex Privilegio donationis hujus decimæ, ac decreto in re judicata quam possessione actuali, habito evidenti jure ad decimam omnino per jus ad alienandum consequenter ad transigendum de eadem erat prohibitum, multo magis loco majoris utilitatis cum tanto detrimento ac injuria Successorum ac Ecclesiæ; nam ut supra

fere decimam partem decimæ acceptavit, & probando talem læsionem, Relationem postæ Citationis cum enuntiatione valoris Decimæ ad mille marcas pro Annis duobus æstimatæ Anno 1630 Fer. 4 p. Fm SSm Viti & Modesti coram Officio Castrensi Crac: factam produxit.

3tio Quia asserta Transactio facta est privatim non capitulariter, nec per Actum Officiosum, cum Personis quanqm Capitulum intrantibus, non tamen constat de aliquo mandato aut commisso sive consensu totius Capituli; cùm nec Procurator Capituli qui uti persona ad omnes Actus Capituli exequendos electa, et de subsistentia actus requisita in eadem non mentionatur, nisi sex Personæ in eadem Transactione specificatæ, qui sex alijs ultra sexdecem /: cum ex 22bus Personis Capitulum componit :/ nequaquam præjudicare potuerunt, nec ullus in asserta Transactione subscriptorum dixit et subscripsit se nomine totius Capituli, per consequens quidquid isti fecerunt privata authoritate non Capituli fecisse dignoscuntur. Etenim si capitulariter vel de consensu illius, facta fuisset, sigillo Capitulari munita extitisset, quæ illo caret, non nisi privatæ personæ sua apposuerant sigilla

4to Quia post hanc assertam transactionem de Anno 1638. taliter qualiter factam. Procurator Capituli Anno 1645to cum Hærede Villæ, ex qua de decima agitur actionem de manipulari instituit, contra Transactionem dixit, causamq in profundum processum induxit: quod probando actum Judicialem Sede vacante Episcopatus Cracoviensis Die Mercurij 17ma Mensis Maij Anno 1645. observatum produxit, et taliter ex intentata per Capitulum actione probari et deduci transactionem præfatam sine scitu Capituli fabricatam fuisse, quam etiam annis successivis per denegatam receptionem quotæ non acceptavit: quod probando actus binos Protestationum simul et præsentationis quotæ pro decima oblatæ coram Officio Castrensi Crac Anno 1645. nomine Magnifici Szembek primum Feria 6. post Fm S. Valentini, alterum Feria 5. post Fm S. Petri in Vinculis factarum. Item actum repositionis summæ pro eadem Decima in Officio Conrij generalis Crac formatum, Item protestationem et ~~repositionem~~ Præsentationem summæ pro eadem decima pariter in Officio Conrij generalis Crac: Anno 1731mo die 21. Julij factam produxit, et quod Causa respectu manipularis Decimæ Hæredibus intentata

fuerat

fuerat Citationes authenticas exhibuit taliter contra eandem Transactionem per Capitulum reclamatum semper fuisse et esse dixit.

5to Quia Transactio asserta, innitur et fundat se super Brevi Urbani Octavi VIII. quod Breve jam pro illa temporis differentia vim et robur suum amiserat; nam per illud, pro hac sola vice utpote pro anno concessionis illius juri communi et alijs anterioribus Constitutionibus Apostolicis dumtaxat bonae memoriae Papa Urbanus se derogare manifestatus est, et in conclusione ad finem explicite notat. Tum quod dictum Breve non loquatur de decimarum praestatione in manipulis. Sed potius de solutione earundem, quod videlicet inter spirituales et saeculares controversiae super solutione et quota quâ decimae ~~oriebam~~ redimebant prius oriebantur. Itaq Sancta Sedes paci et Tranquillitati inter Status spiritualem et saecularem prospiciens mandavit super decimis in quota solvi solitis, non super illis quae actu decimant compositiones fieri, attamen praevia cognitione Causae et assumptis duobus de Capitulo, quod in praesentium casu absolute est intermissum, adeoq asserta transactio est nulla dixit, et se ad Breve quod produxit retulit.

6to Quia aliquot annis post assertam transactionem Haeredes conscientiâ tacti majorem quotam quàm in eadem specificatur pro eadem decima solvebant, consequenter per variationem subsecutam ab eadem Transactione recesserunt: probando auctionem et variationem quotae se ad actus Officiosos praesentationis et repositionis summae centum Tynfonum et duorum Imperialium in vim solutionis decimae pro uno anno, primum in Officio Castrensi Crac. Anno 1731mo Sabbato post festum S. Petri in vinculis observatum, alterum coram Actis Consistorij Cracoviensi Sabbatho 21. Julij Anno 1731mo. factum, Item relationem positae Citationis ad Tribunal Regni Actoribus Anno 1731mo. interpositam ex Actis Officij Castrensi Crac. authentice desumptam produxit, et successive annis inclusive ad annum 1737. decimam eandem per florenos centum quadraginta duos solvi solitam esse dixit, et ad praesens quota eadem obtruditur, exindeq manifestus à Transactione apparet recessus.

7mo Quia Transactio asserta, ad quam annulandam praefatae sufficiunt rationes est extincta et evacuata, cum non fuit in per-

petuum, nisi quousq Szembeciana tantum familia Bona eadem Drozeiowice habuerit, tenuerit, possederit et hæreditaverit facta, quæ Bona quoniam ab eadem Familia Szembeciana non tenent, non habent, nec possidentur, sed in hæreditatem alterius Domus sint devoluta, transactionem eandem n̄ subsistere. Inhærendo itaq suis rationibus in Jure sese fundantibus præfatam transactionem nulla Ecclesiæ necessitate et utilitate factam, quinimo alienationem importantem ex præscripto Juris Canonici supra allegati nullam et invalidam declarari, suum Principalem totumq capitulum ab observatione prætensæ Transactionis liberos pronuntiari, et circa Jura, Decreta ad eandem decimam manipularem habita et possessionem antiquam conservari, manuteneri, et in possessionem illius reimponi, extraditionem ejusd in manipulis pro annis duobus retentæ, in quantum est integra in manipulis, alias solutionem illius prævia ~~solut~~ liquidatione juratoria decerni, et mandatum executivum semel pro semper decerni debita cum instantia postulavit. Præsente Nobili Alberto Mysłowski Magnificorum Francisci Potocki Exercitus. S. R. M. ac Reip: Capitani et Marianæ Conjugum Bonorum Villæ Drozeiowice Hæredum et Possessorum, tum et laboriosorum Cmethonum hortulanorum ac Incolarum ejusd Villæ Citatorum ex adverso Principalium Procuratore, salvis quibusvis beneficijs Juris suis Principalibus in toto reservatis, ac præcustoditis eosdem suos Principales ad Compositionem cum Ubli Capitulo Collegiatæ Smbbm Crac. factam, et per Illustrissimum Dnum Loci Ordinarium approbatam referente, et eandem approbationem in scripto producente. Ex adverso suprascripti Actoris mandatario copias assertæ approbationis suo Principali ad Tmam Juris dari petent. Perillustris et Rndsmus Dominus Michael de Granow Wodzicki Decanus Vicarius in spiritualibus et Officialis gnrlis Crac. abbas Commendatarius Vąchocensis, auditis præmissis copias petitas ad Tmam Juris Actori concessit et terminum conservavit &.

Actus 3tius.

Anno quo supra die Lunæ Vigesima Septima Aprilis. In publica Causarum Audientia comparens personaliter

Illustris

Illustris et Adm Rndus M. Casimirus Jarmundowicz U. J. Professor Canonicus Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Crac, et Vblis Capituli Procurator Principalis Actor. in termino hodierno ex actis et conservatione illius sub die Lunae 9 Mensis Martij Anno currenti his in actis judicialiter facta et connotata provenienti contumaciam Magnificorum Francisci Potocki Exercitus Sae R. M. et Reipub. Capitani et Mariannae Conjugum Bonorum Villae Drozeiowice Haeredum et Possessorum, necnon Laboriosorum Cmethonum Hortulanorum ac Incolarum ejusd Villae Citatorum ex adverso Principalium pro die et termino hodierno. nec per se, nec per suum legitimum Procuratorem aut mandatarium comparentium nec quidquam contra exceptiones adversus assertam quandam chartam, transactionem occasione decimae manipularis omnis grani et seminis ex agris tam Praedialibus, quam Cmethonalibus praedictae Villae Drozeiowice provenientis ad praefatum Vble Capitulum Sanctorum Omnium Cracoviae de jure speciali et antiqua possessione spectantis in se continentem ex parte sui factas dicentium accusavit, et in eorum contumaciam Decretum Definitivum in Causa hujusmodi ferri, in Scriptis promulgari, debitae executioni demandari debita cum instantia postulavit. Perillustris Rdmus Dnus Michael de Granow Wodzicki Decanus Vicarius in Spiritualibus et Officialis Gnrlis Craco. Abbas Commendatarius Vacho-censis attenta cadentia termini hodierni ante omnia Citatos non comparentes, contumaces reputavit, et eosd ad videndum et audiendum Decretum definitivum in Causa hujusmodi ferri adcitare mandavit. Praesente D.

Actus 4tus

Anno quo supra Die Lunae Vigesima quinta Mensis Maij

Comparens personaliter in publica Causarum audientia Excellens Josephus Zegladowski Phiae Doctor Illustris et Adm Rndi M. Casimiri Jarmundowicz U. J. Pfris, Canonici Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae, ac Vblis Capituli Procuratoris Principalis Actoris Mandatarius in termino hodierno ex Citatione literali, debite ut apparebat executa provenienti, reproductis Juribus et munimentis in causa occasione Decimae manipularis ex agris tam Praedialibus

quam Cmethonalibus Bonorum Drozeiowice provenientis ad Praelictum Vble Capitulum de Jure et antiqua possessione Spectantis et pertinentis coram Judicio Praesenti mota et vertente in termino anteriori producta, tum Exceptionibus adversus assertam Transactionem respectu Praetatae Decimae taliter qualiter imo nulliter factam, Decretum Definitivum ea in causa ferri, in Scriptis promulgari illudq debitae executioni demandari. postulavit. Praesente Nobili Alberto Mysłowski Magnificorum Francisci Potocki Exercitus S. R. M. et Reip. Capitanei et Mariannae Conjugum Bonorum Villae Drozeiowice Haeredum et Possessorum, necnon laboriosorum Cmethonum, Hortulanorum et Incolarum ejusd. Villae Citatorum ex adverso Principalium Procuratore, Salvis omnibus beneficijs Juris Suis Principalibus in toto reservatis ac praecustoditis, et praemissa solenni protestatione contra Actorem de indebita suorum Principalium impetitione, tum damnis et litis expensis dictis Suis Principalibus jam alias Causatis et quatenus causandis replicando contra exceptiones Actorum adversus compositionem respectu praetactae Decimae ex Bonis Villae Drozeiowice provenientis oppositas dicente. impertinenter exagerari c. Ambitiosae, et Doctorum Authoritates: cum illud c. expresse his formalibus dicit = Prohibemus alienationem Bonorum per quam Dominium transfert ab Ecclesia, in Praesenti vero Transactione manente dominio modus duntaxat illius percipiendae immutat ad mentem Sacrorum canonum expressam: Barbosa De potestate Episcop alleg. 121. Azorius p. 1. Instit. moral. l. 7. Rebuff. de Decimis q. 13. priori, Begnudellus Bassus tom. 1. v. Transactio §. 3. signanter dicunt secundo, Jus decimandi sicut per consuetudinem et privilegium ita per Transactionem potest minui et mutari. Adrianus Papa c. ex a multiplici de Decimis rescripsit Judici = Mandamus ut postposita appellatione compellatis conventionem initam super decimis non obstante ullo privilegio inviolabiliter tenere et observare. Et Alexander III. c. Statuimus secundo De Transac. haec formalia decernit: = Statuimus ut si super decimis inter Vos et aliquam personam Ecclesiasticam de assensu sui Episcopi compositio facta fuerit rata et inconcussa

persistat

persistat. Et ratio est quia transactio in favorem terminandarum litium excludit locum pœnitentiæ, omnibusq motis & movendis litibus finem imponit l. quamvis De Transact. et Begnudellus tom. 4. v. transactio habetq naturam exceptionis peremptoriæ, perimentis negotium principale ut dicit Janinovius de exceptionibus consequenter contra illam, & actio et assertæ exceptiones per actores ad præsens oppositæ nullius sunt roboris. Nam ad 1mam quadiuz non præcessisse tractatum, replicando ut supra magis credendum Illmo Ordinario authoritate dicenti præmisisse examen hujusmodi Transactionis consequenter requisitorum, quam assertæ Actorum assertioni sine fundamento id neganti, neque factum tantæ antiquitatis aliter negari potest quam mentaliter et divinatoriè. Quamvis de rigore non requiriz ejusmodi Tractatus, quando Episcopus procedit authoritate Apostolica. Begnudellus t. 1. v. alienatio ut processit ad præsens. Ad 2dam ubi necessitas & utilitas Ecclesiæ negaz: ostendit replicando necessitatem firmandi Juris & litium terminandarum fuisse. Utilitatem verò ut demonstret, evidenter imprimis non esse certam importaturam Manipularem octingentorum florenorum, cùm non sit in Nostra potestate de quantitate, quot manipulos quilibet Annus allaturus sit: deinde allegat in computatione utilitatis debere ingredi rationem periculi, calamitatis sterilitatis, casus fortuiti cæterorumq ingruentium ut docet Seraphin. decis. 792da Begnudellus t. 4 v. Transactio. ac proinde utilius est Ecclesiæ irrefragabili jure etiam tunc percipere centum tynfones, quando nullus extaret manipulus, quàm immaginando vel invidendo, millia affectare, maximè cùm publico Judicio Illmus Loci Ordinarius censuit id ei utilius, et transactio de communi in dubio de utilitate præsumiz utilis Ecclesiæ lapsu 30 annorum Seraphin. decisio. 1073. Rota decis. 625. Quantum vero ad 3tiam qua asseriz privatus consensus Capituli ex eo: quod se non subscripserit Procurator, nec ullus ex subscriptis addidit nomine Capituli. Quantum ad Procuratorem, Illius præsentiam ad valorem actus pro tunc n̄ fuisse necessariam, ubi ipse Principalis nomine suo ali-

908 quid agit veluti in presenti Transactione Capitulum agebat. Quo vero ad hoc, quod Subscripti non addebant hoc Vocabulum, nomine capituli, superfluam in hoc casu actorum esse pretensionem, cum sufficiat cum in contractu Transactionis nominaverunt se Capitulum dicendo eum ipse Compositionem inter Venerabile Capitulum Sanctorum Omnium, nullus autem illorum negabit se illorum nostrum fuisse Capitulum: Ceteri vero tunc absentes post longum aliquot annorum deliberandi spatium postea consenserint, cum approbationem petierunt, ut patet ex responsione Segnenti. Quantum ad 4tam actorum exceptionem quod dicit inchoatum fuisse Processum: et hoc dolum potuisse colligi aliquem Transactoris actionem in tempore qui tunc impugnabat valorem Transactionis, quando ejus approbatio peti non potuit, ob longam pro tunc absentiam Illustrissimi Loci Ordinarij, ut decretum tradendarum copiarum non obscure innuit, preterea vero ex hoc conatu nihil inferri potest. Cum transactio omnia jura anteriora cassat et annulat ex natura sui l. Gratis ff. De Transact. Quod vero dicit visa Capitulo et subreptitie obtentam esse approbationem: id apertam continet calumniam objiciendo sine ullo fundamento falsitatem Instrumento Illustrissimi Loci-Ordinarij qui signanter et expresse dixit, ad instantiam et Supplicationem utriusque partis approbamus. Quantum ad 5tam actorum exceptionem, ubi circa Breve dicunt pro illa temporis differentia illud jam expirasse ratione clausulæ in fine derogatoriæ, 2do procedisse pure de solutione pecuniæ via 3tio assumptionem dictorum de Capitulo fuisse preternaturalem ad hæc replicando: quantum ad 1mum ignarum esse Styli Curiæ Romanæ cui hæc clausula movet scrupulum, videant pars adversa Bullarium et invenient ejusmodi clausulam etiam in Bullis pro omni tempore et ad perpetuam rei memoriam emanatis, proinde pro hac vice facti Apostolici, non pro hac vice temporis intelligi debet derogatio, in tenore Brevis quod maxime tenet in memorato Breve, tum ex motivo obviandi litibus, quæ non solum pro illa temporis differentia occurrebant, tum ex ipso tenore mandati ejusdem; quo imponit omnibus et singulis non solum ad quos spectat sed et pro tempore spectabit. Quantum

Vero

verò ad 2dum. procedere Breve Aplicum etiam de Decimis manipularibus quod patet tum ex allegato emanati Brevis motivo, tum ex ipso contextu verborum ubi dicit: approbet compositionem super quantitate Decimarum etiamsi agat de novalibus prout etiam Zalasiowski ad redemptionem Xmae manipularis citat idem Breve. Quo vero ad 3tum. Quamvis sine fundamento asseras et probari n̄ potest dicta duorum Canonicorum intermissio, tamen non fuisse necessarios ad valorem ꝑdictae Transactionis duos Cathedrales Canonicos quia Pontifex sic dicit: et ubi non adest illorum (: idest Rectoris Ecclesiae :) consensus, Ordinarius assumptis duobus de suo Capitulo causam terminet appellatione remota. Cum autem in ꝑsenti expressus Capituli consensus adfuerit, tum et transactio per modum Contractus inter Vble Capitulum facta est, et approbatio signanter ad supplicationem utriusq̄ Partis concessa, consequenter stante tali consensu Capituli noluit Pontifex extraordinarium modum, maxime q̄d dictum Breve ad Epum approbantem fuit directum. Quantum vero ad 6tam Actorum exceptionem ubi transactio per Partem Actoream eo impugnat. quod moderni Citati sive illorum anteacti horum bonorum Drozeiowice Heredes sive Possessores aliquando plus dederint quam deberent: istam liberalitatem ipsorum non sustulisse justitiam praehabiti juris, cum istae virtutes justitia et liberalitas sint sibi compatibiles, ac proinde moderni Magnifici Citati de bono opere non debent lapidari, sed potius ille qui dolo et importunis precibus ultra debitum extorquere solebat. Quo ad 7mam eorundem Actorum exceptionem, probat responsio ex dictis; quod cum Transactio cum omnibus requisitis solennitatibus ꝑdictis fuerit, recte ei robur addidit Illmus Loci Ordinarius novum, et approbatio Ordinarij praesertim procedentis in ꝑsenti tanquam Delegati Apostolici sit aliquod accessorium cum sit Principalis solennitas habens se per modum formae dantis esse rei. Cum igit etiam in dubio semper pro Transactione sit concludendum quia habet vim et naturam sententiae ac rei judicatae l. Non minorem ff De Transactionibus et Begnidellus Bassus t. 4. v. Transactio, a fortiori haec Transactio munita tanti temporis praescriptione, consequenter deducit omnes solennitates juris

habuisse dicente, Ac ideo Magnificos Citatos, circa hujusmodi Transactionem seu compositionem authoritate Illmi Loci ordinarij confirmatam et roboratam, tantiq temporis praescriptione munitam conservari et manuteneri, Suprascriptos actores ratione praetensae decimae manipularis cum Magnificis Citatis incompetenter agere debere declarari, ratione praemissorum perpetuum silentium ipsis imponi, ob indebitam impetitionem, quinimo temeram vexam puniri, in damnis et litis expensis Magnificis Citatis causatis (: quarum listam Judicialiter exhibuit :) condemnari instanter, instantius imo instantissime petente, salvo &c omni &c. Ex adverso Suprascriptus actoris mandatarius copias replicationum ad 8vam sibi dari petijt. Perillustris et Rndmus Dominus Michaël de Granow Wodzicki, Decanus Vicarius in Spiritualibus et Officialis gnrlis Crac, Abbas Commendatarius Vachocensis copias petitas Actori concessit, et terminum conservavit. &c. Praesente &c me &c Alberto quo supra Notario

Actus 5tus.

Anno quo supra, Die Mercurij Decima Septima Mensis Junij

In causa et actione Judiciaria inter Illustrem et Admodum Rndum M. Casimirum Jarmundowicz U. J. Pfrem Canonicum Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae et Vblis Capituli Procuratorem Principalem actorem ex una, ac Magnificos Franciscum Potocki Exercitus S. R. M. et Reip: Capitaneum, et Mariannam Conjuges Bonorum Villae Drozeiowice Haeredes et Possessores, necnon Laboriosos Cmethones, Hortulanos, et Incolas, quosdam Villae, occasione decimae manipularis omnis grani et seminis ex araturis tam Praedialibus quam Cmethonalibus praetatae Villae Drozeiowice provenientem ad praedictum Capitulum Collegiatae Sanctorum Omnium Cracoviae de Jure et antiqua possessione spectantem et pertinentis Citatos parte ab altera, in termino hodierno ex actis et conservatione illius sub die Lunae vigesima quinta mensis Maij Anno currenti his in actis Judicialiter facta et connotata provenienti, utraq parte in publica Causarum Audientia comparente, et quidem Actorea per se, duplicando contra replicationes Citatorum adversus exceptiones assertam Transactionem impugnantes, ac contra illius approbationem respectu solutionis decimae tam Praedialis quam Cmethonalis ex Bonis Villae

Drozeiowice

Brozciowice proveniens per Illustrissimum Loci Ordinarium Anno 1646. die Veneris 19 mensis Octobris quasi factam excipiendo, se ad rationes in termino Anteriori contra eandem Transactionem oppositas nullitatem illius ex clara Juris dispositione adducentes referente, per assertam approbationem Illmi Loci Ordinarij Transactionem Ptatam uti ipso jure nullam solidari non posse dicente, cum haec approbatio nihil novi Juris addit, sed stante illius nullitate etiam approbatio corruit juxta juris dispositionem c. Inter dilectos Extravag. De fide Instrum: Can. de Praecept. dist 12. Quia haec approbatio habet se ita ad transactionem sicut accessorium ad suum Principale, atqui data nullitate Principalis utpote Transactionis, dabitur quoque nullitas approbationis c. accessorium De Reg: Jur. in 6to et d. c. Inter dilectos. Et multo magis eadem Transactio nullitati subijcitur cum sine adcitatione Interessatorum alias sine literis Cridae clanculum sit procurata, actusque tales jure disponente nulli et irriti declarantur ut c. fin. in 6to. et quod irrealitati, vitio eadem approbatio, uti circumventivè procurata laboret, probatur et deducitur. Notandum quod asserta transactio sit anno 1638. die 10. Januarij facta; et conditio in eadem, ut pro firmitate coram Illmo Dno Loci Ordinario per utramque partem recognosceretur fuit apposita. approbatio vero ejusdem Transactionis Anno 1646 die 19 mensis Octobris quasi ad instantiam et supplicationem utriusque partis, et ex comparitione Gnosi Christophori Szembek procurata, quod est falsum cum idem Gnosus Christophorus Szembek pro illo tempore in viris non extiterat, quinimo longe ante assertam approbationem vita functus fuerat, quod probando actus officiosos utpote oblatam Transactionis per Gnosam Christinam Szembekowa Gnosi olim Christophori Szembek consortem viduam derelictam Anno 1643. in Officio Castrensi Cracoviensi factam, tum et manifestationes Anno 1645. per Ptatam viduam in Officio eodem Castrensi Craefactas producente, et inhaerendo suis exceptionibus ex Jure resultantibus, tam contra Transactionem quam illius approbationem adductis et oppositis, eandem Transactionem et illius approbationem nullam et irritam declarari, ac insistendo Documentis et decretis ad decimam manipularem servientibus decretum extraditionis decimae manipularis ferri debita cum instantia postulante. Citata vero per Nobilem Albertum Mysłowski constitutum Procuratorem salvis omnibus beneficijs Juris suis Principalibus in toto reservatis

912 se ad replicationem, defensas & Compositionem inter Venerabile Capitulum Sanctorum Omnium Crac. & Magnificum Szembek praetactae Villae Haeredem factam, authoritate Illmi & Rndmi Domini Loci Ordinarij Crac firmatam referente & circa eandem conservari petente. Perillustris & Reverendissimus Dominus Michael de Granow Wodzicki, Decanus Vicarius in Spiritualibus & Officialis Gnlis Crac, Abbas Commendatarius Vąchocensis visis Juribus & documentis per partes productis, & controversijs hinc inde factis bene consideratis, decretum definitivum in Causa huiusmodi tulit quod se publicaturum obtulit. Praesente me Alberto Krzyzanski U. J. Licentiato, Cancellariae Conrij Gnlis Crac Regente Sa Authoritate Aplica publico, & Actus praesentis Notario

Actus 6tus

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Die Veneris octava Mensis Julij.

Coram Perillustri & Rndmo Dno Michaele de Granow Wodzicki, Decano, Vicario in Spiritualibus & Officiali Gnli Crac: Abbate Commendatario Vąchocensi in publica causarum audientia comparens personaliter Illustris & Adm Rndus M. Casimirus Jarmundowicz U. J. Professor, Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Crac Canonicus & Venerabilis Capituli Procurator Principalis Actor, in termino hodierno ex citatione literali legitime ut apparebat executa provenienti Decretum Definitivum in Causa occasione decimae manipularis, omnis grani, frumenti & seminis ex agris & araturis tam Praedialibus quam Cmethonalibus Villae Drozeiowice provenientis ad praefatum Venerabile Capitulum de jure & antiqua possessione spectans & pertinentis coram Judicio praesenti mota & vertente jam alias in anteriori termino latum, publicari, debitae executioni demandari debita cum instantia postulavit. Praesente Nobili Adalberto Mysłowski Magnificorum Francisci Potocki Exercitus Sae Rae Mtis & Reipub. Colonelli & Mariannae Conjugum Bonorum praetactae Villae Drozeiowice Haeredum & actualium Possessorum, tum Laboriosorum Cmethonum Hortulanorum ac Incolarum ejusdem Villae Citatorum ex adverso Principalium Procuratore, in publicationem Decreti in quantum

suis

suis Principalibus favorabilis consentiente, aliàs à contrario ad Quem de Jure appellante. Perillustris et Rnmus Dominus Officialis Gnrlis Crae supramemoratus, partium controversijs, exceptionibus et replicationibus hinc inde factis bene exauditis, visis et lectis Instrumentis et documentis per Partes Judicialiter productis, et quidem Primo Decreto seu Sententia definitiva Judicij Coriālis gnrlis Crae die Mercurij 6. Mensis Octobris Anno 1627mo et Serijs Partium controversijs lata, qua mediante decima controversa Vbli Capitulo Ecclesiae Collegiatae SSmo Obm Crae. fuit adjudicata. Secundo Actu Citationum binarum Terrestrium Vislicien ad Judicium Terrestre Visliciense ex Instantia Rndrum Praelatorum et Canonicorum totiusq Vblis Capituli Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Obm contra Gnosum Christophorum Szembek Bonorum Villae Drozeiowice Haeredem occasione per ipsum vi, et violenter interceptae Decimae hujusmodi manipularis pro annis duobus 1628 et 1629 Valoris quolibet Anno trecentarum marcarum pecuniae. Imae quidem Citationis Fria 2da pt Fm Purificationis B. Mariae Vgs Anno 1630, Alterius autem Secundò post poenam contumaciae emanatae, die Dominico proxime praeterito utriusque in Curia Villae Drozeiowice positarum de actu in Castro Crae Fria 4ta pt Fm SSm Viti et Modesti Martyrum proxima Anno Domini 1630 recognitae. Tertiò Transactione super hujusmodi decima inter Gnosum Christophorum Szembek Bonorum Villae Drozeiowice Haeredem. et Rndos Albertum Porzecki Canon Crae. Magistrum Jacobum Turobuyski, Sae Th. Licentiatum Collegiatarum S. Floriani Cantorem, SSm Obm Crac: Praepositum, M. Jacobum Gorski U. J. Doctorem et Pfrem Ecclesiae Coll: SSm Obm Custodem. Albertum Borovium Sae Thae Drem, Collegtae SSm Obm Canonicum M. Bartholomaeum Januszowski U. J. Doctorem Canonicum Crae: et SSm Obm, Joannem Frączkiewicz SSm Obm Crae Canonicum, Adamum Malangovium S. Valentini Praeptum Canonicum SSm Obm Cracoviae de Anno Domini 1638uo, die 10 Mensis Januarij factâ; qua mediante quota centum florenorum Polonicalium pro hujusmodi decima quotannis solvi constituta, et per Haeredes Bonorum Drozeiowice dum modo

914 Sint de Ipso et familia predicti Christophori Szembek eadem quota Solvi declarata extitit. Quarto Quietatione officiosa Dñi Christophori Szembek Bonorum Ville Grzeiowice Heredis et Possessoris de sufficienti Satisfactione pro decima manipulari de Villa Grzeiowice per Rndos Albertum Porzecki Canonicum Crac: et Joannem Trzcziencium Ecc: Coll. Sti Ob^ni Canonicos pro et totius Vblis Capituli Ecclesie Prate nomine de Actu in Castro Crac. Feria 6. post Festa Solennia Pentecostes p.dmo Anno Domini 1638. recognita Quinto Actu manifestationis per Nobilem Albertum Zagorski nomine Venerde Cristine de Szczepanow Dñi Christophori Szembek Bonorum Ville Grzeiowice Heredis relicte Consortis, de diligentia et promptitudine in Solutione hujusmodi decime pro Annis 1642do, usque ad annum 1645tum retenta juxta transactionem, tum de contravantione eidem transactioni de actu in Castro Crac feria 6. pt Dñi S. Valentini martyris pdma Anno 1645. facta. Sexto Actu Judiciali seu Decreto Interlocutorio inter Prouratorem Vblis Capituli Sti Ob^ni et Heredem Ville Grzeiowice die Mercurij 17. Mensis Maj Anno Dñi 1645. observato et lato ex actis Administrationis Sede vacante Episcopatus Cracoviensis extracto quo mediante Copia Decreti seu Sententie Suprascripte, contra oppositam per Dñosam Cristinam Szembekowa compositionem per Rdum Laurentium Karyński U. J. Doctorem et Dñm Canonicum et Prouratorem Capituli Ecclesie Collegiate Sti Ob^ni Crac. judicialiter producti sunt communicata. Septimo Approbatione predicte Transactionis acsi per Illmum Locumordinarium die Veneris 19 mensis Octobris Anno Domini 1646 subsecuta. Octavo Actu manifestationis per dictum Nobilem Albertum Franciscum Zagorski nomine Dñose Cristine de Szczepanow olim Dñi Christophori Szembek Consortis relicte Vidue Bonorum Ville Grzeiowice Nomine Reformatorie et Adivitalitalis de promptitudine in reddenda pecunia centum florenorum polonicalium pro decima manipulari predicti et Methonali Ville Grzeiowice juxta vesponantiam Transactionis inter Vble Capitulum Ecclesie Collegiate Sti Ob^ni et Patrum olim Jnavitum junius subsecuta pro anno 1645. retenta, et contravantione eidem Transactioni per Vble Capitulum de Actu

in Castro

in Castro Cracoviense Fria 5ta pt fm S. Petri in Vinculis Anno 1645. facta.
Nono Actu Officioso repositionis Summae centum Tynfonum intuitu decimae hujusmodi per Gnosum Alexandrum Szembek Bonorum Villae Drozeiowice Haeredem et Possessorem ex ratione recusatae perceptionis hujusmodi Summae per Vble Capitulum Ecclesiae Collegiatae SSm Obm seu potius Procuratorem sub die Martis 24 Julij Anno 1696. in Protocollo Actorum Conrij Gnrlis Crac. connotato. Decimo Manifestatione Venerabilis Josephi Antonij Starczewski M. O. Clerici uti Magnifici Francisci Potocki Sae Rae Mtis Colonelli Bonorum Villae Drozeiowice Possessoris Principalis Mandatarij contra Illustrem et Adm Rndum Joannem Chochorkiewicz Ecclesiae Coll. SSm Obm Cracoviae Canonicum et simul V. Capituli ejusdem Ecclesiae Procuratorem super non acceptatione summae centum Tynfonum et duorum Talerorum in specie pro decima controversa necnon super promptitudine exolutionis ejusd Summae illiusq praesentatione in Officio Conrij Gnrlis Crac die Sabbathi 21. Julij Anno 1731mo facta Undecimo Manifestatione Gnosi Alexandri Ziołkowski Magnificorum Francisci à Potok Potocki Exercitus Sae Rae Mtis et Reip: Colonelli et Mariannae de Stradomia Conjugum legitimorum aulici nomine, et ex Speciali Commisso eorundem Magnificorum Potockich Conjugum Principalium suorum contra Illustres et Adm Rndos Praelatos Canonicos totumq Vble Capitulum Ecclesiae Collegiatae SSm Obm Crac. tum Illustrem et Adm Rndum Joannem Hochorkiewicz ejusd Ecclesiae Collegiatae SSm Obm Crac Canonicum ac praefati Vblis Capituli Procuratorem super recusata receptione Summae Centum Tynfonum et duorum talerorum Imperialium in specie pro decima controversa ejusdemq Summae repositione de actu in Castro Cracoviense Sab. post Fm S. Petri in Vinculis pxmo Anno Dni 1731. facta.
Duodecimo Relatione Citationis ad Judicia Ordinaria generalia Tribunalis Regni Lublinensis Illustribus et Adm Rndis Praelatis Canonicis totiq Vble Capitulo Ecclesiae Collegiatae SSm Obm Crac, tum Illustri et Adm Rndo Joanni Hochorkiewicz ejusd Ecclesiae Canonico et Vblis Capituli Procuratori ad instantiam Magnificorum Francisci a Potok Potocki et Mariannae de Stradomia legitimorum Conjugum Actorum super recusata receptione summae centum Tynfonum et duorum talerorum

9.16

Imperialium pro decima controversa in Curia Bonorum Villae Podskalny
et Lapidea ad Praeposituram Omnium Sanctorum Crac: spectante po-
sitae de Actu in Castro Cracoviensi feriâ 2da ipso die Transfiguratio-
nis Christi Domini Anno 1733mo recognita. Alijsq visis videndis
et consideratis considerandis: eoque attento: quoniam ex Sententia De-
finitiva Cõnij Judicis Crac. Anno Domini 1627. die Mercurij 6. mensis
Octobris Supradescriptus decimas Praediales et Quasi Novales Villae Drożeio-
wice Actoribus Sc: Venerabili Capitulo Ecclesiae Collegiatae Cracoviensis
Sanctorum OOm vigore Privilegij Episcopalis fuisse et esse adjudicatas
constat. Et licet pars Citata Contractum quendam seu Transactionem
seu potius approbationem ejusdem Contractus acta per Illmum et Rmum
olim Petrum Tembiecki Episcopum Cracoviensem in anno 1646. die Ve-
neris 19 mensis Octobris factam et firmatam respectu hujusmodi decimarum
intercessisse asseverit, et eidem Contractui sive approbationi inhaereat,
Nihilominus quia pars Actorea contra eundem Contractum seu approba-
tionem plures rationes in subsistentia illius adducit: cum approbato
allegata Sedis Ordinariae si et in quantum subsecuta foret, in suo Ori-
ginali non producat, sed duntaxat per copiam ad acta Officij Praesen-
tis de anno 1646 die 19 Octobris porrecta exhibeatur, et quod magis
considerabile, in eadem Copia subscriptio praememorati Illustrissimi
Episcopi non est annotata, aperteq solennitates vigore Bullae Urbani
Octavi praemissae sive praemittendae in hujusmodi documento nulla cer-
nuntur, edictum aliquod de jure necessarium praecessisse non allegatur
neq intercessisse vel emanasse praesumitur. Praeterea dictum Contractum
inter Rõsum olim Christophorum Stembeck et Personas aliquas Capitu-
lares in tenore illius specificatas initum digno mandato Capitulari
dictis Personis Capitularibus concesso firmatum et subsultum esse non
constat, et absq relatione ad totum Capitulum ejusdem Collegiatae
per dictas Personas Capitulares seu potius per Praepositum ejusdem
Collegiatae in tenore verborum ly: Contractum hunc approbat
defectuosi fuisse approbatum dignoscit. Tandem ante Processus ad
approbationem Episcopalem Judicialiter sub tempus intentatae actionis
ratione retentarum hujusmodi decimarum de anno 1645. die
Mercurij 17 Maij coram Rdmo Lipnicki in absentia praeliba-
ti Illustrissimi Tembiecki Epi, totius Dioecesis Administratore per Rdm

Rdum

Rndum Procuratorem Capituli ejusdem Collegiatae in dubium vocatum esse, successive; prout ex pluribus Transactionibus et respective manifestationibus ipsiusmet Partis Citatae in pluribus annis consecutivis contra Actores factis, et Officiosè recognitis in majus dubium et contradictionem abijsse, taliterq dictos Citatos in statu pacifico utendi hujusmodi Contractu multò magis approbatione allegata Sedis Ordinariae non fuisse, quinimo per Officiosas pecuniae in aliâ ac alia sensim majori quota repositiones supra de actu et die specificatas eosdem Citatos à praedicto Contractu suo recessisse. Praeterea consideratis actibus Officiosis in Castro Cracoviensi videlicet Oblatae asserti Contractus feria 6. pt fm Purificationis Bae Mariae Vgs Anno 1643. necnon Manifestationis feria 5. pt fm S. Petri in vinculis Anno 1645. recognitis, ex quibus Generosum olim Christophorum Szembek ejusdem Contractus sollicitatorem et Authorem vivere desijsse, adeoq approbationem ab Illmo olim Gembicki petere non potuisse manifestè liquet. Proinde considerato defectu solennitatis ad approbandam Transactionem maximè alienativam de jure praerequisitae, necnon defectu subscriptionis praememorati Illmi Episcopi, ac consideratis renitentijs Actorum in observando hujusmodi Contractu per plures annos protractis, considerato denique recessu Citatorum ab hujusmodi Contractu per variationem quotae pecuniariae facto, ante omnia non constare de approbatione Sedis Ordinariae praeallegati Contractus declaravit. Ac visis Juribus pro parte Vblis Capituli Ecclesiae Collegiatae Sm Obm facientibus et respectivè visa Sententiâ Anni 1627mi die 6. Mensis Octobris latâ supra expressa. Decimas Controversas Praedialem et Cmethonalem Villae Drozeiowice pro Anno currenti et m futurum in manipulis extradendam Actoribus seu Vbli Capitulo Ecclesiae Collegiatae Cracoviensis Sanctorum Obm adjudicavit, et literas executoriales ad effectum extraditionis illius cum termino triginta dierum contra Citatos relaxavit. Pro retenta vero annis praeteritis 1738. et 1739no propter bonum pacis juxta ultimam quietationem Partibus componere mandavit. Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. A quo Decreto Citatorum Procurator ad quem de jure appellavit, cujus appellatio est refutata Praesente me Alberto Krzyzanski V. J. Licentiato Cancellariae Conrj grnlis Crac Regente. Sa Authtte Aplica publico et Decreti hujusmodi Notario.

| Locus Sigilli |.

918

Documentorum tenor sequitur talis

Imo Sententiæ Definitivæ Anno 1627.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Septimo
Die Mercurij Sexta Mensis Octobris.

Rndus Dominus Joannes Łącki Ecclesiæ Collegiatæ SSm OOm Decanus Principalis suo et Venerabilis Capituli Ecclesiæ Suprascriptæ OOm SSm nomine coram Domino in ejus publica audientia personaliter constitutus in termino hodierno ex præfixione Domini provenien, Sententiam definitivam in Causa occasione Decimarum manipularium ex agris Prædialibus Villæ Brzeiowice provenien, et ad Suprascriptum Venerabile Capitulum OOm Sanctorum vigore Juris ab Illmo Domino Episcopo Cracoviensi moderno gratiosè sibi concessi spectan et pertinen coram Domino mota et verten, ferri et in Scriptis promulgari per Dominum, petyt et postulavit. In Præsentia Nobilis Andreæ Starczynowski Nobilis Domini Stanislai Szembek Villæ Brzeiowice Hæredis Citati ex adverso Principalis Substituti Procuratoris, facta fide de onere suæ procurationis in prolationem Sententiæ pro parte et in favorem sui Principalis consentientis. Et Perillustris ac adm Rndus Dominus Erasmus Kretkowski Canonicus, Vicarius in Spiritualibus et Officialis Gnlis Crac de consensu Partis utriusq Sententiam definitivam tulit et in Scriptis promulgavit. Præsentibus Rndis Dominis Gabriele Morenda U. I. Doctore, Petro Kadau actu Presbyteris, Gnoso Sigismundo Porębski alysq qm plurimis testibus fide dignis. Cujusquidem Sententiæ tenor talis ut sequitur. = Concludimus Christi nomine invocato pro Tribunali sedentes et solum Deum ipsiusq justitiam Sanctam præ oculis habentes in Causa et actione inter Rndos Dnos Joannem Łącki Decanum totumq Vble Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ OOm Sanctorum Crac Actores ex una; et Nobilem Dominum Stanislaum Szembek Villæ Brzeiowice Hæredem de et super non extraditione Decimæ Manipularis omnis grani et seminis ex agris Prædialibus dictæ Villæ provenien, et ad Suprascriptum Vble Capitulum omnium Sanctorum Cracovien spectan pro Annis 1626 proximè præterito veten Reum conventum partibus ex altera coram Nobis Judicioq Ordinario primæ Instantiæ verten et mota,

ex his

ex his quae in hujusmodi causa vidimus et ex donatione per Illmum et Rmum Dominum Martinum Szyszkowski Dei gratia Epum Cracovien. Ducem Severiae earundem Decimarum ad mensam Episcopalem pertinentium Vbli Capitulo Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracovien. de consensu Adm Rndorum DD. Praelatorum et Canonicorum Ecclesiae Cathedralis Cracovien. Anno 1626 die octava Maj factâ, documentoq ex Libro Beneficiorum Retaxationum Ecclesiae Cathedralis et Diaecesis Cracovien. ad Judicium Pens authenticè producto intelleximus, alysq adductis, deductis cognovimus et bene perspeximus per hanc nostram Sententiam definitivam, quam de Jurisperitorum consilio pariter et assensu, maturaq intra Nos deliberatione praehabita, his in Scriptis ferimus, dicimus decernimus pronuntiamus et declaramus Suprascriptum Nobilem Stanislaum Szembek ad extraditionem hujusmodi decimae manipularis omnis grani et seminis ex agris Praedialibus Villae Drozciowice provenien. et ad praedictum Vble Captum OOm Stm Cracoviae vigore donationis Suprascriptae spectan. et pertinen. Anno proximè praeterito Millesimo Sextensimo Vigesimo Sexto retentae, si et inquantum est integra, aliàs illius justi et veri valoris solutionem teneri et obligatum esse, ideoq ad praemissa exequenda hinc in quindena cogen. et compellen. fore cogiq et compelli debere prout cogimus et compellimus, victumq Victori in damnis et litis expensis propterea factis condemnamus, quarum taxationem Nobis in posterum reservamus hac Nostra Sententia definitiva ad praemissa mediante. Ita pronuntiavi Erasmus Kretkowski Canus et Officialis Gnrlis Crac. manu propria. A qua Sententia Procurator Nobilis Stanislai Szembek ad Illmum et Rndsmum Dnum Nuntium Apostolicum in Regno Poloniae commorantem verbo appellavit, salvo facto in Scripto. Ex Actis Actorum Conrij gnrlis Cracovien. extractum.

2do Nexus Relationis Citationum.

Ministerialis gnrlis Regni Providus Adamus Gurowski de Olszenica coram Officio et Actis Pentibus Castren. Capitan. Cracovien. personaliter Stans publicè recognovit. Quia ipse Citationes binas Literales Terrestres Vislocienses ad Judicium Terrestre Visliciense spectantes, et ejusq Secundam ex parte et ad instantiam Reverendorum Praelatorum et Canonicorum totiusq Vblis Capituli Ecclesiae Colle: OOm Stm Cracoviae sitae in et contra

Nobilem Christophorum Szembek Bonorum Villae Drozeiowice Haeredem occasione per ipsum vi, et violenter decimae manipularis omnis grani et seminis tam hyemalis qm aestivalis de agris et araturis tam Praedialibus quam Cmethonalibus omnibus villae praefatae Drozeiowice ipsi Capitulo Vbti Ecclesiae OOm SSm Cracovien. danatt et legitimo jure servien. pro annis duobus videlicet 1628. et 1629. proxime praeteritis valoris quolibet anno trecentarum marcarum pecuniae receptivae, taxam in se mille marcarum pecuniae Polonicalis et totidem damni contum. ~~gen~~ Primam quidem citationem Feria 2da post fm purificationis Bae Mariae Vjs in anno praesenti, alteram autem 2do post poenam contumaciae emanatt die dominico pxime praeterito, utramq in Curia Villae Drozeiowice posuit, positionemq earundem Familiae domesticae publicavit, et ad sufficientem deduxit notitiam. Actum in Castro Cracovien. Feria 4ta pt fm SSm Viti et Modesti Martyrum proxima Anno Domini 1630. Locus + sigilli, Correxit Morawski mpp Legit Gniewinski mpp

3tio Oblatae Transactionis tenor.

Ad Officium et Acta praesentia Castrensia Capitan. Cracovien. personaliter veniens Gnosa Christina de Bydlin relicta Vidua olim Gnosi Christophori Szembek obtulit eidem Officio compositionem infrascriptam inter Venerabile Capitulum Ecclesiae Sanctorum OOm Cracoviae sitae et per praefatum olim Gnosum Christophorum Szembek Villae Drozeiowice Haeredem ratione Decimae ex eadem Villa Drozeiowice initam manibus proprijs eorundem Canonicorum et praefati Gnosi Christophori Szembek subscriptam et sigillis communitam, petens eandem compositionem à se offerente per Officium praesens suscipi et in acta inserere admitti, cujus affectationi Officium praesens annuendo eandem compositionem ab eadem offerente suscepit, et ad acta sua inserere mandavit. Cujus compositionis de verbo ad verbum tenor sequitur talis. = Facta est Transactio et immortalis Compositio inter Venerabile Capitulum Sanctorum Omnium et Generosum Christophorum Szembek Villae Drozeiowice Haeredem, idq ratione Decimae ex agris et araturis tam Praedialibus

quam

quam Incolarum Villae Drozeiowice provenientis et ad Ecclesiam Obm Sanctorum, Venerabileq Capitulum spectantis et pertinentis in hunc qui sequitur modum. Quod praefatum Vble Capitulum cum succedaneis Inhaerendo Bullae Sanctissimi Dni Nostri Urbani Papae Octavi feliciter moderni pro Decima manipulari ex Praedio et Cmethonibus Villae praefatae Drozeiowice omnis grani et seminis in pecunia parata singulis annis Centum florenis à praefato Domino Christophoro Szembek dictae Villae Drozeiowice Haerede suisq Haeredibus de Domo et Familia illius tantum contentare se debebit, nec ultra ab eodem Gnoso Dno Szembek ejusq Successoribus legitimis exposcet. Praefatus vero Dnus Christophorus Szembek pecuniam suprascriptam florenorum Centum pro Decima manipulari provenientem pro festo S. Jacobi Apostoli dicto Vbli Capitulo Sanctissimi Obm seu ejus Procuratori legitimo, ac eorum Succedaneis in singulos annos se solutum cum suis Successoribus promittit et obligat sine quavis dilatione sub amissione Contractus. Tenebitur quoq dictus Gnosus Dnus Christophorus Szembek ac ejus Successores Contributiones Regni solvere, onera praestare quae dictam Decimam concernere possent. Ea tamen conditione adjecta quodsi ab aliquo rne praefatae Decimae praeter Vble Capitulum Sanctissimi Obm idem Gnosus Christophorus Szembek turbarer aut molestarer, tunc memoratum Vble Capitulum Sanctissimi Obm atq illorum Succedanei ab impetitione eliberare tenebuntur. Quam quidem Compositionem majoris firmitatis gratia, coram Illmo et Rndmo Dno Domino Epo Cracoviensi tqm Loci Ordinario utraq pars recognoscere, et ab eodem confirmationem obtinere sese submittit. In cujus rei fidem et testimonium praesentes manibus propriis subscripserunt et sigillis consuetis muniverunt. Actum Cracoviae die 10. Januarii 1630. Albertus Purzecki Canonicus Crac. manu propria M. Jacobus Turoboyski S. Th. Dr. Cantor S. Floriani, Praeptus Ob Sanctissimi Cracoviae Contractum hunc approbat. M. Jacobus Gorski U. I. Dr et Phr. Ecclesiae Collegiatae Obm Sanctissimi Custos manu propria. Albertus Borovius S. Th. Dr. et Sanctissimi Ob. Canonicus, Vblis Bartholomaeus Januszewicz U. I. D. Canonicus Crac. et Sanctissimi Obm. manu propria. Joannes Fraczkowicz Sanctissimi Obm Crac: Canonicus manu propria. Adamus Malanowicz St Valentini Praeptus Canonicus Sanctissimi Obm Cracoviae manu propria. Christophorus Szembek manu propria: Cujus Compositionis Originale Gnosus Martinus Piegłowski nne suprascriptae Offerentis ab Officio praesenti Castrensi Capitaneali Crac: recepit, Actum in Castro

Cracoviensi Fer. 6. pt Fm Purificationis Bmæ Virg. Marcæ proxm
Anno Dni 1643 Locus † Sigilli. Correxit Wierzeski manu propria
Legit Gniewinski.

4to Quietationis obloquentia talis.

Comparentes personaliter coram Officio et Acta Plenitudinis Castrensis Capitanei
Cracoviens. Nobi Albertus Porzęcki Canonicus Crac. et Joannes Trąckowicz
Ecclesiæ Obm Sti Collegiatæ Cracoviæ Stæ Canonici suo et totius Obtis
Capituli Ecclesiæ prætactæ Obm Sti. recedendo a Juris Districtibus
Foro, Juribus, Jurisdictionibus suis Quibuscis propriis et competenti-
bus, Jeverio cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni
Officij Plenit. Castrensis Capitanei Crac. quod ad actum Plenitudinis attinet, to-
taliter et plenarie incorporando atq. subijciendo, pactum libere, ac per
expressum recognoverunt et qualibet illorum Jerius suo pro Interesse
recognovit. Quia Nobilem Christophorum Szembek de Causa et Acti-
one Judiciaria ad Judicium Terrestre Visticense vnæ v. ex traditionis
Decimæ Manipularis de Villa Drozeiowice ad Ecclesiam Pctam spec-
tantis et pertinentis, et pro Annis octo utpote ab Anno 1630. usq.
ad Annum 1637 mum inclusive proventis instituta quietant
emittunt, liberum et absolutum faciunt Plenitudinis perpetuo, eam eam
eandem et processum Juris in toto et totum cassant, mortificant et in
nihilum redigunt aviternè. Recognoscentes ab eodem Nobli Christo-
phoro Szembek pro premissis omnibus vcalem et sufficientem satis-
factionem prestitam esse. Inscriptione Plenitudinis mediante
Actum in Castro Crac. Fer. 6. pt Festa Solennia Pentecostes Prima Anno
Dni 1630 Locus † Sigilli Correxit Wojciechowski mp. Legit Gniewinski

5to Manifestationis de promptitudine Solutionis ejusmodi tenor.

Ad Officium et Acta Plenitudinis Castrensis Capitaneatus Crac. personaliter
veniens Nobis Albertus Franciscus Lagowski vnæ Uxor Christina de Z.
Crepanow Quondam Christophori Szembek Bonorum Villæ Drozeiowice
Hæredis relicta Consors Solennem eidem Officio Plenitudinis Castrensis Capitanei
Cracoviensis facit manifestationem in eo. Quia Pcata Quondam Christina
Szembekowa uti Bonorum Pcati Mariti sui vnæ Relictrix et
et Abvitalitialis adhærendo Transactioni seu Compositioni facta inter
Vtile Capitulum Sti Obm Cracoviense, atq. Quondam Pctum Christo-
phorum Szembek Maritum suum vnæ suos ex agris et Curiatuis tam Frudia-
libus, quam Quotalibus Villæ Drozeiowice provenientis, et ad Ecclesiam

SSm OOm Venerabileq Capitulum spectant Confectae et conscriptae paratae fuit et est prout Anterioribus Annis nimirum incipiendo ab Anno 1642 et sic consequenter usq ad praesentem Annum pro temporibus in eadem Transactione specificatis Summam Centum florenorum pecuniae Polonicalis pro Decima Manipulari provenientem juxta eandem Transactionem Suprascripto Venerabili Capitulo OOm SSm exolvere et reponere, prout defacto suprascriptus Manifestans Summam eandem pro omnibus annis retroactis et praesenti provenientem in Sacco uno in Taleris et diversa moneta coram Officio praesenti commonstravit. Proinde is idem Protestans nomine Suprasptae Gnosae Szembekowa de diligentia et promptitudine ipsius in Solutione praetatae Decimae seu summa eidem Capitulo SSm OOm provenienti, suprascripti vero Capituli negligentia et temeritate, ac contraventione eidem Transactioni iterum atque iterum Eidem Officio praesenti protestatur et manifestat. Actum in Castro Crac. Feria 6. post Fm S. Valentini Martyris pxma Anno Dni 1645. L. + Sigilli Correxit Woyciechowski m.p. Legit Gniewinski.

6to Decreti Interlocutorii nexus sequitur.

Anno Domini 1645 Die Mercurii 17 Mensis Maii. Coram Perillustri et Adm Rdo Dno Alberto de Lipnik Lipnicki Praepto Sendomiriensi Canonico Crac. Sae Rae Mtis Secretario in absentia Illmi et Rndmi Dni D. Gembicki Dei gra Epi Crac. Ducis Severiae in Civitate et Universa Diaecesi Crac: Ducatuq Severiae in Spiritualibus Gnrli Administratore in ejus publica Audientia comparens personaliter Nobilis Drozenski Gnosae Christinae Szembekowa Villae Drozeiowice Possestricis Principalis Procurator, exhibita Citatione legitime ut apparebat executa suam Principalem a Censuris Ecclesiasticis quibus ratione contumaciae occasione non extraditionis Decimae seu alias quomodolibet innodata extiterat absolvi, processum Censurarum reponi ac de bene obtento doceri petiit. In praesentia Adm Rdi Laurentii Karynski U. I. D. et Pfris Canci et Procuratoris Ublis Capituli Ecclesiae Collegiatae SSm OOm Cracoviae ex adverso Principalis non debere absolvi, nisi prius refusis expensis contumacialibus dicentis, et bene obtentum producentis. Et Perillustris et Adm Rdus Dnus Administrator supranominatus auditis praemissis praetatam Dnam Szembekowa in persona suprasptae Procuratoris a Censuris Ecclesiasticis absolvit et literas absolutionis in forma solita extradere mandavit. Tandem post absolutionem Procurator Ublis Capituli SSm OOm contra Ream in frasptam ex citatione ver-

ho proposit occasione non extradicionis Decime manipularis omnis grani et Leguminis ex agris et Straturis Predalibus Ville Drozeiowice provenientis et ad supraspt[um] Vble Capitulum de jure spectans et pertinens pro Annis tribus 1642, 1643. 1644. retend petens ipsam ad extradicionem hujusmodi decime si et inquantum est integre in manipulis, alias illius veri valoris solucionem per Actores liquidandi censuris Ecclesiasticis coqi et compelli. In Presentia supraspti Nobis Drozenski Grosse Christina Zrehbekowa citata ex adverso principalis Procuratoris suam principalem Decimam controversam paratam esse Actoribus juxta Contractum ex nomine factum. et proscriptum modum solucionis ab immemorabili tempore ex quo eidem Actores nunquam in usu et possessione manipularis Decima fuerunt solvere dicentis, hujusmodi Contractum de Anno 1630. die 10 Januarii, item Quetationem 1640 die 3. Julii facti, et authentice producendi admittig et se circa consuetudinem solvendi Decimae conservari petend. In Contrarium Procurator Actorum Contractum allegatum nihil valere, et quo res judicata intercessit replicavit, et decretum ex Actis Rdmi olim Erasmi Kretkowski Officialis Cracovig de Anno 1627mo die Mercurii 6. Octobris facti & authentice producti et ut supra insist. Citata Procurator Copias hujusmodi decreti producti cum termino dicendi contra hinc ad 3 mam Juris dari sibi petiit, et obtinuit. Presentibus Illustribus et Adm Dnis Dnis Joanne Tarnowski Archidiacono Cracc. Alexandro Borzeski Archidiacono Zawichostien. Scholastico Sandomirien. Nicolao Oborski Cracc. Canonicis et R. Mtis Secretariis. Sebastiano Kotwinski Canico et Officiali Sandomirien. Matthia Rudzki, Adamo Rozrzewicz J. U. Doctoribus Joanne Grabowski Phie Doctore Actorum Curiae Dñi Cracc. Nobis Severio Notario, et aliis quam plurimis fide dignis Testibus. Et Actis Administrationis absentis Episcopatus Cracovien. extractum et Signo Secret. Rdmi Dñi Michaelis de Grannow Wodzicki Decani Vicarij in spiritualibus et Officialis Gnesn. Cracc. Abbatis Wachocien. &c. communitum Ego Albertus Leppler U. J. D. Curiae Gnesn. Cracc. Actuarius manu propria concordat cum actis collationavit Michael Jaskolski Aplicus Notarius.

17mo Approbatio vero de jurorum tenore verborum talis est.

Anno Domini 1646. die Veneris 19 Mensis Octobris Petrus Sembicki Jeo Aplica Sibi gratia Curiae Cracc. Just. Severia Universis et singulis tam Presentibus qm futuris quorum interest, aut

quomodolibet interesse potest significamus, quia subinsertam compositionem et transactionem immutabilem de et super Decima ex agris tam Prædialibus quam Incolarum Villæ Brozeiowice seu Brozenice provenient, de certa scientia Nostra, præmisso diligenti ejusdem contractus examine et matura deliberatione præhabita, communicatoque Jurisperitorum consilio, Authtte Apostolica nobis per Breve seu Bullam Felicis recordationis SSmi Urbani Papæ VIII. concessa, in omnibus et singulis ejusd compositionis et transactionis de libera voluntate et mutuo Partium consensu factæ, quoadusq infrascriptus Gnosus Christophorus Szembek ipsiusq legitimi Successores de Domo et Familia illius tantum Bona dictæ Villæ Brozewice seu Brozeiowice tenuerint habuerint, possederint, et ibidem hæreditaverint, ad instantiam et supplicationem utriusq Partis approband confirmand ratificand, roburq firmitatis inviolabilis eidem apponend duximus, prout approbamus confirmamus ratificamus apponimus literasq approbationis et confirmationis desuper necessarias in forma solita decernimus et relaxamus. Cujusquidem Transactionis tenor sequitur talis. — Facta est transactio et immutabilis compositio inter Vble Capitulum SSm Obm Cracoviæ et Gnosum Christophorum Szembek Villæ Brozewice Hæredem idq ratione Decimæ ex agris et araturis tam Prædialibus qm Incolarum Villæ Brozewice provenientis et ad Ecclesiam SSm Obm Venerabileq Capitulum spectand et pertinentis in hunc qui sequitur modum = Quod præfatum Vble Capitulum cum suis Succedaneis inhærendo Bullæ SSmi Dni Nostri Urbani Papæ VIII. feliciter moderni pro Decima manipulari ex Prædio et Cmethonibus Villæ præfatæ Brozewice omnis grani et seminis in pecunia parata singulis annis Centum florenis a præfato Domino Christophoro Szembek dictæ Villæ Brozewice Hærede suisq Hæredibus de Domo et Familia illius tantum contentare se debebit, nec ultra ab eodem Dno Christophoro Szembek ejusq Successoribus legitimis exposcet. Præfatus vero Dnus Christophorus Szembek pecuniam suprascriptam florenorum Centum pro Decima manipulari provenient pro festo S. Jacobi Apostoli dicto Vbli Capitulo SSm Obm seu ejus Procuratori legitimo ac ejus Succedaneis in singulos Annos se soluturum cum suis Successoribus promittit et obligat sine quavis dilatione sub amissione contractus. Tenebitur quoq dictus Gnosus Dominus Christophorus Szembek ac ejus Successores Contributiones Regni solvere, onera præstare, quæ dictam decimam concernere possent. ea tamen conditione adjecta, quodsi ab aliquo ratione præfatæ Decimæ præter Vble Capitulum SSm Obm idem Dominus Christophorus Szembek atq eorum Succedanei ab impetitione eorum eliberare tenebuntur. Quam quidem Compositionem Majoris firmitatis gratia coram Illmo et Rndmo Dno Epo Crac tqm Loci Ordinario utraq Pars recognoscere, et ab eodem confirmationem obtinere sese submittit.

In cujus rei fidem et testimonium Presentes manibus propriis subscripserunt et Sigillis consuetis munierunt. Actum Cracovie die Decima Januarii Anno 1638. Albertus Lorecki Canon Crac: mp. M. Jacobus Sulikowski Lr Dr. Lector, Cantor S. Floriani, Proprius Sme Obne Contractum hunc approbat mp. M. Jacobus Sarski U. I. Dr. et Phr. Eccles Collegiate Sme Obne Custos mpp Albertus Borovius Lr M. Dr. et Sme Obne Canonicus. M. Bartholomeus Janusz Kiewicz Canon Crac et Sme Obne mp Joannes Trzeciecki Sme Obne Crac Canonicus mp. Adamus Radlanowius S. Valentini Preptus Canon Sme Obne. mp. Krzysztof Szembek mp. Loco Sigillorum ttttttttt. Actasunt hec Cracovie die 19 Veneris 19 Mensis Octobris Anno Domini 1646. Presentibus Illustrib9 et Admodum Rndis Pro Justo Stowikowski U. I. D. Canco, Archipresbytero Cracovien. Cassarum Curie Nostre Curli Auditore et Admodo Joanne Drabowski Ph. Doctore, Actorum coram Nobis Notario. Et Actis Actorum Illustris et Rndmi Dni Petri Szembeki Epi Crac: Ducis Severie extractum et Sigillo Pendli Admodi Dni Michaelis de Gramow Wodzicki Canci, Vicarii in Spiritualibus et Officialis Curlis Crac communitum. Collationatum et Scriptum per me Sebastianum Josephum Bratkowski, Publicum Sa Auctte Aplica Notarium.

Quo Manifestationis alterius tenor prout Sequitur.
Ad Officium et Acta Presentia Castrensia Capitaneatia Cracovienssia personaliter veniens Nobilis Adalbertus Franciscus Zagorski Solenniter Officio Presenti nomine Suose Christine de Szczepanow relicte Vduae olim Suosi Christophori Szembek Bonorum Ville Prozenowice Suae Reformatorie et Advitalitialis necnon vigore aliorum Jurium acquisitorum Possessoriis protestabus et manifestatus est Ideo. Quia ipsa pretta pretensionis transactionis seu Compositionis certe inter V. Capitulum Ecclesie Obne Sme Cracovie Ste et prefatum olim Maritum Suum rne Decime manipularis et Predii et Emethonibus Ville prefate Prozenowice prefato Capitulo provenientis facte et ad Acta Presentia Feria 6. pt Sm Purificationis Bm. Vgis A. 1643. per oblatam porrecte tum et Constitutionis Ann 1635 ratione infrascriptorum Sanctae paratae est pro eadem Decima justa obligationis ejus et Transactionis Summam 100 florenorum Polonicalium pro Anno Presenti reponere et realiter numerare, prout Summam eandem Officio Presenti in Loco una presentabat et commonstrabat, Verum Quoniam ad levandam et recipiendam eandem Summam nullus ex Capitulo prefato comparet Ideo de ejusdem Suose Szembekowa promptitudine in reddenda eadem pecunia et satisfactione prefate transactioni, prefati vero Capituli

negligentie & contraventione iterum atq iterum protestatur & Manifestat.
Actum in castro Cracovien[si] Fer. 5. pt Fm S. Petri in Vinculis p[ro]xima A. Dni
1645. Locus † Sigilli. Correxit Woyciechowski mp. Legit Gniewinski

9no Repositionis Summae tenor sequitur ejusmodi.
Anno Dni 1696. die Martis Vigesima quarta Mensis Julii. Coram Officio
& Actis Clientibus Consistorii Curiae Crac. personaliter constitutus Generosus
Alexander Szembek Bonorum Villae Drozciowice Haeres & Possessor.
Principalis Summam Centum Tymphorum intratae Decimae ex agris
Praedialibus Villae Drozciowice ad Ecclesiam Collegiatam S[an]c[t]i Obm Cracov.
viens spectans & pertinens & in pericipulos S. Jacobi Apostoli reponi
debitam, quam recipere Illustris Procurator Vblis Capituli Collegiatae
S[an]c[t]i Obm recusavit in Officio Clienti reposuit. Praesentibus Erasmo Stani-
slao a Stupow Szembek, Excellente Sebastiano Mulinowicz Phie
Doctore, Consulibus Curiae Cracovien[sis] Regente ac me Blasio Kwaskowski
Publico Sa Authte Aplica & Actus Clientis Notario. Et Protocollo Actorum
Perillustris & Rndssimi Dni Stanislai a Stupow Szembek Dei & Aplicae
Sedis gratia Epi Chiomicens Suffraganei Cancl Vicarii in Spiritua-
libus & Officialis Curiae Crac. extractum & Signato Perillustris Rndmi
Dni Michaelis de Granow Wodzicki Decani Vicarii in Spiritualibus
& Officialis Curiae Crac: Abbatis Commendatarii Wrzchocen[sis] communitum
L. † S. Albertus Leppler Utriusq Juris Doctor. Consul Curiae Cracovien[sis]
Actuarius mp. Collationavit Joannes Mierzwinski Ph. Dr. Publicus Sa
Authte Apostolica Notarius.

10. Manifestationis super non acceptatione Summae tenor talis:
Anno Domini 1732mo. Die vero Sabbathi 21. Mensis Julii, Coram
Officio Actis & presentibus Consistorii Curiae Cracovien[sis] constitutus perso-
naliter Venerabilis Josephus Antonius Starczewski M. C. Clericus
uti Magnifici Francisci Potocki Sae Regiae Majestatis Colonelli, Bono-
rum Villae Drozciowice Possessoris Principalis Mandatarius omnib[us]
melioribus quibus firmius validius & efficacius de jure, via, for-
ma Stylo, potuit ac debuit modis in & contra Illustrem & R. Dnum Jo-
annem Hochorkiewicz Ecclesiarum Collegiatae S[an]c[t]i Obm Cracov. Canon.
& Simul Vblis Capituli Majoris ejusd[em] Ecclesiae Procuratorem Parochi-
alis in Antiqua Brzesko Curatum super non acceptatione Summae
Centum Tymphorum & duorum Talerorum in specie pro Decima Ma-
nipulari omnis grani frumenti & seminis ex agris & araturis
praefatarum Bonorum Villae Drozciowice possessionis suae provenien[tis]
dictum Vble Capitulum Majus praefatae Ecclesiae Collegiatae S[an]c[t]i Obm

928 Cracovie concernenc in eadem quota centum Zyrnonum & duorum Talerorum in specie uniformiter de Anno in annum ab antiquissimo tempore & memoriam hominum excedente vigore Decreti Curie Episcopalis Cracovien, necnon Compositionis ab utroq; inter se facte, ac inita manibus utriusq; partes subscripta & authentice Ordinaria firmata solvi ac redimi solita, Necnon super promptitudine exolutionis summe pretacte memorato Illustri Procuratori quolibet tempore, hora & momento, modo eandem acceptare velit, solenniter imo solennissime manifestatus est. Et in continenti eandem Summam centum Zyrnonum & duorum Talerorum in specie, quam suprascriptus Illustris & Adm Rdus Procurator à se manifestante pro pretacta Decima acceptare noluit Officio presentavit eandemq; rursus ad se recepit, de qua recepta officium Suum quietavit. Presentibus cancellarie Notariis. Et Protocollo Actorum Curii Curie Cracovien, extractum, & Sigillo Perillustris & Sndni Dni Michaelis de Iranow Wodzicki Decani, Vicarii in Spiritualibus & Officialis Curie Cracovien, abbatis Commendatarii Vachocensis communitum Locus + Sigilli. Albertus Ceppler, U. I. Doctor Curie Curie Crac. Actuarius mp. Collationavit Joannes Jaskalski Apostolicus Notarius.

Alius similis Manifestationis tenor Sequitur.

bus appellantibus dictæ Compositioni insistentibus præjudicare minime valet. = 15tâ Quia suprascripta Appellans Magnifica Euphemia Marianna de Szembeki Zborowska est vera Hæredissa ad præsensq Possestrix præfatorum Bonorum Drożeiowice et Successrix Naturalis in eadem post supramemoratum Gnosum Christophorum Szembek nempe Proneptis illius, alias Generosi Alexandri Szembek Neptis ejus eorumq Bonorum Hæredis, a Gnoso Alberto Szembek ejusdem Gnosi Christophori Szembek primitivi Hæredis Filio progeniti Filii Filia, ut ex Genealogia et dimissione horumce Bonorum per Mariannam de Stradomskie Potocka in Actis Castrensibus Cracoviensibus Anno 1741. facta apparet. Ideoque eandem Beneficium præfatæ Compositionis pro omnibus Successoribus ejusdem Gnosi Christophori Szembek cum prædicto Capitulo confectæ et approbatæ omnino afficit, et illo privari non potest. = 16ta quia in præjudicium enorme Magnificorum Appellantium et præcipue ipsius Magnificæ Capitaneæ Bonorum Hæredissæ et dicti Gnosi Christophori Szembek Proneptis prætacta Compositione approbata gaudentis et gaudere debentis asserta Decreta Judicii a Quo adjudicationis Decimæ manipularis contra hanc Compositionem per Loci Ordinarium approbatam, de jure licitam et præter allegationes suprarecensitas et Bullam Urbani VIII. ac Constitutionem Regni Anni 1635 etiam per textum in c. ex multiplici 3. de Decimis &c. Statuimus 2. de Transact. ubi Alexander III Pontifex expresse dicit = Statuimus ut si super Decimis inter Vos et aliquam Personam Ecclesiasticam de assensu Episcopi sui compositio facta fuerit, rata et inconcussa persistat. = Subsistentem sunt lata adeoq injusta, imo ex præscripto memoratæ Bullæ Urbani VIII irrita et nulla = admitti, Jurisdictionem Metropolitanam fundari, et ulterius pro prima procedi mandari postulavit. Salvo omni &c. = Præsente Nobili Luca Niegardowski suprascripti Illustris Clarissimi et Adm Rndi Jarmundowicz Citati Appellati Procuratore Salvis &c protestandoq producto Decreto Tribunalis præsentis sub die Veneris Secunda Mensis Junii Anno currenti in contumaciam appellantium ex

copiis remediorum obtento, eorundem Remediorum Juris circumscriptivo cum condemnatione in expensis, petita Partis fieri non posse, nisi prius sibi expensas causatas juxta listam productam ~~[illegible]~~ solverit dicente alias eandem Partem non audiri petente salvo omnium Qui Perillustris Dominus Judex, Surrogatus Metropolitanus Sedens, viso Decreto Tribunalis praesentis ob contumaciam modernorum agentium latae in expensis litis ipsorum condemnatorio, visa quoque et lecta lista expensarum ab adverso producta expensas centum octuaginta quinque Florenorum Polonicalium enuntiante, eaque reducta ad centum florenos ex moderamine, easdem expensas reductas, ante omnia solvere mandavit, quibus solutis, partibus ulterius procedere injunxit

Ex Actis supramemorati Celsissimi Principis extractum, sigilloque Ill.mi et Rndmi Domini Josephi Antonii de Iwanie Iwanski, Ecclesiarum, Almae Metropolitanae Gnesnensis et Cathedralis Vladislaviensis Canonici, Collegiatae Czarnkoviensis Praepositi, Sede vacante Archiepiscopatus Gnesnensis Generalis Administratoris communitum.

L + S. Casimirus Słominski Sedis vacantis Archiepiscopatus Gnesnen. ~~[illegible]~~ Notarius

Aliud Decretum Triblis Metropolitani

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Octavo Die vero Mercurii 30 Octobris. Lovicii

Lectum die 15. Januarii Anno 1749.

Pro Illstri Clmo et Adm Rndo M. Casimiro Jarmundowicz U. J. Professore Ecclesiae Collegiatae Illmi Obm Cracoviens. Canonico et Vblis Capituli ejusdem Procuratore Origitr Actore, ad Pdens Citato, contra Mfcos Adamum Zborowski Capitaneum Czerniech. et Euphemiam Mariannam Conjuges Bonorum Drzeiowice Haeredes seu suo Jure Possessores Appellantes praetensos.

Coram Perillustri et Revmo Domino Guilhelmo Robertson U. I. Dre Archidiacono Posnanie, Metropolitano Gnesnensi, Varsaviensi Canco Custode Loviciensi Proposito Infulato Camenensi ad Universitatem Causarum Sedis vacantis Archiepiscopatus Gnesnensis Judice Delegato comparens personaliter Nobilis Lucas Niegardowski suprasptus Citati Procurator in termino ex copiis citationis à Judicio praesenti emanatae et die 11. mensis elapsi octobris intimatae pro hodie cadente contumaciam dictorum assertorum appellantium quatenus non comparentium, nec suam actionem seu assertam appellationem in causa Decimarum manipularium omnis grani ex agris et araturis Bonorum Drozeiowice Praedialibus et Cmethonalibus provenienti ad Vble Capitulum SSmi Obmi Cracovien. spectanti et Decretis adjudicatarum via executionis vertenti, prosequenti accusavit, et in eorum contumaciam, ne executio Decretorum tam primae instantiae quam Judicii praesentis Metropolitani impediat, Remedia Juris seu Citationem ab hoc Tribunali exportatam circumscribi et Causam pro executione ad primam Instantiam remitti ac in expensis Causatis condemnari postulavit salvo omni. = Praesente Nobili Martino Loscieiowski suprascriptorum Magnificorum Zborowskich Conjugum Principalium appellantium et Recurrentium Actorum Procuratore producta citatione originali ab hoc Tribunali Metropolitano Gnesnen. contra suprasptum Vble Capitulum Praelatorum et Canonicorum Ecclesiae Collegiatae SSmi Obmi Cracoviae emanata legitime ut apparebat executa juxta eundem Decretum hujus Tribunalis Metropolitani stante plena Sede Archiepiscopali sub die Lunae 10 Mensis Julij Anno praeterito Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Septimo in causa praetensarum ex adverso memoratarum Decimarum manipularium à Vbli Conrio Gnrli Cracoviensi ad Tribunal praesens devoluta latum taxationis seu reductionis eidem Capitulo pro uno termino expensarum ad florenos Centum quos dictum Vble Capitulum pro hocce termino nullatenus fecit, nec Listam earum ad contradicendum appellantibus communicavit, nec prout de Jure aliàs juxta L. Sancimus 15.

C. lib 3. tit. 1. de Judic. et tradita per Ridolphinum in Praxi Judiciaria Par. 1. cap 13. n 617 super iis, quod praecise pro dicto termino ac realiter sunt erogati juramentum praestitit, neq praestare potest, siquidem pro eodem Decreto juxta taxam Jurium Cancellariae Tribunalis praesentis nonnisi duodecem florenos Polonicales duntaxat solvit, et hocce Decretum modico labore Procuratoris ab adverso comparentis in assertam contumaciam appellantium erat lucratum, ideoq ultra aliquot florenos expensam praedictae Procuratore fecisse non debuerat, alias verò expensas non pro eodem termino factas impertinenter porrexit, ad refusionemq praefatarum expensarum etiam pro illo termino factarum appellantes uti non verè contumaces, et ante cognitionem Causae non tenentur, revocari, ac ex rationibus jamalias in Actis expressis, praevia repositione Decretorum hujus Tribunalis Metropolitani, quibus Remedia Juris ea in Causa circumscripta, appellationem seu appellationes a Decretis Imae Instantiae admitti, Jurisdictionem metropolitanam fundari, ulteriorem Processum decerni, ad ulteriusq citandum locum assignari petente salvo omnis = Praesente Nobli Luca Niegardowski suprascripti Illis Procuratoris Ublis Capli Stae Obm Cracoviens Citati nomine Procuratorio comparente salvis protestandoq solenniter de taxatione laboris sui comparentis per Procuratorem ad adverso comparentem, nullum Interesse, nullam rationem et nullam competentiam habentem, nec de suo peculio quidquam in Causam praesentem expendentem, ejus laborem itidem aliquot florenos vix valere, et ~~pri~~ Principales non ~~plus~~ expendere non plus debuisse inferente, et Replicationes ad rationes appellantium in Jure et documentis fundatas in Scarsivo folio producente, quibus inhaerendo petita in iisdem decerni petente = Quarum replicationum tenor talis = Restitutionem adversus Decretum Tribunalis praesentis Metropolitani de Anno 1747mo Die Mercurii 19 Mensis Aprilis inter modernum Citatum, seu Venerabile Capitulum Stae Obm Cracoviense et Magnificos Potockie antea actos Bonorum Drozeiowice Haeredes et Possessores latum, Decreti primae Instantiae confirmatorium ab adverso expetitam, non esse concessibilem ex rationibus,

= Ima quia ad petendam restitutionem in integrum jure fixum est de Jure quadriennium à tempore seu die lesionis et scientiæ Vallensis lib. 1. §. 2. h. t. n. 1. ad quam Magnificus Capitaneus hiet tam de Processu primæ Instantiæ hac in causa gesto, quam decretis latis scivebit: ut in continenti deducitur: nullum tamen passum fecit. = 2da quia ad consequendam restitutionem debet petens eam omnino probare lesionem, illamq non modicam, quam Judex merito contemnere potest: Non enim subtiles judicata, quæ jure subsistit, ob rem minimam rescindi debeat, cùm ut dici vulgo solet, de minimis non est curandum idem Vallens. loco citato n. 5. Engel. Decretal. lib. 1. h. t. n. 13. = 3tia quia causæ debent esse justæ, necessariæ et probabiles probiscrandæ restitutionis, nempe quod agens non fuerit legitimè defensus, vel ex causa necessaria videlicet Reip: vel legationis, vel alterius publici officii absens fuerit vel legitimè impeditus, ut Procuratorem relinquere non valeret, et tales causæ omnino debent allegari et probari, quod si non probentur restitutio non est concedenda, prout Jus Canonicum h. t. disponit et referunt Engel loc. cit. Alciatus in compendio Processus h. t. fol. 166 & segq. = 4ta quia lapsus ut causet restitutionem non debet esse fortuitus, sed requiritur, ut vel dolo aut fraude Procuratoris vel alterius evenerit idem Engel loc. cit. n. 15. = 5ta quia ad obtinendam restitutionem requiritur nova defensio, nempe exceptio vel probatio necessaria omissa, seu Instrumentum aliquod intermissum fuerit, nam super jam productis non datur restitutio idem Alciat. loc. cit. = 6ta quia ad dictam restitutionem requiritur in Procuratore mandatum speciale. Engel loc. cit. n. 16 et tit. 38. de Procuratoribus n. 13. non enim sufficit generale, quia juxta Regulam Juris Pontificii in 6. = in generali conceptione non veniunt, quæ quis verisimiliter ex in specie non sub sub esset concepturus. Consequenter Procurator Appellantis protensi adhuc tenetur audiendus non est. Et quia nulla justa causa justificatur, nec aliqua documenta nova ex adverso producuntur, dum tacat eadem Transactio, quæ per Magnific. Potockie anteactos Hæredes tam in prima quàm in hac secunda Instantia producta, ea bene discussa, perpensa trutinata et Decretis mediantibus declarata est. Itaq de eadem tanquam jam peremptæ non est controvertendum, modernig

Actores audiendi non sunt replicando deducente. Nec assertas rationes pro restitutione in integrum ex adverso datas valere ═══ 1mam quod acsi Magnifici Potockie anteacti Hæredes pro tempore lati Decreti acsi de Bonis Drozeiowice de Anno 1741mo Sabbato post Festum S. Jacobi cedentes, parum hanc Causam et defensionem ejus curaverint, et acsi propter insufficientem defensam ejusmodi Decretum favore Ublis Capituli prolatum fuerit, id enim a parte adversa minime justificatur imo constat ex actis, dictos Magnificos Potockie sufficientes expensas dedisse, et hanc Transactionem quæ ad præsens obtradit produxisse et ad hoc Tribunal a Decreto primæ Instantiæ recursum fecisse, hicq post informationes in facto et jure pro admissibilitate vel non admissibilitate appellationis, et subsistentia vel insubsistentia Transactionis ab utrinq datas, et serias partium controversias decretum contra se Justitiæ conforme reportasse, et rem jam evictam considerantes, eisdem Decretis parendo pro manipulari Decima pro annis tribus retenta valorem certum cum Auctione Illustri Procuratori Ublis Capituli persolvisse, et sic juste processisse. ═══ Nec Zdam quidquam operari, quod moderni appellantes non fuerint ad Causam Magnificis Potockie intentatam adcitati, exindeq acsi ipsis sit præjudicium illatum: Non erat enim ipsorum necessaria adcitatio, quandoquidem Magnifici Potockie dicta Bona Drozeiowice Jure Hæreditario possidebant, prout se in Actis semper Hæredes scripserunt, hancq Transactionem et non aliam produxerunt, et defensas in ea fundatas dederunt. Ac ideo prætensum præjudicium ab adverso figuratum obstante scientia de Processu cum anteactis Hæredibus et Possessoribus observato, tum quod onus Decimarum sit reale non personale, non esse attendibile replicando deducente. Neq appellationem prætensam esse admissibilem à Decreto primæ Instantiæ de Anno 1740 die Veneris 8va Mensis Julii lato, et in hac Secunda Instantia approbato, quia de interposita ab eo, per actores modernos appellatione in tempore de Jure requisito non docetur, tum quia idem Decretum in rem Judicatam transiit, à re autem Judicata non datur appellatio tex. in c. quod ad Consultationem De sent. et Re judica: Nec ab altero Decreto de Ao 1746 die Mercurii 5 Mensis Octobris cum modernis Actoribus lato, præfatorum Decretorum executivo

esse concessibilem appellationem, quia ab executione sententie non est de Jure permissa appellatio cum. l. qui. 2. q. 6. § ab executione et dicto c. quod ad consultationem replicando deducente. Necrationes partis pro admissibilitate appellationis datas valere et subsistere replicante, primo quoad 1am: quod acsi dictum Vble capitulum nullum Jus petitorium ad prefatas Decimas ex agris Ville Drzeiowice ex agris prædialibus et quethonalibus habeat; licet quidem Heredes dictorum Bonorum spectantium earundem 1ma ad Venerabile capitulum et jus eandem spectantium emerint per Transactionem et oblatam solutionem agnoverint et agnoscant, quia tamen per Procuratorem Appellantium negatur, ideo tollendo negationem Privilegium Authenticum per Illmum olim Martinum Szyszkowski Episcopum Cracovien. Anno Dni 1626. die 8. Mensis Maii Bodzantini datum, prefatas Decimas Vbli capitulo donatas eruntium producente. 2do quoad 2dam quod acsi supradicta Decreta præcise inmitantur tantum sententiæ definitive pro parte Vblis capituli Anno 1627 die Mercurii 6. Mensis Octobris late, quodq Decima manipularis ex agris huntsat Prædialibus in Drzeiowice sit adjudicata, et acsi nunquam in possessione manipularis Decime Vble capitulum extiterit, juramentum illationem nihil valere, quia eadem Decreta non unico Decreto Decimarum adjudicativo inmittuntur. Sed ut ex aliis juribus et documentis sunt prolata ut constat ex actis. Nec obstat quod Decretum de Decimis prædialibus obtemperatum, nam id intelligendum et tenendum pro tempore lati Decreti Methones non fuisse renitentes in extraditione manipularis Decime ideoq necessitatem convenendi illos non fuisse inferente. Et quod idem Decretum ad executionem deductum fuerit, in possessionem manipularis Decime de Drzeiowice Vble capitulum extiterit, delationibus binarum stationum Terrestrium Vtilitantium ex in tantia Vblis capituli contra Enosum Christophorum Zembek Ville Drzeiowice Heredem accasione vi et violenter intercepta Decima manipularis pro annis duobus Valoris quolibet anno trecentarum Marcarum pecunia taxa in se mille marcarum pecunia Polonq continens in Decreto Ime Instantiæ de actu expensarum, et lectis eiusdem in certarum; Et Quietatione Officiosa de Anno Dni 1630. actus Judicii à Deo inserta, aliis officiosis rebus deducente. 3tio quoad 3tiam quod acsi prefato manipularis Decime composito inmutabiles inter dictum Vble

Capitulum et Gnosum Christophorum Szembek Hæredem in Drozeiowice pro Summa Centum florenorum Polonicalium quotannis solvenda, eousq duratura, quousq Familia illius in dictis Bonis Hæreditaverit ad formam Brevis Urbani VIII. Papæ intercesserit. Id pariter nihil juvare partem, siquidem dicta Transactio non cum Capitulo, sed cum certis Personis privatis, nec ad tenorem Brevis Urbani VIII Papæ, quia eam non præcesserunt specialia de Jure requisita, utpote nullus præcessit Tractatus cum consensu Loci Ordinarii, nulla Commissio aut revisio fundi decimalis facta nec præmissa æstimatio valoris Decimæ, nec pensati Anni fertilitatis tum sterilitatis ores et medii, nec causæ legitimæ, videlicet necessitas et major Ecclesiæ utilitas verificatæ, nec aliquæ lites aut controversiæ erant probatæ, quæ probari non potuissent, cum dicta Decima Manipularis tam ante quam post Librum Retaxationum manipularis sine controversia extradebatur, ut constat ex Libro Retaxationum Privilegio Donationis ejusdem Decimæ et aliis supra adductis. Nec aliqua cognitio per Loci Ordinarium cum duobus è medio Capituli Cathedralis Canonicis subsecuta fuit, consequenter dicta Transactio tanquam per privatas Personas facta ipso jure censetur nulla. = 4to quo ad 4tam. Quod acsi dicta Compositio per utramq partem sit subscripta, et per Præpositum Capituli acsi Præsidentem sit approbata. Id nihil operari posse ex eo; quia ea privatim et non Capitulariter a Personis privatis est subscripta: Non constat enim de aliquo mandato aut Consensu Capitulari dictis personis dato, dum nec Procurator Capituli in eadem specificatur nisi septem Personæ quæ aliis in majori longe numero et toti Capitulo nequaquam præjudicare potuerunt, nec ullus in asserta transactione subscripsit se nomine Capituli, per consequens quidquid isti fecerunt, privata authoritate fecisse dignoscuntur. Utiq si Capitulariter vel de assensu Capituli facta fuisset, non privatorum sigillis, sed sigillo Capitulari munita extitisset. Nec asserta approbatio acsi per Præpositum Capituli pro tunc acsi præsidentem, cui Canonicus est prælocatus, annotata valet, quia ea absq relatione ad totum Capitulum est facta, quæ tamen relatio uti in re gravi et Ecclesiæ ac Vbli Capitulo præjudiciosa omnino fieri debuit. Item quia præmissa omnes Personas Capitulares alias totum Capitulum respiciebant, ac ideo oportuit omnino omnium intervenire consensum et subscriptionem, nam ex Regula Juris Pontificii 29na in 6to, quod omnes tangit debet ab omnibus approbari, et ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum Regula Juris 9. in 6to. Proinde dicta Transactio ex defectu consensus

omnium Personarum Capitularium et subscriptionis, sed tum ex supra adductis nullitati subjacens nequit impedire executionem Decretorum, quia juxta Reg. Juris 56. in 6to, non praestat impedimentum quod de Jure non sortitur effectum = Sto quo ad Stanu Quod acsi haec Transactio fuerit ac sit de Jure firma et valida, tum quod acsi dicta manipularis Decima fuerit litigiosa, in ejusq. possessione acsi Venerabile Capitulum non extiterit quodq. de re litigiosa transigi liceat Eludendo Partis adsae illationem, decimam de qua res, non esse litigiosam seu rem dubiam, sed certam et manifestam, quia pro tempore Libri Retaxationum de Anno 1529. conscripti quod producitur integraliter manipularis extradebatur ut sunt verba ibi = In Drozeiowice tota Decima manipularis Item quia mediante Privilegio Illmi olim Martini Szyszkowski Epi Cracoviensis de Anno 1626 eadem Decima manipularis prout erat, Venerabili Capitulo est donata, ut sunt verba in Privilegio ibi = Decimas manipulares in agris et araturis tam Praedialibus quam Colonorum totas et integras. Villarum Drozeiowice p de omni grano et semine excrescentes Juri et dispositioni Nostrae subjectas dandas, attribuendas incorporandas et adscribendas duximus. = Item quia super eadem res judicata de Anno 1627 die 6. Mensis Octobris Cracoviae intercessit, post rem autem judicatam res certa jure censetur juxta Vallens per Partem adversam cit. lib. 1. tit. 36. n. 1. Tum quia Venerabile Capitulum in possessione illius extitit, ut Relatione Citationum Terrestrium Visliciensium et Quietatione Gnoso Christophoro Szembek de Anno 1638. data, Actis primae Instantiae ingrossata deducitur, ac ideo cum Decima manipularis per sententiam sit determinata, amplius Transactione definiri non potuit, etenim non convenit Juri et justitiae ut ea, quae publico Judicio semel definita sunt, rursus privatorum Arbitratu in dubium revocentur. Unde dicta Transactio illicita et invalida apparet, utpote contra Constitutiones Synodales hujus Regni per Sae memoriae Urbanum VIII. Papam de Anno 1629 die Vigesima Octava Augusti constitutione illius incipiente = Militantis Ecclesiae p approbatas, commutationem Decimarum manipularium in quotam pecuniariam prohibentes inita quarum Lib. 3. tit. de Decimis fol. 107 sunt verba = Adiici=

entes & sub poena excommunicationis prohibentes ne aliquae Saecu-
lares aut Ecclesiasticae Personae solutionem Decimarum in hac Provincia
tam laudabiliter observatam commutare praesumant in pecuniariam
pensionem = Nec casui praesenti est applicabilis illatio Partis ad-
versae, quod de re litigiosa transigere liceat, quia Decima in Drozeiowice
manipularis competit Ubi Capitulo ex Juribus, & sic extrade-
batur, ac decreto evicta esse deducitur, Jura autem de Decimis per-
mittunt fieri transactiones, in quarum usu non fuerunt spirituales
nec super illis Erectiones et documenta habent, ut clare patet ex Con-
stitutione hujus Regni Anno 1607. fol. 835. in verbis. = Decimas
Dominorum spiritualium in Regno et dominiis ad illud spectantibus
necnon in Magno Ducatu Lithuaniae ex Bonis Nobilium in quarum
usu hactenus non sunt, nec erectiones, Inscriptiones, Contractus
Scriptos vel Decretis adjudicatos habent, et qui easdem Decimas
hactenus non daret ad Compositionem proxime futuram diffe-
rimus et suspendimus = Unde patet quod res litigiosa ea est super
qua nullum habetur documentum. Corruit item fundamentum
debile cum authoritatibus Juris per Partem adversam pro perpetuo
ac si duratura compositione assumptum in eo: = quod Laici possint
cum Ecclesia de Decimis componere; nam id intelligendum est de Trans-
actione pro decimis retentis seu subtractis in eunda, ut disponit
glossa per Partem adversam citata in c. ut super. De rebus Ecclesiae
non alienandis verbo - Possessiones ibi = Solent enim plerumque Re-
ges possessiones et reditus certos dare Ecclesiis loco decimarum, et
hoc satis potest fieri pro decimis subtractis sive retentis, sed pro fu-
turis non videtur admittenda talis commutatio. = Item nulla
et invalida dicta Transactio ex eo: Primo quia facta est per pri-
vatas personas non Capitulariter, adeoque illa Ecclesiae et Capitulo ac
Successoribus nullum praejudicium inferre valet, cum sit cum mor-
te illorum paciscentium extincta, nam Pacta antecessorum successo-
res ab illis independentes nequeunt obligare ad standum eisdem,
res enim inter alios acta aliis obesse non potest. Engel Decretalium
lib. 1. tit 36. de Transaction. n. 17. et cum sit a personis particulari-
bus et singularibus non Collegialiter facta, universis praejudicare
non potest, quia quod omnes tangit ab omnibus est approbandum.
c. ad haec 17 in fin De Offic Archid. gloss in c. si archiepiscopus ver-
bo - ab omnibus - de tempore ordinan. l. veterem 5. C: eodem De

authoritate à Tutor. præstant ubi dicit = si plures Tutores constituti sunt, debet omnium Authoritas intervenire alias actus redditur nullus Gail. lib. 2. Obser. 60 n. 13. 2do quia dicta Transactio sine authoritate Summi Pontificis est facta: adeoq personalis tantum et non realis, nec in successores transitoria jure censetur dicit Engel. loc. cit. de Transact. n. 17. tex: in c. Veniens h. tit. in verbis = Mandamus nisi præfati Monachi Transactionem præscriptam authoritate aplica confirmatam esse docuerint, cum alias inter Personas facta, quam inter Ecclesias videatur, ne pacta inter alios acta, aliis obesse patiamur, ipsos et agricolas decimationes ex quibuslibet rebus provenientes ex integro q restituere eidem Ecclesiæ compellatis = 3tio Quia in Transactione super re Ecclesiæ eædem solennitates requirunt, quæ in alienatione Ita Barb. univ. Jur. Ecclesiast. lib 3. cap 30 de rerum Ecclesiastic alienat. n. 40. Nam nomine alienationis veniunt Contractus et permutatio c. Nulli liceat 5 De reb Eccl. non alienand Engel lib. 3. tit 13. n. 11. In hac autem Transactione alienativa nullæ solennitates de Jure requisitæ reperiuntur, nempe nullus præcessit Tractatus solennis et diligens, qui in concessionibus perpetuis et alienationibus rerum Ecclesiasticarum exigitur per tex: in c. dudum De rebus Eccl. non alien: Nec Causæ justæ nempe necessitas utilitas ac aliæ verificatæ, nec summi Pontificis consensus habetur qui juxta c. Ambitiosæ hoc tit. intercedere debuit, ut etiam refert Piasecki par 2. cap. 9. art. 4 n. 15 in verbis = Maxime autem requisita solennitas est ut habeatur Consensus Sedis Aplicæ super alienatione facienda Engel h. t. n. 15. 4to Quia contra Transactionem alienativam solennitatibus requisitis destitutam non tantum successor Prælatus vel Capitulum sed etiam ipse alienans dicere et eam revocare potest Engel. de alien: loc. cit. n. 17, quia alienatio prohibita est, etiamsi facienda sit in aliam Ecclesiam vel in Ecclesiasticam Personam, nec licite etiam fieri potest etiam per Transactionem ut dicit Piasecki loc. cit. n. 11. in verbis = Prohibita est autem alienatio Bonorum Ecclesiæ etiamsi facienda sit in aliam Ecclesiam vel in Personam Ecclesiasticam, nec licite fieri potest etiam per Transactionem vel Compromissum, prohibitus enim alienare prohibetur et transigere. 5to Quia dicta Transactio seu Compositio est læsiva Ecclesiæ præfatæ ut constat ex Visitatione per Illmum olim Casimirum Lubienski Epum Cracoviæ de Anno 1711 expedita: quam læsionem agnoverunt ipsimet Hæredes et possessores anteacti, quando à Transactione præfata recedentes, quandoq centum Tymphones, quandoq centum Tymphones et duos Imperiales Vbli Capitulo pro Decima manipulari præfata offerebant, quam tamen quotam Vble Capitulum, ut constat ex Manifestationibus Hæredum, et pecuniariæ quotæ præsentationibus, non acceptaverat,

Appellans q modernus quadringentos florenos quot annis Solvendos pro ead. Decima declaravit, ut constat ex Punctis ad novam Transactionem per ipsum Ubli capitulo datis, unde cum lapsi ed. Ecclesiq Jure minoris debeat semper illesa servari per tex: in c. requisivit de restitut. in integr, hinc eadem adversus lapsionem restituenda est, cum Jure minoris semper gaudeat glos. in d. c. requisivit verb. Jure minoris ibi. = Ecclesia semper est minor, quia semper restituit & restituetur quamdiu laborat in his in quibus laditur: et pro re vera tunc tur Jure minoris et hoc est communis opinio = Et ratio est restitutionis semper consequenda, quia Prelati et alii Beneficiati sunt tantum Tutores Ecclesiarum et administratores Bonorum unde illorum actum nocere Ecclesiæ non potest; quia est regula juris Pontificii 76. in 6to: Delictum Personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare, replicando deducente. = 6to quo ad 6tam quod dicta Compositio licet sit sine admiculo Personarum capitularium Ecclesiæ Lathes. Cracovien. facta, tamen ad tenorem aeq ad tenorem Brevis Urbani de VIII. est eo quod aeq sit de mutuo Partium consensu inita. Illationem Partis elidendo eandem Compositionem non esse ad tenorem Brevis Urbani VII. quia ibi primo fuerant Compositiones super Decimis incertis et litigiosis, nec de consensu mutuo constat, quia cum Ubi capitulum non traxerit, sed tantum ad quosdam privatæ personæ, nec erant servatæ solennitates per Bullam, et est præscripto Juris ad alienationem requisita, imo constat de reclamatione dissensu et renitentia dicti Ubli capituli, et Protestationibus et præsentationibus pecunia per Hæredes factis in actis primæ instantiæ de quo tenore expresis, ideoq dicta Transactio est defectu Consensus capituli, tum et defectu Solennium de Jure requisitarum ex evidenti dispensu per non acceptationem quota et per intentatam pro manipulari Decima Gnosæ olim Christophoro Szembek actionem nulla et invalida debeatur. = 7mo quo ad 7mum quod aeq hæc Compositio fuit roborata et stabilita per institutam à Ubli capitulo in Anno 1645. Gnosæ olim Cristinæ Szembekowæ Secretæ olim Christophori Szembek Consorti relictæ viduæ super Decima manipulari actionem, et quod aeq approbatio de Consensu utriusq Partis vigore allegati Brevis intervenerit. Eandem allegationem esse insubsistentem, quia actio respectu manipulandæ Decimæ decreto evicto pro tribus annis non extradita fuit intentata, non resta apertam Transactionem, adeoq illa stabiliri non potuit, nam ex Regula Juris 69. in 6to: sicut exceptio non obiciens non videtur de intentione adversarii constitere, ita à parte ratione agens de manipulari

non videtur Contractum à privatis personis factum de Jure nullum approbare. Nec asserta approbatio Loci ordinarii ad tenorem Brevis Urbani VIII. intervenisse dici potest; quia non constat de aliquo termino Judiciali, neq de instantia neq de comparitione Venblis Capituli, aut consensu expresso, nec de solennitatibus de Jure ad alienationem requisitis. Debuit enim praecedere deputatio duarum Personarum Capitularium Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis ad revidendos fundos decimales, quae tamen non praecessit, nec Causae utilitatis aut necessitatis verificatae et cognitae, quae omnia fieri debuerunt stante dissensu et reclamatione Vblis Capituli, ut constat ex suprarecensitis Haeredum Protestationibus. Item quia ex supradictis rationibus praefata transactio est nulla, ideoq nec approbari potuit, nec est approbata ex eo, quia in eadem Compositione conditio = ut pro firmitate coram Illmo Dno Loci Ordinario per utramq Partem recognosceretur Anno 1638 fuit apposita: Approbatio vero ejusdem Anno 1646. quasi ad instantiam utriusq Partis et ex comparitione Gnosi olim Christophori Szembek transigentis aesi procurata fuerit, asseritur, ut sunt verba ibi = Quoadusq infrascriptus Gnosus Christophorus Szembek, ipsiusq legitimi Successores de Domo et Familia illius tantum Bona dictae Villae Drozeiowice tenuerint, habuerint possederint et ibidem haereditaverint, ad instantiam et supplicationem utriusq Partis approbandam duximus. = = quod non est verum; quia dictus Gnosus Christophorus Szembek pridem ante Annum 1646 vivere desiit; ut constat ex actibus Officiosis per Gnosam olim Cristinam Szembekowa dicti Gnosi Christophori Consortem Viduam relictam Anno 1643. et sequentibus Annis recognitis, ad acta primae instantiae porrectis et ingrossatis, ideoq dicta approbatio vitio irrealitatis laborat, dum nec de alterius Partis praesentia constat. = Item quia est defectus subscriptionis Illmi Dni Loci Ordinarii — Item quia per textum in dicto c. requisivit De restit. in integrum prohibetur Ordinariis, ne conditionem Ecclesiae faciant deteriorem ut sunt verba ibi = Cum Episcopo conditionem ejus deteriorem facere non liceat. = ac ideo quod non licuit id Illmus Loci Ordinarius facere n potuit, nam si approbavisset nulliter processisset, stante eo, quod dicta Transactio non Collegialiter sed privatim à particularibus Personis est facta. Item quia est alienativa rei Ecclesiasticae, cum autem res Ecclesiastica sine Consensu Summi Pontificis et sine debitis solennitatibus alienari nequeat obstante Juris prohibitione consequenter et approbatio fuit prohibita et nulla juxta Reg: Juris 39 in 6. Cum quid prohibetur, prohibentq

omnia quae sequuntur ex illo replicando deducente ═ 8vo quo ad 8vam
Quod acsi de asserta approbatione Loci ordinarii acsi verè de Anno 1646
secuta nullatenus sit dubitandum ex eo, quod in actis ejusdem Ordinarii
reperiatur. Eandem illationem nullam mereri attendentiam Imo quia
eadem approbatio verè non successit, cum Gnosus Christophorus Szembek
ad cujus comparitionem et instantiam facta esse enuntiatur, vivere
aliquot annis ante eandem desiit ut supradeductum est, et ipsa pars
adversa in sua allegatione numero 10. confitetur exindeq deducitur
falsa et irrealis 2do Quia Instrumentum habet fidem, donec contrari-
um probetur ut dicit Vallensis Lib 2. tit. 22. De fide Instrumentorum § 2. n. 2
Hinc cum contrarium deducatur in eo: quod nec idem Transigens, nec Pro-
curator Capituli nec aliqua Persona Capitularis nomine Capituli com pa-
rebat, aut pro approbatione instabat, nullae item solennitates praemis-
sae, nulla cognitio et nulla instantia facta fuisse apparet, consequenter
nullam meretur fidem 3tio Quia in eadem asserta approbatione e-
nuntiatur certa scientia Loci Ordinarii ut sunt verba ibi = De certa
scientia = Judex autem juxta suam privatam scientiam judicare aut
cognoscere signanter in re gravi et praejudiciosa ac injuriosa Ecclesiae
non debet, sed juxta leges, statuta, et secundum probata pronuntiare
tenetur juxta can. Judicet 3. q. 7. in verbis = Bonus Judex nil
ex arbitrio suo facit, et domesticae voluntatis proposito, sed juxta leges
et statuta pronuntiat, statutis Juris obtemperat non indulget pro-
priae voluntati = Vallens. lib 1. tit 32 de Officio Judic. § 2. n. 3. Ac ideo
asserta approbatio nomen approbationis seu sententiae non meretur
4to quia causae utilitatis et necessitatis verificatae non fuerunt, nul-
lusq Tractatus ad alienationem requisitus praecessit consequenter
dicta approbatio tanquam Juri et justitiae defformis et sic nulla, pro
nulla est censenda, Nam quae contra jus fiunt, pro infectis haberi
debent Regula Juris 64 in 6to. ═ 9no quo ad 9nam
Quod acsi idem actus assertae approbationis non sit de aliqua copia
actis insertus, sed acsi sit ipsum Decretum Loci ordinarii, quodque
acsi defectus subscriptionis, et sigilli non vitiet: Eandem illatio-
nem nihil operari quia ex supraadductis rationibus asserta appro
batio deducitur irrealis, et ideo nomen sententiae non meretur, neq
praesumptio aliqua pro subsistentia illius est habenda: Nam semper
creditur sententiae, ubi constat de Processu causae, sed ubi revocatur
in dubium, de ea non est praesumendum art glos. in c. Quoniam
de Probation. verbo Praesumatur. Unde tenendum est ex defectu
subscriptionis, sigilli et solennitatum intermissarum, copias clancu-

lum et dolose circa conservationem Actorum obtentas esse inferente, quod dicta approbatio pretensa non sit subsecuta, a Decreto Visitatoriali Illmi olim Lubien: Ep: Cracc Locumtenentis de Anno 1712 examinatis proventibus et Juribus Collegiatæ Illm Oppoviæ lato deducente et Actis primæ instantiæ remonstrante = Ad Imo quo ad Imam Quod dicta approbatio pretensa non sit nulla ex eo: quod pro tempore illius Generosus olim Christophorus Szembek transigens in vitis non extiterit. Quod eandem post data illius Successores procurare potuerant: Quod illationem esse insubsistentem; quia Ordinarius si vere approbavisset dixisset utique et expressisset, quod ad supplicationem Generosæ Virginis Szembekianæ Generosi olim Christophori Consortis relictæ Viduæ et ejus Successorum Transactionem approbavit; Sed quia in eadem clare expressum est, quod ad supplicationem Suoj Christophori [: qui priden vivere desiit :] sit subsecuta prout ab adverso agnoscitur consequenter dicta approbatio non potest dici vera et realis. Nec allegationem Partis: quod dicti Successores approbationem procurare potuerant, mereri attendentiam; quia de jure certa et clara requiritur probatio, ut dicit Vallensis lib 2. tit. 19. de probation. §. 5. n. 1. = Item quia ab adverso non docetur clare, quod Consors Suoj Christophori, aut Successores approbationem procuraverint, ita stante contraria ex parte Vtis Capituli clara approbatione, eandem allegationem tanquam speculativam et imaginariam, tum distinctionem asseriam [: cùm ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus :] inattendibilem esse replicando deducente. = Ad IImo quo ad IImam Quod dicta Compositio fuerit in Observantia ex quo sem el quietantia per Procuratorem dicti nomine Capituli data fuit: Eandem allegationem nihil valere; quia ad observantiam inducendam requiruntur actus frequentati, iig uniformes, prout etiam in consuetudinis observantia Vallens Lib. 1. tit. 4. §. 2. n. 5. = Item quia Transactio est nulla et supra datis rationibus, approbatio irrealis, consequenter, et dicta una quietantia, etiamsi vera data fuisset, Partem adversam non juvaret, quia ex malo principio legitima consequentia non infertur. Gaill. Pract. de Arest. cap. 1. n. 22. et accessorium sequitur naturam sui Principalis. C. accessorium de Reg. Jur. in 6to. Nec nocere potest Vbi Capitulo dicta quietantia unica per Procuratorem

964 Vblis Capituli aut noviter accedentem, aut non plene informatum de Juribus dicti Vblis Capituli data, quia in Collegiis et Capitulis saepe mutantur Procuratores, ideoq per ignorantiam uti noviter accedens et in credulitate ex jactantia Generosae Szembekowa resultante, potuit dare quietantiam unicam, praesumitq enim ignorantia, ubi scientia non probatur. regula Juris 47 in 6to. = Item quia pars adversa non producit pro anterioribus annis et successive post quietantiam datam sequentibus similes quietationes, imo constat ex manifestationibus et praesentationibus Decimae pecuniariae per Haeredes factis majores quotas /: ut pars adversa in 12mo agnoscit /: Vbli Capitulo pro Decima manipulari de Brozeiowice obtrusas et non acceptatas fuisse, consequenter nec observantiam probatam esse remonstrante ≡ Π2mo ad Π2mam

Quod Venerabilis Capituli Procuratores acceptare recusabant oblatas per Haeredes quotas centum Tynphonum et duorum Imperialium pro Decima de Brozeiowice acsi juxta compositionem, et Haeredes acsi eas reponebant, Replicando contra allegationem Partis, Procuratores Vblis Capituli quotas oblatas acceptare non potuisse, nec acceptaverant; quia eadem quotae licet auctae fuerunt tamen et sunt praejudiciosae inferente, ideoq eandem Transactionem et quotam oblatam juste non fuisse acceptam, cum Successor ad Contractum tenendum sui Antecessoris non obligetur, imo teneatq illum revocare ut dicit Hieronymus de Venero lib. 8. cap. 5 De precariis n. 14 deducente, et per non acceptationem etiam majoris quotae Vbli Capitulo oblatae, transactionem cum privatis Personis non cum Capitulo factam esse remonstrante ≡ Π3tio ad Π3am

Quod acsi reclamatio, renitentia et dissensus V. Capituli in acceptatione quotae, non possit assertam Transactionem invalidare ex eo, quod acsi per Capitulum fuerit acceptata et ratificata, quodq Contractus obligent Successores et annihilari nequeant altera parte dissentiente: Eandem illationem nihil valere ex eo: Πmo Quia Vble Capitulum non transegit cum Gnoso olim Christophoro Szembek sed quaedam Particulares personae nomine suo non nomine Capituli ac ideo Capitulum ad manutentionem illius non obligatur, quia res inter alios acta aliis non praejudicat c. Veniens 8 De Transact. et c. Inter dilectos De fide Instrument. §. Porro si legitimum 2do quia eadem non est ratificata per Capitulum, quoniam eam non

nomine illius, sed nomine proprio personæ Capitulares fecerunt, ratum autem quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum Reg: Jur. 9. in 6to. Item quia non constat de ratihabitionis literis, aut de consensu Capituli, imò à tempore Transactionis probatur dissensus et reclamatio Venerabilis Capituli sæpedictis manifestationibus Hæredum. Recessus item deducit Hæredum anteactorum et appellantium modernorum, per oblationem majoris longè quotæ; quæ Anno 1741mo nempe centum tynphonum et duorum Imperialium pro manipulari Decima de Brozeiowice, nulla facta mentione de compositione. Pro Anno autem 1743. quadringentorum florenorum Polonæ, Ideo stante continuo dissensu Vblis Capituli et recessu Hæredum anteactorum, etiam modernorum Appellantium dicta Transactio est nulla. 13tio Quia sine ulla justa Causa dicta Transactio facta esse apparet, ideoq nullum effectum operari potest: Nam quidquid sine Causa agit nihil regulariter operat Mascar. de Probation. Vol. 1. Concl. 4345 n. 14. 4to Quia est alienativa rei Ecclesiasticæ et solennitatibus juris destituta, et sic illicita, nam sicut alienare ita et transigere de re Ecclesiæ sine Beneplacito Sedis apostolicæ Prælato non licet, quia Prælatus habet liberam potestatem rei duntaxat benè gerendæ, non autem perdendæ et dissipandæ juxta decis. Rotæ in Causa Decimarum Galuszyce Diœce: Crac. coram Cafarello Veneris 25 A. 1706. et Lunæ 29 Aprilis 1709 subsecutt. Vallenæ lib. 1. de Transact. tit. 36. §2. n. 4. et ideo dictis Transigentibus, nec suo nomine privato jure eis resistente, nec nomine Capituli sine consensu ejusd transactionem præfatam facere licuit, nam juxta reg: Juris 67. in 6to Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. 5to Quia est læsiva Ecclesiæ dicta Transactio, ut Visitatione Illmi Loci ordinarii de Anno 1771mo expedita, et ipsius appellantis oblatione summæ quolibet Anno solvendæ Quadringentorum florenorum Polonæ pro Decima, de qua agitur, tum recognitionem Vblis Augustini Antoniewicz Clerici ad exdecimandas Decimas ex agris Prædialibus et Cmethonalibus Villæ Brozeiowice Vbli Capitulo adjudicatas destinati de Anno 1743. die 19na Mensis Augusti coram actis Consistorialibus facta probatur. Et cum alientatio etiam ex justa Causa et solenniter facta ob læsionem rescindenda sit, multo magis cum in casu præsenti nulla justa Causa et nulla præcessit solennitas, est nullius momenti, juxta dictum Hieronymi de Venero in Examine Episc. lib 3. cap 12. de Reb. Eccl. alienanæ vel non n. 12 et 13. Nec allegationes Juris ab adverso quadrant ad Casum et Causam præsentem, quia ut supra Transactio cum privatis personis facta est, et non fuit in observantia, quarum

quarum placitum non est successorum obligatorium, nec c. contingit De Transaction. valet applicari, quia ibi de Prælato ratihabitionem habente dicitur, quæ hic non præcessit imo reclamatio continua apparet, Tum quia illud de Transactione respectu rei controversiæ et dubiæ ineunda, illaque vel momentanea, vel ad vitam tantum duratura (: dum de perpetuitate nulla mentio est facta :) obloquitur: hic verò decima certa et evidens Decretis evicta apparet replicante. ═══ Π4to ad Π4tam Quod acsi in Compositione prætacta non sit recessum per Antecessores appellantium, offerentes seu obtrudentes quandoque centum Tynphones, quandoque item Tynphones Centum et duos Imperiales, quandoque eadem summa cum auctione semper per non inspectionem acsi tranactionis oblata fuerit, eaque oblatio acsi appellantibus nocere nequeat; Elidendo Partis adversæ illationem, Hæredes dictorum Bonorum Drozeiowice verè a præfata transactione recessisse, et conscientia tactos majores quotas Venerabili Capitulo obtulisse, Magnificumque Potocki immediatum eorundem Bonorum Hæredem summam cum notabili Auctione pro Decima manipulari adjudicata Vbli Capitulo persolvisse, ut in continenti deducitur modernumque appellantem, Centum Tynphones et duos Imperiales pro eadem Decima manipulari evicta in Anno 1741mo recedendo a Transactione, nec eam commemorando Vbli Capitulo obtulisse, et pro Anno 1743 quadringentos florenos, et quotannis eosdem se soluturum declarâsse. Recognitione et præsentatione coram Actis Conrii Crac. de Anno 1741mo die 15 Julii per Nobilem Albertum Bielecki, ejus mandatarium facta, et Scripto manu Magnifici Appellantis signato deducente, sicque Transactionem annihilatam esse remonstrante, et factum Hæredis obligare Successorem Hæreditarium, nec contra illud eundem Successorem venire posse ut dicit Engel Decret. lib. 1. de Transaction. tit. 36 n. 17 quia juxta regulam Juris qui in Jus dominiumque alterius succedit jure ejus uti debet, Decius de Reg. Jur. in l. qui in Jus Reg. 137 n. 1. deducente ═══ Π5to et Π6to ad Π5tam et Π6tam. Quod Magnifica appellans per lineam rectam descendat à Gnoso olim Christophoro Szembek, exindeque beneficio compositionis acsi cum illo initæ gaudere debeat, quodque Decreta utriusque Instantiæ acsi sint injusta, Nihil juvaret Partem adversam, quamvis probaret se procedere à Gnoso olim Christophoro Szembek, quia Compositio ex supradatis rationibus est nulla, et Decretis quæ in rem judicatam transiverunt est cassata. Item ab quia ab eadem ipsimet appellantes recesserunt deducente, et Decreta esse Juri et Justitiæ conformia remonstrante, allegatamque Bullam Urbani VIII. in supradatis rationibus non quadrare ad Causam, nec esse in observantia quoad approbationem Transactionum

Super quantitate Decimarum, tum Constitutionem Anni 1635, ex quo, quo
ad compositiones in perpetuum vel ad vitam faciendas non fuit alignando nec
est in observantia, inapplicabilem esse causa presentis, nec alias authoritates
quadrare ad casum nempe c. ex multiplici De decimis, quia illud de personali, ita
as ad vitam tantum transigentium compositione duratura disponit in verbis=
= Ex multiplici conquestione Oblis Presbyteri accepimus, quod cum inter Abbatem
et predictum Presbyterum talis intercesserit conventio D quod Monachus dicto Pre-
sbytero et Ecclesiæ D quamdiu viveret Decimas persolverent D= & glossa ibid
verbo: Eandem conventionem. c. Item statuimus De Transact. disponit de com-
positionibus inter Collegium & alignam personam spiritualem inendis, quod
cum Laicis non possint fieri Compositiones sine authoritate Summi Pontifias,
ut ex dicto c. patet.= Statuimus ut si super Decimis inter Vos et aliquam
Personam Ecclesiasticam compositio facta fuerit= gloss. ibidem verbo Per-
sonam Ecclesiasticam= quod dicat cum Laicis non possent taliter componere,
ut ex illo spirituali quod Ecclesiis debent, aliquid retinere possint, cum
Laicis spiritualia possidere sine periculo animarum non liceat.= & infra
= et si videtur quod cum Laicis non possit fieri compositio, ut minus sol-
vant, nisi Papa authoritatem præstaret= deducente. Ac proinde
inhærendo præmissis rationibus, item actis prima Instantia, quibus do-
cumentis & decretis tam prima quam 2da Instantiarum insistendo, item
Decisionibus La Rota in simili materia latis, non esse locum petitæ
restitutioni etiam ex defectu specialis mandati in Procuratore appellantis
adinveniri, appellationem non esse admissibilem in via executionis Sacre-
torum, cum à re judicata Executione illius non detur appellatio d. c. quia
ad consultationem De sent. et re judic. quibus de ejus interpositione legi-
tima ab adverso non docet, declarari, et stando decretis anterioribus
hujus Tribunalis quibus circumscripta sunt Remedia Juris, et cau-
sa executionis cum condemnatione appellantium in expensis ad primam
Instantiam est rectissima decerni, ac inhærendo c. Ut debitus extra et
c. cum appellat. de appellation in 6to de expensis & damnis causatis
appellantes protensus condemnari petente. salvo omni &

Qui Perillustris Rmus Dominus Judex Delegatus Metropolitanus sede
Sede Vacante Archiepiscopatus Pragensis supranominatus Sedens & auditis
visis & lectis actis prima Instantia in causa presenti adhuc in Anno Mil-
lesimo Septingentesimo Quadragesimo primo ad Tribunal Metropolitanum
Pragense translatis. Visis item et lecto Decreto ejusd Tribunalis Metro-
politani ex levibus Partium controversiis Anno prefato Millesimo Septinge-
simo Quadragesimo primo die Secunda Mensis Junii lato, quo me-
diante post discussas controversias Partium in causa presenti factas
Decretum revocatorium Remediorum, et Remissionis causæ pro ulteriori
processu videlicet executivo cum condemnatione in expensis prodiit,

illudq tam in negotio principali quam in expensis per satisfactionem per partem pro tunc litigantem acceptatum prout ex quietatione a parte appellata lucrata enuntiatur. Viso item et lecto altero Decreto ejusdem Tribunalis Metropolitani sub die Veneris secunda Mensis Junii Anno 1747. in contumaciam partis alterius acsi appellantis lato, quo eadem pars in expensis condemnata. Tum subsequenti altero sub die Lunae 10 Mensis Julii Anno eodem secundo, quo dictae expensae refundi expetitae, et per listam productam liquidatae, et ex adverso contra ipsas ad summam centum octuaginta florenorum polonicalium ascendentes absolutè nihil scripto vel dicto illatum seu exceptum fuit, et propterea idem Tribunal easdem ad summam centum florenorum ex moderamine suo reduxit, illasq in continenti solvere mandavit. Consideratis autem modernis illationibus pro parte appellante factis, illas fuisse de compositione easdem ut in prima et secunda instantia aliquoties adductae fuerant, nihilq perimentis judicatorum in se continere declaravit, et tamquo ad negotium principale quam pro expensis ex contumacia succubitis standum Decretis latis decrevit, pro illorumq executione causam ad judicium primae instantiae remisit. A quo Decreto Procurator Appellantium ad quomde jure appellavit. Et Perillustris Dnus Judex eandem appellationem refutavit.

Ex Actis Illustrissimi et Rndmi Domini D. Josephi Antonii de Iwanie Iwanski, Ecclesiarum Almae Metropolitanae Gnesnen. et Cathedralis Vladislaviensis Canonici, Collegiatae Czarkovien. Praepositi, Sede Vacante Archiepiscopatus Gnesnensis Generalis Administratoris extractum, et Sigillo ejusdem Illmi et Rndmi Dni Administratoris communitum

L. + S. Casimirus Stominski Sedis Vacantis Archiepiscopatus Gnesnen. Notarius.

Processus cum Magnicis Zborowskie

Vide fol 934 Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Secundo Die Veneris Vigesima Secunda Mensis Junij

Coram Perlls et Rmo Dmo Michaele de Granow Wodzicki Decano Vicario in Spiritualibus et Officiali Gnli Cracovien.

Abbate Commendatario Wąchocensi in publica Causarum audientia comparens personaliter Illustris et Adm Rndus M. Casimirus Jarmundowicz Ecclesiae Collatae Sanctae Omnium Cracoviae Praepositus Canonicus et Procurator ejusdem Capituli, pro totiusque ejusdem Capituli nomine Principalis actor in termino hodierno ex Citatione literali debitè executa provenienti Decretum definitivum tum et Censuras in hujusmodi Decreto in Causa inter suprascriptos actores ex una et Magnificos Franciscum Potocki Exercitus Sae Rae Mttis Colonellum et Mariannam Conjuges Bonorum Villae Drozeiowice immediatos Possessores, tum et Laboriosos Cmethones Hortulanos et Incolas ejusdem Villae occasione denegatae extraditionis Decimae manipularis tam ex agris et araturis Praedialibus quam Cmethonalibus ejusdem Villae Drozeiowice provenientes ad suprascriptum Capitulum de Jure et antiqua possessione spectantes et pertinentes parte ab altera in Judicio praesenti die Veneris 7 Mensis Julij Anno 1741mo vigore remissionis Causae ex Judicio Metropolitano Gnesnensi ad Judicium praesens factae latum et extensas ipsos afficere debere debere declarari, ad parendum eidem Decreto tum et praeallegatis Censuris suprascriptos Citatos dictae Villae Drozeiowice Possessores necnon dictos Incolas cogi, in damnis et litis expensis condemnari debita cum instantia postulavit. Praesente Nobili Adalberto Banaczkowski Magnificorum Adami Zborowski Capitanei Czerniechoviensis et Mariannae Conjugum Bonorum Villae Drozeiowice Haeredum et Possessorum necnon Laboriosorum Cmetonum Hortulanorum et Incolarum ejusdem Villae Drozeiowice Citatorum ex adverso Principalium Procuratore, quoniam asserta Decreta cum quopiam tertio prolata sunt, sui verò Principales motoprimum possessionem Bonorum sunt adepti, ideo copias Decreti ad Secundam Juris suis Principalibus dari et concedi petente, et per Dominum cum termini conservatione obtinente Praesente me quo supra Actuario

Anno quo supra die Lunae Decima Mensis Septembris

Causa Decimarum Prozeiowice ad quindenam dilata, et terminus conservatus presente me ipso supra actuario

Ex Protocollo Actorum Consistorii Curiis Cracextra-ctum et Sigillo Illmi et Rndmi Domini Officialis Generalis Cracoviensis communitum

Decretum Curiæ Episcopalis latum Aº 1741.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Primo die Veneris Decimatertia Mensis Novembris

Coram Judicio Eminentissimi et Rndmi Domini Joannis Alexandri Miseratione Divina Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Lipskei Episcopi Cracoviens. Ducis Severiæ in publica Causarum audientia comparens personaliter Nobilis Josephus Cyprianus Cybulski Illustris et Admodum Rndi M. Casimiri Jarmundowicz Juris utriusque Professoris, Ecclesiæ Collegiatæ S.ti Joannis Cracov. Canonici Capituli ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Procuratoris, ad videndum et audiendum Commissarios de gremio Venerabilis Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cracoviens. ad effectum Decimam ex universis agris et araturis Bonorum Villæ Prozeiowice ad dictum Capitulum sive Ecclesiam Sanctorum Omnium Cracov. spectans et pertinens, taxandi deputari, et respective juxta prescriptum Bullæ Urbani VIII. in causa et negotio presenti, procedi mandari; de nihil attentando et innovando pendente lite eadem inhiberi citati Principalis Mandatarius, in termino hodierno ex copiis citationis literalis provenienti contumaciam Magnificorum Adami Zborowski Capitanei Czerniechoviensis, et Mariannæ

Conjugum dictorum Bonorum Drozeiowice Haeredum et Possessorum Actorum quatenus non comparentium, nec terminum hodiernum attentantium, nec observantium accusavit, et in eorum contumaciam suum Principalem Citatum liberum ab observatione Judicii praesentis pronuntiari et absolvi, dictosq Actores in damnis et litis expensis condemnari debita cum instantia postulavit. Judicium Emi et Rdmi Domini Cardinalis Episcopi Cracoviensis Ducis Severiae attememorati auditis praemissis, eoq attento, quoniam major est contumacia Actoris quam Rei, ideo in contumaciam eorundem Actorum, in quantum terminus hodiernus est aliquis Reum ab observatione Judicii praesentis liberum pronuntiavit et absolvit, citationem circumscripsit, Actoresq in expensis litis occasione praesentis Actus factis condemnavit Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante Praesente Perillustri et Adm Reverendo Dno Martino Zeromski Canonico Crac, Causarum Curiae suae Eminentiae Auditore generali et Judice, et me Adamo Antonio Fabrycy Actorum Curiae ejusdem Notario.

Ex Actis Actorum Emismi et Rndmi Domini Cardinalis Episcopi Crac Ducis Severiae praelibati extractum et Sigillo Celsissimi Illmi et Rdmi Domini Andreae de Zatuskie Zatuski Episcopi Cracoviensis Ducis Severiae communitum

(L.S.)

Petrus Fabl. U. J. D. Curiae suae Illmae Celsitdis Actuarius.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Primo. Die vero Lunae 13. Mensis Novem Kielcy

Coram Judicio Emi et Rdmi Dni Joannis Alexandri Miseratione Divina Sae Rae Ecclae Cardinalis Lipski

Epi Crac. Ducis Severiæ in publica Caarum Audientia per
sonaliter comparens Nobilis Josephus Cybulski Mastris et
A. R. Magistri Casimiri Jarmundowicz JN. Pfris. Canci et
V. Capituli Eccleæ Coll. Ob Sm Crac. Procuratoris Citati Man-
datarius productis Copiis Citationis ex instaa et Actoratu
Magnificorum Adami Zborowski Capitanei Czerniechoviens
et Marianne Conjugum Bonorum Drozeiowice Hæredum
et Possessorum in et contra suum Principalem ad videns
et audiens Commissarios de gremio V. Capituli Eccle-siæ
Cath: Crac ad effectum taxandi Xmam ex universitate
agrorum dictorum Bonorum Drozeiowice provenientem ad
V. Capitulum Eccleæ Collgtæ Sm Obm Crac spectans et perti
nens deputari et respective juxta præscriptum Bre-
vis Urbani Papæ VIII. procedi mandari, ac de nihil
attentando et innovando interea inhiberi extraditæ
et suo Principali intimatæ, in trno hodierno ex eadem
Citatione literali provenienti et in diem hodiernam ut
asserint legitime incidenti contumaciam Actorum
non comparentium, nec eundem terminum hodier
num attentantium aut observantium accusavit et in
eorum contumaciam suum Principalem ab observatione
Judicij et termini hodierni liberum pronuntiari et absol-
vi Actores in damnis et litis expensis condemnari de-
bita cum instantia postulavit. Judicium Eccl[illegible]
et Admi D. Cardinalis Epi Crac Ducis Severiæ altememo-
rati visis copiis Citationis Judicialiter productis, in-
quantum terminus hodiernus est legitimus Actores di-
utius ultra horam audientiæ expectatos nullatenus
comparentes contumaces reputavit, et in eorum contuma

ciam Citatum ab observatione Judicii et termini hodierni liberum pronuntiavit et absolvit, Citationem circumdatit, actoresq in expensis litis occasione praesentis actus factis condemnavit Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesente Pro Illustri et Adm Rdo Martino Zeromskei Canon Crac Causarum Curiae Suae Eminentiae Auditore gnrli et Judice et me Petro Josepho Fahl. U. J. D. Aplico, et actorum episcopalis Curiae substituto Notario.

Ex Protocollo Actorum Curiae Emi et Rdmi D. Cardinalis Epi Crac. Ducis Severiae attememorati extractum et Sigillo Illmi et Rdmi Dni Andreae Stanislai Kostka in Zatuskie Zatuskei Dei et Aplicae Sedis Gratia Epi Cracoviensis Ducis Severiae communitum

L. + Sigilli. Petrus Josephus Fahl. Jus Curiae Suae Illmae Celsdis Actuarius.

Testimonii Consistorialis tenor talis

Ego infrascriptus in absentia Illustris Domini Actuarii Conviae Gnrlis Crac Locumtenens ad requisitionem Illmi et A. R. Casimiri Jarmundowicz U. J. D. et Pfris Ecclesiae Collegiatae Sdm Obm Cracoviae Canonici, ac Vblis Capituli episcopalis Collegiatae Procuratoris consensu ad id desuper accedente personaliter adivi archivium Actorum Consistorij Gnrlis Crac, ubi in Volumine Actorum Episcopalium Illmi et Rmi olim Petri Gembicki Epi Crac de Anno 1645 et 1646 conscriptorum, sub die Veneris 19 Mensis Octobris Ao 1646 reperi vere et realiter, quod eodem die Veneris

19 Mensis Octobris sicut et in aliis diebus Juridicis ante et post non praesidebat Judiciis praelibatus Illmus et Rmus Dnus Epus, sed duntaxat ipsius Auditor Perillus et Rmus olim Justus Slowikowski Canonicus Crac, ac ipse Omnes Causas obvenientes dispudicabat. Proinde Decretum praelibati Illmi Epi Crac acsi approbatorium cujusdam Compositionis respectu Amarum ex Villa Drozeiowice ad Capitulum Collegiatae Ecclesiae Sanctae Obm Cracov. provenientium inter idem Capitulum et Generosum olim Christophorum Szembek initae quasi ex personali praesidentia suae Illmae Celsitds factt et subsecutt, cum sit ex nulla adcitatione et terminis Judicialibus formatum, ac in forma Privilegii ~~subs~~ conscriptum et essentiali requisito, nimirum subscriptione manus suae Illmae Celsitudinis destitutum praesumitur in parata copia circa conscriptionem actorum fuisse ac esse obtrusum, et clandestine Actis Episcopalibus ingrossatum. In quorum fidem cum appositione signi Notariatus mei me subscrivo Cracoviae die 29 Mensis Xbris Anno Domini 1749

L + S.

Carolus Josephus Jaworski S.R.M.
Secretarius Apostolicus Notarius,
In absentia Illis Dni Actuarii
Locumtenens. mpp

Decreti Interlocutorii Aplicae Nuntiaturae tenor, hic

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo nono ~~nonagesimo~~.
Die vero Veneris 21ma Mensis Martii Varsaviae.

Pro Magnificio a Zborow Adamo Zborowski Capitaneo Czerniechoviensi et Euphrosyna Marianna de Szembeki Conjugibus Bonorum Villae Drozeiowice Haeredibus Principalibus Appellantibus et Recurrentibus contra V. Capitulum Praelatorum Sanctae Obm Crac sive Epis. Rudi Procuratoris Citatt Appellatt.

Coram Perillustri et Rndmo Domino Andrea Vincentio Butio JU. Dre, Protonotario Aplico, Curiæ Illmi et Rndmi Domini Alberici ex Comitibus de Archinto, Sanctissimi Domini Nostri Domini Benedicti Divinâ Providentiâ Papæ ejus nominis XIV. Prælati Domestici et Assistentis, ejusdemq et Sæ Sedis Aplicæ in Regno Poloniæ et M. D. Litthæ cum facultatibus Legati de Latere Nuntii, generali Causarum Auditore et Judice comparuit personaliter Gnosus Joannes Czwordowicz suprascriptorum Magnificorum Adami Zborowski Capitanei Czerniechoviensis et Euphrosinæ Mariannæ de Szembeki Conjugum principalium Appellantium et Recurrentium legitimus Procurator in termino ex Remediis Juris debite prout à tergo eorundem apparebat executis in diem hodiernum incidens contumaciam præexpressi Rndmi Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sanctissimi Obm Cracoviens sive ejus Rndmi Procuratoris Cittrum Appellatorum quatenus non comparentium accusavit, et in ipsorum talem contumaciam appellationem et Recursum à Decretis in Causa præsenti per dictum Vble Capitulum ex universis agris præfatorum Bonorum Decimæ manipularis tam per Vble Judicium Consistoriale gnrle Crac primæ Instantiæ assertæ manipularis juxta compositionem super ea ad tenorem Brevis Urbani VIII. Papæ pro stante hæreditate eorundem Bonorum per Familiam Szembekovianam initam authtte Ordinaria approbatam ac longo tempore annorum centum usu firmatam demandantibus, quam per Tribunal Metropolitanum Gnesnense in Secunda instantia judicatorum primæ instantiæ implicitè per circumscriptionem Remediorum Juris approbatoriis, et in expensis appellantium condemnatoriis earundemq expensarum indebite et excessivè taxationis

gravaminose prolatis interpositam seu factum ex rationibus fusius Judicialiter illatis admitti, Jurisdictionem fundari, et ad ulteriora procedi mandari debita cum instantia declarari postulavit, salvo ꝯ omni ꝯ.
Praesente Gnoso Michaele Nagrodzki suprascripti V. Capituli Eccleae Collegtae SSm Obm Cracovien legitimo Procuratore salvis ꝯ. protestandoq ꝯ Remedia Juris ex hoc Tribunali emanata à Decreto Judicij Metropolitani Gnesnen uti in executione Decretorum multiplicatorum nulliter exportata in Causa occasione Decimae manipularis ex agris Bonorum, de quibus res, Praedialibus et Emethonalibus circumscribi et Causam pro ulteriori executione ad Judicium primae Instantiae remitti, in damnisq et litis expensis condemnari petente et debita cum Instantia postulante salvo ꝯ omni ꝯ
Qui Rndmus Dominus Auditor Gnlis sedens ꝯ auditis ꝯ terminum habuit pro servato, et interim mandavit informari hinc inde in scriptis proroguta sublevatione ad decisionem Causae ꝯ ita ꝯ omni ꝯ.
NB Quem terminum pro servato habitum aperiendo praefatus Rndmus Dnus Auditor Gnlis et Judex, mandavit Perillustri Notario seu Actuario Vblis Conrij Gnlis Crac ut intra duas Septimanas ab intimatione praesentis Decreti, attentante parte sive ab eadem electo Commissario Librum infrascriptum diligenter inspiciat, fidele veritatis testimonium adhoc Aplicum Tribunal transmittat super eo. — Imo Utrum copia certae approbationis ab Illmo olim Petro Gembicki Epo Cracoviensi die 19 Octobris Anno 1646. datae concordiae inter Vble Capitulum Collegiatae SSm Obm et Gnosum olim Christophorum Szembek super modo solvendi Decimas ex Bonis Villae Drozeiowice provenientis initae, quae in processu hujus Causae in forma probanti exhibita apparet tanquam extracta ex Actis Actorum

dicti Illmi olim Petri Gembicki Epi Crac, extracta sit ex aliquo folio volante et simplici vel potius originali in archivio Episcopali Cracoviensi existenti, an vero ex aliquo Libro compacto, manuq Notarii tunc temporis dicti Vblis Conrii scripto in dicto Archivio existente. 2do. Utrum dictus Liber sit authenticus et pro authentico habeatur et reputetur, fidemq faciat, quo ad veritatem actorum in ipso regestratorum. 3tio Utrum appareat aucunq actui in dicto Libro regestrato Notarium tunc temporis se subscripsisse, an vero tantum in fine ejusd Libri, dicti Notarii illum conscribentis manum appositam esse 4to Utrum in dicto Libro et loco in quo dicta concordiae approbatio regestrata legitur ulla mentio et connotatio a Notario tunc temporis facta appareat, quod dicta approbatio fuerit in copiam simplicem ad acta porrecta ad ingrossandum. 5to Utrum Joannes olim Grabowski qui in dicta approbatione enuntiatur Notarius Actorum dicti Illmi olim Gembicki Epi Crac, in cujus praesentia dicta concordia approbata appareat a dicto Illmo olim Gembicki Epo Crac vere tunc temporis fuerit Notarius actorum. 6to Utrum in dicto Libro reperiantur alij similes actus intitulationem dicti Illmi ejusd Illmi Loci ordinarii habentes, in quibus tamen adsit vel potius desit subscriptio dicti Illmi tunc temporis Loci ordinarij. Quod testimonium ubi primum huic Aplico Tribunali exhibebitur, se ad decisionem hujus causae statim processurum declaravit Et ita D omni D.

Ex Protocollo Actorum Nuntiaturae Aplicae extractum et sigillo Illmi et Rndmi Dni D. Alberici ex Comitibus de Archipto Archiepi Nicaeni et Nuntij Aplici in Regno Poloniae communitum

Locus Sigilli Stephanus Skwarczynski Pblus Sa authte Aplica Notarius et actorum Nuntiaturae Apostolicae Cancellarius.

Revisio & verificatio Libri Actorum Annorum 1645. & 1646. per Illustrem & Adm Rndum Actuarium Consistorij Crac Subsecuta

Ad mentem Decreti Sacri Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ Regni Poloniæ in causa Decimarum Villæ Drozeiowice die Veneris 21. Martii Anno 1749. Varsaviæ lati de tenore tali = Quem terminum pro servato habitum ꝑ ut in alio folio = Ego infrascriptus Actorum Consistorii Gnrlis Cracoviensis Notarius pro verificatione præmissorum condescendi, et verificavi ut sequitur. = Ad Imum punctum Decreti suprascripti Respondetur: Approbatio Compositionis seu Transactionis inter Venerabile Capitulum Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracovienſ & Hæredes Villæ Drozeiowice occasione Decimarum tam ex agris Prædialibus quam Smethonalibus dictæ Villæ Drozeiowice factæ, non reperitur in Archivio Actorum Cancellariæ Officij Gnlis Cracovienſ in Originali, nec in aliquo folio volanti, neq copia in productis: /: et producta Actorum Judicialium superiorum Annorum non reperiuntur:/ Sed in Libro compacto Actorum Judicij Curiæ olim Illmi & Rndmi Petri Gembicki Episcopi Cracoviensis, in eodem Archivio conservato, manu Notarii ignoti per duos Annos 1645. & 1646. conscriptorum. In quo libro apparet Scriptura diversarum manuum videlicet duorum Scribentium. In eodem Libro aly etiam Actus Causarum Ducatus Severiensis Polonico idiomate Scripti sunt. Item in eodem Libro Metricæ Ordinatorum ad Minores, et Sacros Majores Ordines per dictum olim Illustrissimum & Rdmum Gembicki Episcopum Crac collatt reperiunt.

Ad 2dum Hic Liber Actorum annorum ut supra duorum 1645 et 1646 conscriptus facit fidem quoad veritatem Actorum Illmi et Rndmi Gembicki, nisi in aliquo per Illmum Loci Ordinarium declarentur intervenire errorem vel fraudem. — Ad 3tium Nulli actui in dicto Libro conscripto, neq in fine Libri Actorum huiusmodi Notarium se subscripsisse patet, In alijs Libris Actorum sunt subscriptiones Notariorum et in aliis non sunt. — Ad 4tum In dicto Libro Actorum Illustrissimi Gembicki, et in loco in quo dicta Concordiae approbatio legitur, nulla mentio et connotatio a Notario tunc temporis facta est, quod eadem approbatio fuerit in copiam simplicem ad acta porrecta ad ingrossandum. — Ad 5tum Joannes Grabowski quod fuerit Notarius Actorum Curiae Illmi et Rndmi olim Gembicki Epi Crac. constat ex actis aliorum annorum. — Ad 6tum In hoc Libro Actorum Illmi Gembicki annorum duorum 1645 et 1646. reperiuntur Similes Actus Intitulationum ejusdem Illmi et Rndmi Gembicki Episcopi Cracoviens. habentes, respective approbationum Summarum, Fundationum et ex Literis Cridae sed Subscriptio ejusdem Illmi et Rndmi Gembicki Episcopi Cracoviensis nullibi est facta. Et ita praemissa Decreti puncta verificata in Archivio Actorum Cancellariae Consistory Gnlis Cracoviensis die Martis 3tia Septembris 1750. attendente utraq parte personaliter videlicet Illustri Adm Rndo Magistro Casimiro Jarnundowicz U. I. Doctore et Pfre Collegiatae Sm Obm Crac Canonico, et ejusdem Capituli Procuratore Magnifico Adamo Zborowski Capitaneo Czerniechoviensi atq Praesentibus Bernardo Herka Valentino Lexynski Notarijs apostolicis Franciscus Ziembinski U. I. D. Consistory Gnlis Crac Actuarius.

L + S

Decretum ultimatum Sacri Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ, contrarium Decretis prioribus.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo quinquagesimo Die vero Lunæ decima nona Mensis Octobris Varsaviæ

Pro Magnifico Adamo à Zborowo Zborowski Capitaneo Czerniechoviensi et Euphemia Marianna de Szembeki Conjugibus Bonorum Drozeiowice Hæredibus Principalibus appellantibus et Recurrentibus contra V. Capitulum Prælatorum et Canonicorum Ecclesiæ Collgtæ SSmi Obmi Cracovienſ Citatos appellatos.

Coram Perillri et Rmo D. Andrea Vincentio Butio JUD.re Protonotario Aplico Curiæ Illmi et Rmi D. Dni Alberici ex Comitibus de Archinto Dei et Aplicæ Sedis gra Archiepi Nicæni SSmi Dni nostri D. Benedicti Divina providentia Papæ Epi Nominis XIV. Prælati Domestici et assistentis ejusdemq et Sæ Sedis Aplicæ in Regno Poloniæ et M. D. Lithuaniæ cum Facultatibus Legati de Latere Nuntii, Gnrli Causarum Auditore et Judice comparuit personaliter Generosus Joannes Czwardowicz supraspectorum Mscorum Zborowskie Conjugum Capitaneorum Czerniechovienſ Bonorum Drozeiowice Hæredum, Principalium appellantium et Recurrentium legitimus Procurator in termino ex actis provenienti contumaciam præexpressi Vblis Capli Prælatorum et Canonicorum Ecclesiæ SSmi Obmi Cracovienſ Citatorum appellatorum quatenus non comparentium, nec adversus communicatam relationem Dni Notarii de actis Illmi olim Gembicki Epi Cracovienſ, ex quibus approbatio certæ Concordiæ de Anno 1646 in forma probanti extracta fuerat quidquam dicentium aut excipientium accusavit et in eorum contumaciam, quoniam ex eadem Revisione Actorum et Relatione Domini Actuarij Vblis

Consistorij Cracovien. in suo Officio jurati luculenter patet quod approbatio Compositionis seu Transactionis inter Vble Capitulum Collgta Sbm Obm Cracovien. et Haeredes Villae Drozeiowice occasione Decimarum tam ex agris Praedialibus quam Cmethonalibus dictae Villae Drozeiowice factae, in Libro compacto Actorum Judicii Curiae praelaudati Illmi Petri Gembicki olim Epi Crac in Archivio conservato /: in quo etiam varii Actus Judiciales et Extrajudiciales continentur :/ comprehendi. hicq liber Actorum Anni 1646. juxta attestata ejusdem Notarii plenam, publicam et indubitatam fidem facere omnino debet, neq ulla mentio et connotatio à Notario in praedictis Actis, qd concordiae memoratae approbatio fuerit per copiam simplicem ad acta ad ingrossandum /: ut Pars praetendebat, porrecta, neq moris fuit ut tales Actus ipsemet Illmus et Rmus olim Gembicki Epus Cracoviensis subscriberet, quemadmodum ingenue idem Dominus Notarius testatur :/ Hinc inhaerendo tam eidem Informationi et relationi Notarii Actuarij Consistorii Curlis Cracovien., quam literatoriis documentis pro parte Magnificorum Zborowskie in ante exhibitis, tum quoq Seorsivae Informationi in Jure et facto conscriptae, praevia admissione Recursus et restitutione suorum Principalium, adversus quosvis praejudiciales Actus tam primae quam Secundae Instantiae, Sententiam definitivam ferri, inscriptis promulgari, eaq mediante circumscripto Processu utriusq Instantiae Mfcos Zborowskie circa Transactionem Anni 1646 conservari et Vblem Collegiatam Obm Sbm incompetenter agere adinveniri, in damnis et litis expensis condemnari postulavit. Aliàs à Contrario Decreto ad Sbmum Dnum Nostrum Papam Sanctamque Sedem Aplicam appellavit. Salvo ꝑ Omni ꝑ.

Præsente Gnoso Michaele Nagrodzki supraspti Venl Capituli Collgtæ SSm Obm Cracoviensis Procuratore & Salvis) & protestando) se ad Informationem in Jure & facto conscriptam & Jura ad Decimam manipularem suis principalibus Serviens in Anterioribus terminis producta referente, & læsionem quoq enormissimam excedenti justum valorem allegante, et quoniam ex revisione dicti Notarii Conrij Cracoviens evidenter constat, quod approbatio Compositionis inter suos Principales & antecedaneos, Hæredes Villæ Drozeiowice occasione Decimarum utrarumq non reperit in Archivio Cancellariæ, in Originali, nec in alio folio volanti, neq copia in Productis neque Producta Actorum superiorum annorum reperiunt. Sed in Libro compacto Actorum Curiæ Illmi olim Gembicki Epi Crac ignoti Notarii manu per duos Annos 1645 & 1646. in quo apparet Scriptura diversarum manuum duorum Scribentium, nullique Actui neq in fine libri Notarium se Subscripsisse patet, In Aliis vero Libris Actorum sunt Subscriptiones Notariorum, nullaq mentio in eodem Libro dictæ concordiæ & connotatio a Notario illius temporis facta est, quod in Copiam simplicem porrecta, ideo eidem Revisioni in Lærendo petita Informationis suæ anterioris decerni petente & in Sententiam consentiente, aliàs à contrario Decreto ad SSmum Dnum Nostrum Papam appellante Salvis) omni) Qui Rndmus Dnus Auditor Gnlis & Judex Sedens) auditis) Terminum habuit pro servato Et ita) omni) Quem terminum pro servato habitum aperiendo præfatus Rndmus Dnus Auditor Generalis & Judex dedit ad acta Sententiam propria ejusd manu Scriptam & Subscriptam tenoris Sequentis videlicet

Partibus auditis visisq lectis, & attente consideratis matureq perpensis omnibus Actis, gestis in hac Causa coram

Consistorio Cracovien à Vbi Capitulo Ecclesia Collegiata
Oo Sum Cracovien primum adversus Magnificos Potue-
scie Conjuges antecessores Bonorum Villa Orzechowice Posspo-
res sub die 18. July A. 1738 instituta et sub die 8 July
Anno 1740 definitivè decisa deinde per eosdem Nitcos
Potockie tunc temporis Reos conventos pro recepta in gra-
du appellationis coram Vbi Consistorio Curiæ Metropoli-
tano Cracoviensi ab eo circumscriptis de-
mediis Juris per dictos Magnificos Potockie tunc Recurren-
tes exportatis ad idem Vbi Convivium Curiæ Cracoviense
pro executione remissa, et post modum coram eodem Vbi
Convio Curiæ Cracov in gradu executionis dum memorati
Nitci Potockie prætenta Bona Villæ Orzechowice possidere
desierunt, ab eodem Vbi Capitulo dicta Collgta Ecclia Oo Sum
sub die 18 July 1746 adversus Magnificos Zborowskie
Conjuges dictarum Bonorum Villæ Orzechowice nobis
factos Possessores modernos Reos conventos reassumpta
et sub die quinta Octobris ejusdem anni definitivè simul-
tanea adversus Præfatos modernos Possessores Nitcos
Zborowskie decisa cum persistentia in præallegatis decre-
tis et pro eorundem executione non obstante dicta
Villæ Possessorum mutatione et subinde in gradu ap-
pellationis sub die 16 July Anno 1747 iterum coram
dicto Vbi Consistorio Curiæ Metropolitano Cracoviensi
per eosdem Nitcos Zborowskie novos Possessores Recurrentes
delata, ibidemq sub die 30 Octobris Anno 1748 cohærenter
ad præcedentia Decreta definitivè quo ad ipsos quoque
Magnificos Zborowskie disjudicata et decisa remissaque
actum ad idem Ven: Convivium Curiæ Cracoviense pro eo-
rundem præcedentium Decretorum executione, ac demum
in gradu ulteriorius appellationis per citationem sub die
20 Januarii Anni 1749 à memoratis Nitcis Zborowskie
Consignibus exportatam ad hoc Sacrum Tribunal Devo-
lutaque et super modo solvendi in annuam pecuniæ
Summam 1200 Florenos Polonicales seu potius in gra-
Vbi capto Collgta Ecclia Oo Sum civitatis Cracov per dd. Nitcos Zborowskie

Conjuges modernos Reos conventos Possessores dictæ Villæ et Bonorum Drozeiowice Decimas omnis grani et Seminis ex omnibus agris tam Prædialibus quàm Incolarum seu Colononorum dictæ Villæ et Bonorum Drozeiowice provenientes, memorato Vbli Capitulo præsentatæ Ecclesiæ Collgtæ Sti Obm usq de Anno 1626 sub die 6 Maii per authenticum donationis Instrumentum ab Illmo olim Martino Szyszkowski tunc temporis Epo Cracoviensi, ad cujus mensam Epalem tunc dictæ Decimæ spectabant legitimè ut non controvertitur cum consensu Rndmi Capituli Cath. Ecclæ Cracoviens perpetuo donatas et incorporatas, visisq literatoriis omnibus documentis tum in dictis Venerabilibus Conrijs gurlibus Cracoviens et Metropolitano Gnesnens seu Lovicien, tum in hoc Aplico Tribunali utrinq productis, aliisq de Jure videndis et consideratis considerandis serioq examinatis propositionibus exceptionibus et controversiis ab initio hujusce Causæ hactenus utrinq motis et vertentibus —

Christi nomine invocato. pro Tribunali sedentes et solum Dnum præ oculis habentes per hanc Nostram definitivam Sententiam qui in his scriptis ferimus in hac Causa et Causis dicimus decernimus declaramus et definitive Sententiamus constitisse et constare de legitima approbatione ab Illmo olim Petro Gembicki Loci ordinario Epo Crac usq de Anno 1646 sub die decima nona mensis Octobris impertita Contractui compositionis et concordiæ usq sub die 10 Januarii Anni 1638 inter Vble Capitulum Collgtæ Ecclæ Sti Obm Cracoviens ex una et Gnosum olim Dnum Christophorum Szembek ex altera partibus inito et stipulato ad tempus tamen scilicet usquequo idem Gnosus olim Christophorus Szembek ejusq legitimi successores de Domo duntaxat et Familia Ejus Villam et Bona Drozeiowice nuncupata possederint habuerint et ibidem hæreditaverint, restricto et coarctato, et per sæculum observato super

praestatione annuae summae centum florenorum Polonicalium dicto Vbli Capitulo facienda pro Decimis Manipularibus ex dictis Bonis Villae Drozeiowice nuncupatt quotannis provenient et ad idem Venl Capitulum legitime ut non controvertitur spectant et pertinent. proindeq dictum Vble Capitulum adversus dictam Magnificam Euphemiam Mariannam de Szembeki dicti Magnifici Adami Zborowski Conjuge de Domo et Familia praefati olim Christophori Szembek procedentem et legitimo Successionis Jure dictorum Bonorum et Villae Drozeiowice vocitatt Dominam et Haeredem et Possestricem et propterea beneficio dicti Contractus Compositionis ab Illmo olim Loci ordinario Petro Gembicki Servatis Servandis approbati gaudere debentem incompetenter agere pro Decimarum de quibus agit extraditione in manipulis et in Natura facienda pronuntiamus, dictamq Magnificam Euphemiam Mariannam de Szembeki dicti Mfci Adami Zborowski Conjugem, utpote in dictae concordiae Contractu comprehensam ad praestationem tantum annuae summae centum florenorum dicto Venl Capitulo ad formam dicti Contractus concordiae teneri et obstrictam esse pro tempore suae dictorum Bonorum Villae Drozeiowice possessionis declaramus, dictaq Concordiae Contractui ordinaria Authte approbato et per saeculum fere observato standum esse decernimus et sententiamus, maleq in Venl Judicis primae et 2dae Instantiae adversus dictos Euphemiam Mariannam Szembek et Adamum Zborowski Conjuges judicatum, bene vero appellatum fuisse et esse, antecedentiaq Decreta in hac Causa in iisdem Venerabilibus Judiciis primae et Secundae Instantiae adversus antecedaneos reos conventos Magnificos Dominos Potockie olim dictorum Bonorum Villae Drozeiowice Possessores utpote et Familia et Domo dicti olim Gnosi Christophori Szembek non procedentes, et propterea in dictae Concordiae Contractu et Tractatu non comprehensos licet

legitimè lata, nihilominus dictam Mfcam Euphenicam Mariannam Szembek in dicto Contractu contemplatam et una cum Mfco Adamo Zberowski suo legitimo Viro dicta Bona Drolevowice modernam Dominam et Haeredem et Possessricem et Ream conventam minimè afficere et affecisse, contrariasq exceptiones, nullatenus obstare, vel obstitisse declaramus et pronuntiamus, victumq Victori quatenus huic Sententiae acquieverit a litis expensis absolvimus et liberamus, sin minus in iisdem ubi et coram quo de Jure liquidandis condemnamus. Et ita dicimus, decernimus, declaramus, et definitivè sententiamus et pronuntiamus. Non solum] sed et omnis Ita definitive decrevi declaravi et sententiavi = Ego Andr. Vinctus Butius Causarum Gnrlis Auditor et Judex manu propria

Infrascriptis rationibus suadentibus

Quandoquidem etsi ea est clara dispositio tum Juris communis tum synodalium Constitutionum Provincialium hujus Regni à Sancta Sede quoq per Sae Memoriae Urbanum VIII. specifice cum clausula = Sublata = et decreto irritanti approbatarum, ut Decimarum solutio in eadem specie praestetur in qua fructus recolligunt, Quemadmodum caeteris omissis docuit Rota Rom: in Cracovien Decimarum super bono jure 26. Jun: Ao 1747 coram R. P. Dno Clemente Arostegui quoties et per totum. — Atque tamen extra omnem controversiam positum est minimè vetitum esse hoc in Regno solenni, ac servatis servandis pactione, cui Loci ordinarii authoritas adstipulet modum praestationis Decimarum manipularium sive ad tempus sive in perpetuum valide immutare. Quemadmodum huic Poloniarum Regno expressè indulsit Sae Mae Urbanus VIII. per speciale Breve datum Romae 22 Novembris Ao 1634 relatt apud Piasecki Prax. Episc p. 2. cap 4. n. 9 in fin. ita = ut ubi super modo solvendi praedictas Decimas manipulares, nempe certa annua pecuniae praestatione persolvant, intercesserit. Inter par

tes conventio et compositio causa cognita servatis de Jure servandis, praeviaq diligenti Inquisitione et examine Loci ordinarii assensu legitime approbata et communita nequeat aliter ex contrahentibus durante tempore in pactione considerato, altero invito ab hujusmodi pacto solenniter ac servatis de Jure servandis inito resilire, iis de caetero nullitati obnoxiis transactionibus et pactionibus, quae modum praestationis Decimarum immutantes legitime Loci ordinarii aut Sae Sedis approbatione communita non comprobent, ut docuit Sa Rota Rom. in Varsaviens Decimarum 1 July Ao 1717 § nec pro titulo coram b. m. Fosaro et in puncto in Cracoviens Decimarum 26 Febr. 1723. § taliter, coram ben. mem. Cerro.

Quo jacto firmissimo Juris fundamento, quemadmodum dubitari non poterat, quin transactio seu compositio super annua praestatione centum florenorum Polons pro Deciniis manipularibus de quibus agitur inter Generosum Christophorum Szembek dictae Villae et Bonorum Drozeiowice Possessorem ex una, et dictum Unble Capitulum Collgtae Sm Obm ex altera partibus Anno 1638 inita et stipulata, restrictaq et coarctata ad Familiam et Domum tantum dicti Generosi Christophori, quoadusq scilicet (: ut sonant ipsiusmet verba compositionis :) dictus Gnosus Christophorus Szembek ipsiusq legitimi Successores de Domo et Familia illius tantum Bona dictae Villae Drozeiowice tenuerint habuerint, possederint et ibidem haereditaverint, ab Illmo tunc temporis Loci ordinario Petro Gembicki Epo Cracoviensi de certa ipsius scientia, praemissoq diligenti ejusdem contractus examine, et matura deliberatione praehabita, communicatoq Juris peritorum consilio, servatisq praeterea de Jure servandis, et cohaerenter Brevi supradicto Sae m. Urbani VIII. fuerit solenniter approbata, roborata et confirmata usq de Anno 1646. sub die 19 Mensis Octobris.

Hæc siquidem legitima approbatio non tantum adstruitur ipsiusmet Venerabilis Capituli actoris iteratis solennibus clarissimisq confessionibus in Syngraphis de Recepto datis statim post celebratam dictam approbationem & per subsequenter annos, contra quas suas confessiones idem Vble Capitulum modo assurgere indubie prohibet per tex. notissimum in c. per tuas. De probation. = ibi = cum nimis indignum sit juxta legitimas sanctiones ut quod sua quisq voce dilucide protestatus est in eundem casum proprio valet testimonio confirmare. Verum etiam evidenter comprobatur authentico actu ipsius approbationis dictæ concordiæ ad Illmo olim præfato Petro Gembicki Epo Cracoviensi per extensum cum insertione tenoris ejusdem concordiæ registrato in Libro actorum ejusdem Illmi olim Petri Gembicki Epi Cracovien. in archivio actorum Cancellariæ Officii Gnrlis Cracovien. fideliter asservato, & in forma probanti extracto ex eodem libro, & in actis hujus hujus causæ regestrato et per consequens indubiam in Judicio fidem merenti. Et insuper quemadmodum in controversiam a Ven. Capto suprafato non revocatur dictam Mfcam Euphemiam Mariannam de Szembeki Mfci Adami Zborowski conjugem de Domo & Familia Pfati olim Christophori Szembek descendere, dictaq Bona Villæ Drozeiowice de quibus dictæ Decimæ manipulares petunt, ad Pleno possidere Jure hæreditario & Successionis, ita quoq nulla subest ratio, propter quam memorata Mfca Euphemia Marianna de Szembek ex Domo & Familia dicti olim Christophori procedens, prædictaq Bona Drozeiowice Jure successionis & hæreditatis possidens cum Mfco Adamo Zborowski suo legitimo Viro à beneficio dictæ concordiæ ad præfatum olim Christophorum Szembek suosq successores de Domo & familia ejusd. Christophori qui dicta Bona Drozeiowice possederint et hæreditaverint restrictæ et coarctatæ & servatis servandis ordinaria authoritate approbatæ arceri debeat, ut in contractu ad tempus inito opportune consideratt Pontifex in c. Querelarum 4. tit. Ne Prælat vices suas: nullum enim

Ius patitur, ut quam ex contrahentium conventione legem accipit Contractus bona fide et solenniter initus, legitimaq authoritate et servatis de Jure servandis approbatq et diutissimè praesertim in praesenti themate a partibus observatus, alter ex contrahentibus altero invito excutere valeat et infringere et contractus bona fide legitime ortus ad perfidiam referatur contra expressam dispositionem textus in c. 21. et in c. 85. De Reg. Jur. in 6to in c. Bona fides 2. § 1mo circ. medium tit De deposito et c. Viduas 2. § 1. ad fin. et canon. c. hae vero. 9. 17. q. 1.

Absq eo quod de veritate dictae approbationis praefatae concordiae ab Illmo olim Loci ordinario Petro Gembicki Epo Cracoviensi dubitationem inijcere valeant exceptiones à praefato Vbi Capitulo Collgtae Ssm Obm ab initio hujus causae hactenus allegatae et repetitae: Nil enim obesse potest exceptio subscriptionis dicti Illmi olim Gembicki Epi Cracoviensis ejusve Notarii tum temporis actus dictae approbationis: Cum enim idem approbationis actus cum insertione tenoris dictae concordiae praeferens titulum ejusdem Illmi olim Petri Gembicki Epi Cracoviensis, enuntiansq praesentes dicto actui approbationis adfuisse tum generalem Curiae ipsius Illmi Petri Gembicki Causarum Auditorem tum etiam ejus Notarium, non in aliquo volanti nudiq folio, quod in dicto archivio Curlis Officii Episcopalis Crac repertum fuerit, verum in libro compacto, et usq ab eo tempore hactenus in dicto archivio asservato manuq Notarii regestratus reperiatur, in eoq libro tum Metricae Ordinatorum ad Minores et Sacros Majores ordines per dictum olim Illmum Petrum Gembicki collatos, tum insuper alij actus Causarum Ducatus Severiae, tum etiam similes alij actus de eo tempore gesti annorum scilicet 1645 et 1646 intitulationem ejusdem Illmi Petri Gembicki Epi Crac hactenus respectivè approbationum summarum, fundationum regestrati dignoscunt, In quibus tn similiter subscriptio dicti Illmi Petri Gembicki Epi Crac: nullibi facta apparet, quemadmodum constat ex

authentico Instrumento actuarij Venl Conrii Gnlis Crac sub die 3. Septembris anni currentis 1750. praestito in executionem anterioris Decreti pro elucidatione nonnullorum articulorum, eorumq verificatione ex oculari dicti Libri in Plentia utriusq Partis factae revisione ab hoc Apostolico Tribunali sub die 21 Martii Anno Domini 1749 promulgati.

Hinc illud indubie consequitur quod quemadmodum supra fatis omnibus actis in eodem Libro Notarii manu conscripto relatis et regestratis plenam fidem in Judicio praecipue, attenta temporis vetustate et circumstantia legalitatis et authenticitatis loci, in quo dictus Liber asservatur habendam esse non est dubium, ita memoratae approbationis Actus in eodemmet libro regestratus nihil obstante allegato dictae subscriptionis praefati Illmi Loci Ordinarii approbantis defectu, non minorem tamen in Judicio fidem debet omnino promereri ut in puncto docuit Sacra Rota Rom. in Ravennatenl seu Ferrarienl Jurisdictionis 4 Maii Ao 1731. coram Emo Cardinali Aldrovando § In hac tamen parte = ibi = In hisce utiq terminis ratio utique habenda non est de peculiaribus exceptionibus adversus unum vel alterum Actum sive unum vel alterum documentum seu Protocollum allegabilibus, sed satis ad intentum Curiae Curiae Archiepiscopalis est, quod ejus favore peroret, tam copiosa congeries documentorum ac Scripturarum, quae per longissimum tempus probentur custoditae et asservatae in loco legali, quale est publicum Archivium seu Officium Publici Notarii, cui explorati Juris est inesse virtutem accommodandi fidem etiam Scripturis informibus, ac Notarii etiam subscriptione carentibus, quae in eo fuerint legitime custoditae et asservatae ut apposite docuit Baldus.

Quod eo fortius procedere non est dubium in Plenti Themate attenta illa circumstantia, quod in dicto Libro Actorum Illmi Gembicki, et in loco in quo dictae concordiae approbatio legitur nulla mentio et connotatio à Notario tum temporis facta est, quod eadem approbatio fuerit in Copia simplici

ad acta porrecta ad ingrossandum, ut patet ex oculari dicti Libri revisione in Plenitia utriusq partis facta, de qua testatur dictus Actuarius Vblis Conry Gulis Cracovien, in dicto Authentico à se perhibito testimonio, atq hinc statim evertitur ea Venl Capituli exceptio nullo alioquin documento communita, quod dictæ approbationis tenor qui in dicto Libro descriptus reperitur desumptus duntaxat fuerit ex simplici copia dictæ approbationis ad ingrossandum ad acta, & tunc temporis porrecta, et per consequens sicut nullam probationem faceret ipsa simplex copia ita nec dictus Liber in quo ea regestrata legitur.

Siquidem cum dicta exceptio variis tantummodo a Venl Capitulo deducatur ratiociniis, nullo autem certo probetur documento, aut manifesto conformetur Judicio, propterea tanquam somnium vigilantis nullius ponderis et momenti habenda est et sperni meretur, ut elegantissime monuit Pontifex in can Quamvis 11. q. 3. = ibi = Quamvis vera sint quædam, non tamen Judici credenda nisi certis indiciis demonstrentur et in can q. § His ita respondetur 3. q. 5. = ibi = Incerta nemo judicare præsumat et quamvis vera sint, tamen credenda non sunt nisi quæ certis indiciis comprobantur, nisi quæ manifesto indicio convincuntur, nisi quæ Judiciario ordine publicantur. = Etenim si juxta hypothesim Venl Capituli tenor dictæ approbationis in dicto Libro authentico in dicto Archivio asservato regestratus tunc temporis fuisset ex simplici copia ad ingrossandum ad acta porrecta, id connotare in dicto Libro Notarius tunc temporis non omisisset juxta praxim communiter hoc in Regno servatam

Minus obest quod in tenore actus dictæ approbationis enuntietur eam ab Illmo Petro Gembicki indultam fuisse ad petitionem utriusq partis, cum tamen constat ex documentis in Processu hujus Causæ productis et regestratis quod dictus olim Christophorus Szembek usq de Anno 1643. vivere desierat proindeq subinde Anno 1646, quo dicta approbatio peracta apparet dicto Illmo Loci ordinario

pro eadem obtinenda instare non potuerat, etenim etsi non
eatur inficias quin dictus Christophorus Szembek ante
dictam approbationem praeobiverit, attamen non inde se-
quitur falsum esse dictae approbationis actus enuntiativam,
ad supplicationem utriusque partis, quae bene verificatur
in Vbli Capitulo dictae Collgtae et Successorum Sanguinis
dicti Christophori in d. concordia comprehensis
Aeque autem posthabenda est altera exceptio quod con-
fessiones quanquam nomine totius Capituli d. Collegiatae
Ssm Obm repetitis vicibus in pluribus Syngraphis
de recepta summa centum florenorum Polonicalium pro Deci-
mis supramemoratis emissae ab olim Laurentio Karynski
ejusdem Collgtae Canonico et V. Capli Procuratore, nihilo-
minus eidem Venl Capitulo et Ecclesiae cui per suos Officiales
injuria inferri nequit praejudicium non valuerunt irro-
gare, et legitimae approbationis dictae concordiae proba-
tionem de qua quaerit non possint adstruere, Opportuna
namque ac solida responsione removetur exceptio, siqui-
dem ex supradicta authenticitate ac legalitate tam Li-
bri quam Publici Archivii, in quo dictae solennis Ordi-
nariae approbationis actus continetur, nullum adsit
dubium, quin dicta solennis approbatio intervene-
rit, hinc in hac circumstantia Confessiones interven-
tus praedictae solemnis Ordinariae approbationis a Pro-
curatore Capituli in chirographis de recepto multi-
pliciter emissae in obsequium potius veritatis rei
gestae et interventus dictae approbationis Ordinariae
quam in praejudicium sui Capituli, cujus ipse Pro-
curator membrum erat exaratae dicendae sunt. Neque
enim dictum Vble Capitulum dum quolibet Anno per
tantum temporis spatium fere saeculi metam attin-
gens summam centum florenorum Polonicalium pro
dictis Decimis manipularibus percepit vigore dictae
compositionis, allegare modo valet ignorantiam dictae
Approbationis memoratae Compositionis, ab attestato

olim Illmo Gembicki Loci ordinario impertitae, et quod propterea dictus Procurator Capituli non valuerit suis confessionibus non valuerit inducere probationem interventus dictae Ordinariae approbationis, et sic dicto Venae Capitulo praejudicium inferre.

Quandoquidem ultra quod recurrit responsio, quod Interventus legitimus dictae Ordinariae approbationis ex supra deductis evidenter est comprobatus, insuper occurrit ponderatio, quod etsi in contraria hypothesi res esset constituta, adhuc tamen ex tam diuturna fere per saeculum dicti Venae Capituli acquiescentia concludens inducerel probatio, cum non praesumatur aliquem per tot annos jus suum neglexisse ad tradita per Roc. Scilicet disp. Juris cap 167 n. 48 et per Rot. in Valentina Beneficij 21 Junij 1728. § quae quidem coram bon. mem. Nunez. Praecipue quia in Originali decompositionis syngrapho ab octo Capitularibus subscripto et obsignato. fuit conventum inter partes ut Loci Ordinarij approbatio exquireretur et obtineri deberet, quae circumstantia maximum habet pondus, ut quam praefert evidenter ordinariam approbationem supra fatus Liber authenticus in Archivio Venae Officij Generalis Cracovienae asservatus, Acta Actorum Illmi dicti Loci ordinarij complectens, re vera intervenisse in executionem praecedentis stipulationis omnino dicendum sit, idque tam validiori ratione, quam explorati juris est, quod ex adeo longi temporis lapsu interventus quoque Apostolici Beneplaciti praesumerel, etsi in Instrumento contractus inter partes initi non legerel reservatum ut firmavit Rota Romana in decisione 586. n. 3. part. 2. recent: et coram Seraph

phino decis: 1042 & alibi passim ——
A quo Decreto suprascriptus Gnosus Michael Nagrodzki ad Illmum Dominum nostrum Papam Sanctamq Sedem Apostolicam appellavit. Salvo ꝑ omni ꝑ. —— Et Reverendissimus Dnus Auditor Generalis qui supra hujusmodi appellationem refutavit Et ita ꝑ omni ꝑ.

Ex Protocollo Actorum Nuntiaturæ Apostolicæ extractum, et Sigillo Illmi et Rndmi Domini Domini Alberici ex Comitibus de Archinto Archiepi Nicæni et Nuntii Aplici in Regno Poloniæ commorantis communitum

L t S. Stephanus Skwarczynski Pbcus Sa Athtte Aplica Notarius, et Actorum Nuntiaturæ Aplicæ supstæ Cancellarius manu propria

Hæc tandem Causa devoluta est Romam Anno 1751. in Julio, et ibi nunc pendet indecisa. ejusq decisio promovet instante Procuratore Capituli, per Illmum Dominum Philippum Antonium Monaldini Utriusque Juris Doctorem ꝑ.
Anno 1752 fuit Causa proposita coram Auditore Cameræ tqm Judice Ordinario appellatio

num Mense ~~Sept~~ Octobri, ubi Pars adversa no-
viter produxit in Vim exceptionis Quietantias
antiquas. Quae quoniam in prima ac 2da
Instantiis non fuerunt productae, petiit Procura-
tor Capituli Commissionem ad partes decer-
ni ad effectum producendarum in Originali
quietationem omnium et singularum, et earun-
dem verificandarum, praevio corporali DD.
Zbronskich juramento super fideli comporta-
tione dictarum quietantiarum. Et obtinuit
Commissionem in Personam 2dae Dignitatis
Archidiaconi Cath. Crac. Illmi Mathiae Lubin-
ski, qui fundavit Jurisdictionem in Januario
Anni 1753, qua fundata, produxerunt Dni Capi-
tanei nonnullas quietantias, contra quas
tandem verbo illatis exceptionibus per D.
Procuratorem Capituli et allegatis allegan-
dis de insubsistentia contractus et variatio-
ne quotae, inclinati sunt Dni Capitanei, quia
pacem et Transactionem novam secum fieri
petierunt, Capitulum Gurle in festo SS.
Fabiani et Sebastiani celebratum annuit
petitis Magnificis Capitanei et ad concludendam
pacem deputavit. Rudnum D. Micinski Custodem
Dne Jarnundowice Cantorem et Illustrem Iterka
Procuratorem Capituli Canonicum Ssu Obru

qui omnes sub authoritate Illmi et Rndmi Domini Mathiae Lubienski Archidiaconi Cath. Crac. S. Michaelis in Arce Cracoviensis Praepositi, Josephi Rogali et Andreae Potrecki Canonicorum Cath. Ecclae Cracoviensis concluserunt Concordiam ratione hujusdi Decimae his sub conditionibus ut Cassati sunt ab utrinque quivis Processus eo nomine gesti. 2do factus est plenarius recessus a praeterita Transactione 3. concessus Contractus novus per quem facta est dimissio Decimae ad vitae duntaxat tempora Magnificae ex Szembeki Mariannae Zborowska Capitaneae, exclusive quo ad filios illius cum moderno Mfco Zborowski procreatos, idest quia post fata dictae Mfcae Capitaneae liber erit regressus ad Decimam Manipularem, ad quem effectum subscripsit se ipse quoque Mfcus Capitaneus Adamus Zborowski 4 Annuatim ad Manus Illustris Procuratoris circa festum S. Jacobi ante vel post obligarunt se Magnifici Capitanei transmissuros Summam conventam pro eadem Decima Centum octuaginta florenorum

Et sic finita sunt bella expurgia Juris

Tenor novae Compositionis de qua supra Sequitur talis.

Za uznaniem y powagą J.W. JX Macieia na Lubnie Lubinskiego Archidiakona Katedralnego Krakowskiego Kollegiaty S. Michała w Krakowie na Zamku y Wielkokazmierskiego Kościoła Proboszcza iako Stronom niżey wyrażonym ex Curia Romana Stronom specialiter Delegowanego Sędziego przy obecności Wielmożnych JchMciów XX Józefa Regalleyo Katedralnego Krakowskiego Kollegiaty Kieleckiey Kustosza Kościoła Iłżeckiego y JX Andrzeia z Potoka Potockiego Katedralnego Krakowskiego Kanoników Archidiakona y Officyała Sandomirskiego, Obrazowskiego Gozlickiego Proboszczów ex utraque parte do niżey wyrażoney Kombinacyi uproszonych Przyiaciół. Między Wielmożnemi JchMościami Xiędzami M. Woyciechem Micinskim Katedralnym Krakowskim Kanonikiem

Præsente Nobili Paulo Głowacki Adm Rndi Floriani Gaszynski Ecclesiæ Parochialis in Gorzkow Curati, Citati ex adverso Principalis Procuratore salvis omnibus beneficijs Juris, suo Principali in toto reservatis et præcustoditis, ac præmissa solenni protestatione contra Actores de indebita in Jus sui Principalis evocatione, excipiendo in et contra assertas Rationes pro prætensa Repositione Decreti, in Causa occasione Decimæ Manipularis ex agris et araturis Cmethonalibus medietatis Villæ Plechow provenientis, quasi ad eosdem Actores spectantis necnon asserta documenta ea in Causa in termino anteriori productas, et producta, easdem rationes, tum modernos suos Actores ad præsens non posse nec debere audiri, ex quo actionem de totali Prædiali et Cmethonali Decima circa Decretum, cujus ad præsens repositio prætenditur suo Principali instituerant, nunc vero solam Cmethonalem idq ex medietate dictæ Villæ Plechow per prætensam repositionem hujusmodi Decreti evincere intendant. consequenter in Causa variant, varians autem in Jure non audiendus, quantum ad alia asserta documenta eadem, et quidem primo Librum Beneficiorum hujusmodi Librum Actoribus minime suffragari cum sit duntaxat. ad nudam Relationem Parochorum conscriptus, quo vero ad assertam erectionem Custodi eandem erectionem minime subsistere posse, cum non specificat quas et quales Decimas in se habeat. Quantum ad asserta Regestra Ecclesiæ Collegiatæ SS OO Cracę hujusmodi Regestra nullam perceptionem prætactæ, per Actores prætensæ Decimæ, ast tantummodo anniversaria in se enuntiare. Causa vero præsens non de Anniversarijs, ast de Decima suo Principali sit instituta Consequenter. in Causa præsenti nihil probare quantum attinet assertum Decretum Venerabilis Capituli SS OO pariter in termino anteriori productum. Idem Decretum similiter nullam debere mereri attendentiam, ex quo sit per ipsosmet Actores ad velle suum factum, quo vero ad actus superius per Actores in sua instantia descriptos, eosdem Actores modernos minime in Causa præsenti juvare, nec Decretum præfatum ex serijs Partium controversijs prolatum invalidare posse, cum nihil de prætensa medietate Villæ Plechow obloquuntur, et quod magis non sunt definitivi, alij vero tantummodo sunt officiosi, et nonnulli ad nudas Relationes Partium facti. et licet nonnullæ Relationes Citationum. ad instantiam Antecessorum sui Principalis exportatæ. et per actores convictionem sui Principalis productæ de Decima ex hujusmodi medietate agrorum Cmethonalium Villæ Plechow obloquantur, nihilominus easdem Relationes sue Principali obstare non posse. ex quo Decima controversa de prætacta medietate dictis Antecessoribus sui Principalis, vigore Juris tam specialis quam communis, tum et antiquissimæ Possessionis serviens, pro illo tempore denegabatur; de altera vero medietate pacifice per eosdem Antecessores sui Principalis percipiebatur dicente, ac ideo stantibus præmissis suis exceptionibus ac rationibus, modernos Actores incompetenter agere. declarari, et suum Principalem circa præallegatum Decretum Definitivum, et alia anteriora, Decimam manipularem ex agris tam Prædialibus quam Cmethonalibus dictæ Villæ Plechow ad suum Principalem Ipsiusq Ecclesiam Gorzkoviensem spectantem et pertinentem enuntiantia, necnon possessionem antiquissimam perceptionis controversæ Decimæ conservari et manuteneri, actoribus perpetuum silentium imponi Ipsos in damnis et litis expensis condemnari debita cum instantia petente salvo omni. Ex adverso Suprascriptus Actor. se medietatem Decimæ absq ulla controversia ad se spectanę vindicare dixit et ut supra pro ferendo Decreto instituit Perillustris et Rndissimus Dnus Officialis Gralis Cracoviensis Supramemoratus Partium ambarum controversijs et disceptationibus hinc inde judicialiter factis bene et mature discussis viso Privilegio Illustrissimi olim Martini Szyszkowski Episcopi Cracovienę donationis Decimarum Villæ Plechow favore Ecclesiæ Collegiatæ SS OO Crac. cum assensu Venerabilis Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis de Anno 1626 Die [illegible]va May concessis ad cujus potestatem ut constat ex libro Relaxationum Beneficiorum Diœcesis Cracoviensis, sub titulo Episcopatus Cracoviensis et respective Clavis Cracoviensis descripto dispositio earundem Decimarum

pertinebat, viso quoq Decreto Capituli Gralis Ecclesiæ Collegiatæ Cracoviensis SS OO Die 2da Novembris Anno 1630 interposito, authentica in Scriptura antiquiori illius Seculi per Partem Actoream producto nouiter reperto, quo mediante Decima manipularis omnis grani frumenti et seminis Villæ Slechow idq ex agris naturâ Cmethonalibus, ex his duntaxat, ex quibus ad mensam Episcopalem exdecimabatur Admo Reñdo olim Petro Grebinski Parocho Gorzkowiensi, intra Cujus Parochiam Bona Slechow consistebant, et constituunt, ad vitæ illius tempora sub annua solutione 130 florenorum, in Arendam concessa, fuerit Viso præterea Libro Relaxationum Beneficiorum Diœcesis Cracoviensis sub titulo Ecclesiæ Parochialis in Gorzkow Jus ad Decimam duntaxat de media Parte Villæ et de duobus Prædys Nobilium Citato et suæ Ecclesiæ Gorzkowiensi competere enuntianti tum et Libro Visitationis Casimirsciane, ac tandem Visitationis Foxiana pariter sub titulo Villæ Gorzkow, quo ad similes circumstantiæs competentiæ ejusdem Decimæ de certis duntaxat agris coincidenti, visis denq ac lectis pluribus documentis, Scripturis Decretis, in diversis subselijs et Tribunalibus tam Judicij Sæcularis quam Spiritualis per antecessores citati Parochos Gorzkowienses solicitatis obtentis et impetratis præcise in suis terminis Decimas Prædiales et medietatem Decimarum Cmethonalium Villæ Slechow enuntiantibus, et præservantibus et evincentibus per annos circiter 40 alias ab Anno 1646. usq ad Annum 1679 variis annis et temporibus interpolatim subsecutis et observatis ad præsens per Actorem ad probandam intentionem suam collectis, et productis et respective viso et lecto. Decreto Judicij Episcopalis Cracq An: 1679 Die Mercurij 27. Mensis Junij lato, anteriorum Controversiarum prædictorum Parochorum Gorzkowiense conclusivo et determinativo, visis denq et lectis Regestris antiquis Communitatis. RR Vicariorum Ecclesiæ Collegiatæ SS OO mentionem harum Decimarum pro Anniversarijs favore animæ Illustrissimi olim Szyszkowski Episcopi Cracovienq dispositarum sub An. 1630 et 1660 continentibus et enuntiantibus, eoq attento quoniam medietas altera Decimarum Cmethonalium Villæ Slechow ea prædicta Libro Beneficiorum ac Relaxationum, tum et visitationum ad mensam Episcopalem, consequenter vigore Privilegij Illustrissimi et Rndissimi olim Martini Szyszkowski ad Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Cracq SS OO ab antiquo spectasse et pertinuisse manifeste deducitur: post hujusmodi vero Privilegium hujusmodi medietatis Arendam titulo precario, et oneroso Admo Reñdo olim Petrum Grebinski Parochum Gorzkowienq ad vitæ suæ tempora acceptasse taliterq dictum Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ SS OO in possessione hujusmodi medietatis Decimarum Cmethonalium fuisse et esse constat, et Parochi Gorzkowienses stante mala fide ea partibus Ecclesiæ suæ resultante, hujusmodi Decimam præscribere non valuerunt, nec aliam possessionem alterius medietatis ad præsens controversæ ingvam probaverunt, quinimo per tam multos Annos, lites super Decimis tam prædialibus quam Cmethonalibus protrahendo easdemq vindicando, nonnisi medietatem Decimarum Cmethonalium ejusdem Villæ Slechow pro se suaq Ecclesia, ac in particulari per prædallegatum Judicij Episcopalis Cracoviensis Decretum, Die Mercurij 22 Junij An 1679 prolatum, salvarunt et præservarunt, nec unquam Jus ad aliam medietatis usurpare sibi præsumpserunt, et nonnisi post Annos pestilentiæ Ante Annum 1680 et belli post eundem Annum 1680 grassantium nec Scitur, quomodo in jus alienum perceptionis alterius medietatis hujusmodi Decimarum involasse præsumuntur. Proinde ea his et alijs rationibus animum suum permoventibus Actorem seu Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ SS OO adversus Decretum Judicij præsenq Die Veneris 6ta Mensis July Anno Dñi 1731mo latum restituit et reintegravit, hujusmodi Decretum uti in defectu docu-

mentorum ad præsens per dictum Actorem de novo repertorum et conquisitorum non-
obstantibus nonnullis documentis per Partem Citatam pro illo tempore allegatis
et productis, de hujusmodi Decimis indifferenter, et non conclusive, quo ad totalem
Decimam Cmethonalem Villæ Plechow obloquentibus promulgatum reponibile adinve
nit, et pro reposito habuit et declaravit. Actorem seu Capitulum memoratæ Ecclesiæ
Collegiatæ SS OO circa jura sua ad medietatem Decimarum Cmethonalium sæpe
dictæ Villæ Plechow servientia manutenuit et conservavit Citatum vero ab usurpa
tione hujusmodi medietatis earundem Decimarum in perpetuum amovit, et quo ad illa
silentium imposuit ad restitutionem dictæ medietatis seu valoris illius per Citatu
uti melius scientem liquidandi Actoribus pro annis possessionis Beneficij sui Go
rzkoviensis eundem Citatum adstringendum esse decrevit. et in litis expensis
si et inquantum hujusmodi Decreto non acquieverit condemnavit taxationem vero
illarum suo Judicio reservavit ad effectum deniq restitutionis ejusdem Decimæ
indebite perceptæ Literas Executoriales cum termino triginta dierum relaxavit, uti
quidem restituit, redintegrat adinvenit, declarat manutenet. conservat amovet im
ponit, decernit condemnat, reservat et relaxat. Decreti sui præsentis vigore ad
præmissa mediante A. quo Decreto Citati Procurator verbo ad Quem de Jure appel
lavit Cujus appellatio est refutata. Eodem iterum a refutatorijs appellante Et Domi
nus stetit in Decretis. Præsente me Alberto Ceypler U J D. Kielcens et SS OO
Cracoviens Decano Causarum Consistory Generalis Cracoviens Actuario Jurium et Docu
mentorum Literariorum de quibus superius fit mentio nexus sequens. Et quidem pri
mo Privilegij Illmi et Rndissimi olim Szyszkowski Episcopi Cracoviens tenor talis
Martinus Szyszkowski Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Cracoviens Dux
Severiæ Universis et singulis quorum interest aut in futurum quomodolibet interesse
poterit significamus. Quod cum pro suscepti regiminis Pastoralis solicitudine providere
teneamur. ut in Ecclesijs Nostræ circumspectioni subjectis, non modo laus Divina in
dies majora suscipiat incrementa, verum etiam fidelium cura Animarum, quæ illis
incumbere dignoscitur, ea diligentia exerceatur ne quando in sui administratione ja
cturam aliquam patiatur Quare considerantes Ecclesiam Tituli Omnium Sancto
rum in Civitate Cracoviensi antiquitate celebrem, populiq fidelis, illi quo ad curam
animarum subjecti frequentia, insignem in qua propter administrationem Sacramen
torum ab initio Quo Plebani instituti fuerunt, ac postmodum ut Cultus Divini au
gendi, ita et animarum curæ magis congrue et opportune, administrandæ Causa sui
erectione in Collegiatam Cleri numero, in eisdem redditibus, quos antiquitus habuit
aucta fuit, qui nullatenus hac præsertim iniquitate temporum, qua rerum omnium
pretium magnopere excrevit sufficere possunt. Prælatorum et Canonicorum sustentationi
Nos igitur eorum exiguis, et tenuibus proventibus, atq adeo Ipsius Ecclesiæ necessitati
bus Nobis emanatis commoti, ex præscripto SS Concilij Triden. prospicere satagentes De
cimas manipulares in Agris et Araturis, tam Prædialibus quam Colonorum totas,
et integras Villarum Drozolowice in Vislicensi et Plechow in Proszovicens Terri
torijs consistentium de omni grano et semine excrescentes, et Juri et dispositioni
Nostræ subjectas, dans attribuens incorporans et adscribens duximus, prout de Revendo
rum Venerabilium Fratrum, Nostrorum Dominorum Prælatorum et Canonicorum
Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Consensu damus, attribuimus, incorporamus, et ad
scribimus tenore præsentium vigore earundem. jam exnunc per Ipsos Prælatos
et Canonicos dictæ Ecclesiæ Omnium Sanctorum temporibus perpetuis tenens ha
bens, percipiens, et omni meliori modo exigens perceptas et exactas Decimas
in suos, et Ecclesiæ usus, suæ, Capituli ejusdem Ecclesiæ beneplacitos convertens
In cujus rei fidem præsentibus manu nostra subscriptis sigillo nostrum et Ve
nerabilis Capituli Ecclesiæ nostræ Cathedralis Crac. sunt subimpressa Datum
Bodzantini Die 8va May Anno Dni Millesimo Sexcentesimo vigesimo se
xto Præsentibus Rendis Dnis Alberto Serebnyski Custode Opatoviensi-

Illmo Privilegii

Tarnoviensi Joanne Kwasnicki J U et S T Doctore Volnicensi Archidiacono Sandecensi Auditore Causarum Curiæ Nostræ Generali, Stanislao Rudzki Kielcens Canonicis, Samuele Kalina J U D. Præpositis Corcovens Actorum Curiæ Nostræ Notariis Martinus Szyszkowski Episcopus Cracoviensis Joannes Fodius Archidiaconus Crac. nomine et de consensu Orbis Capituli Ex Actis Privilegiorum Illustrissimi et Reverendissimi Domini olim Martini Szyszkowski Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ sub Sigillo Reverendissimi Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cracovieng extractum Locus Sigilli Stephanus Waniewski Apostolicus et Reverendissimi Capituli Cathedralis Cracovieng Actorum Notarius manu propria Collationavi Josephus Sprawa czytałem aplius et Illustrissimi Capituli Cathedr Cracov Actis insc

Excerptum certum ex Erectione Custodiæ in eadem Collegiata SS OO Crac. de Anno 1629 Die 7ma Septembris Subsecutæ Cujus tenor talis Martinus Szyszkowski Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cracovieng ibi. Quare Nos Cultum Divinum quantum in Nobis est promovere cupientes et cum voluntate dicti Testatoris, Executorumq tum Collegio Juris Consultorum gratificari volentes, non tantum fundationem illam et Præbendam approbare, et Collegio Illi præmisso modo applicare, volumus sed etiam titulo Prælaturæ in prædicta Ecclesia Collegiata SS OO cujus mensæ nuper certas Decimas et proventus assignavimus ut tam titulus quam commodis ornatior fieret.

Librorum Retaxationum Beneficiorum sub titulo Episcopatus Cracovien sis nexus ejusmodi. Episcopatus Cracoviensis Cujus Possessor Reverendissimus in Christo Pater Dominus Petrus Tomicki Dei Gratia Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniæ Vicecancellarius Cujus nomine comparuit in Clave Cracoviensi Venerabilis Dnus Stanislaus Borek Canonicus Cracoviensis Episcopi Cracoviensis Vladarius, ac Stanislaus de Kielce, Notarius Clavis Cracoviensis qui juravit Clavis Cracoviensis In Plechow de Agris Cmethonalibus Decima manipularis Mezd Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Ecclesiæ Cathedralis et Diœcesis Crac: de Anno 1529 conscripto extractt. Villa Gorzkow Ecclesia Parochialis lignea titulo S Margaretha Virginis Item habet Decimas Manipulares Primam ex Villa Gorzkow Quintam ex Villa Plechow ex Curys Militaribus ex agris antiquitus Curialibus quæ nec decimatur nec solvitur. Ex Actis Visitationis Kazimirsciana de Anno 1595. conscriptis extractum.

Villa Gorzkow Ecclesia Parochialis lignea Item habet in Villa Plechow quinq Stadia agri ex quibus duodecem floreni in Annum Solvuntur. Ex actis Visitationis Foxiana in An. 1619 expedite extractum, et Sigillo Reverendissimi Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis communitum Locus Sigilli Stanislaus Lackanski Apostolicus et Actorum Reverendissimi Capituli Notarius manu propria

Decreti Capituli Ecclesiæ Collegiatæ SS OO Crac. obloquentia talis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Die 2da Novembris celebratum est Capitulum Generale in Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium Cracoviæ Præsentibus Perillustribus et Adm. Rendis M. Jacobo Turoboyski, Præposito Joanne Łącki Decano, Joanne Krosner Custode, Gregorio Komnacki Scholastico, Simone Koch, Alberto Porzecki, Adamo Melangonio, Alberto Miernikowicz Canonicis In quo quidem Capitulo facta reassumptione Decretorum anterioris Capituli Statutum est concorditer Quantum ad Unum Quantum ad 3tium Acceptavit Venerabile Capitulum petitionem Adm Rendi Petri Grebinski Parochi Gorzkoviensis ratione arendationis Decimæ manipularis, omnis grani et seminis

1020 1122

in Villa Plechow ad Suam Parochiam Spectante idq ex agris natura Sua Cmethonalibus ed his duntaxat ex quibus ad mensam Episcopalem nuptr exdecimabatur cui eandem Decimam ex vi Specialis Privilegij Illustrissimi olim et Reverendissimi Domini Martini Szyszkowski Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ ad se suamq Ecclesiam Collegiatam Omnium Sanctorum Spectantem, prædictum Vble Capitulum Arendam ad vitæ illius tempora prævia annuali Solutione et transmissione, ad manus R Procuratoris Capituli centum triginta florenorum, præsenti suo Decreto concessit, ita tamen ut tamen ut post sera facta Admi. Andi Petri Grebinski eadem Decima, seu illius percepto sine ulla cujuspiam Parochorum Gorzkoviensium propeditione et impedimento ad Vble Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ SS OO illiusq Prælatos et Canonicos quos de Jure concernit redeat. In Cujus finem Submissionem Suam.

Ad Quartum gratum esse volens V. Capitulum pijssimus manibus Illustrissimi olim et Rndissimi Dni Martini Szyszkowski Episcopi Cracovienq Ecclesiæ SS OO Benefactoris maximi decrevit, ut Vicarij Ecclesiæ Collegiatæ absolvant Singulis Annis cum Missæ Sacrificio duo Anniversaria, unum in Majo alterum in Septembri die quacunq pro anima Martini Episcopi, pro quibus Anniversarijs a R Procuratore Capituli SS OO: ex hac pecunia quam pro Decimis Villarum Plechow et Drozeiowice percipiet annuatim florenos 24. Pecunia vero reliqua pro ipsdem Decimis collecta disponetur. Præsentibus qui supra Albertus Miernikowicz Ecclesiæ SS OO Canonicus et Actorum Capituli Notarius Locus Sigilli Vblis Capituli Ex actis Capituli Eccleæ Collegiatæ OO SS Crac extractum et extradidum

Ex Regestris VV Vicariorum sæpe dictæ Collegiatæ Ecclesiæ SS OO Crac excerptum tale.

Ordo Anniversariorum vigiliæ et lectæ in Crastino pro Sacerdote Alberto de Pradnik. Pro Sacerdote Stanislao Bodzanow, pro tota familia Spytek de Jarestaw, pro Sacerdote Simone Męcinski, pro Sacerdote Michaele Liczbinski, pro Anna Tomaszowa, apud Lucam Belli. Accessit Anno 1630. Pro anima Martini Szyszkowij Episcopi Cracq ex Plechow. Item aliud ex Drozeiowice 1mo in Majo 2dum in Septembri Item in ipsdem Regestris in alio loco et folio Annotantur hæc Sequentia Anno Dni 1660. Pro Paschate ex Cellario Sequuntur alia verba versus finem. Soluj pro Anniversarijs Rndissimi Martini Szyszkowij cessant Solutio tam ex Plechow quam de Drozeiowice ab Anno pestilentiæ gravioris Vble Capitulum Set in possessione Decimarum Reliqua verba non possunt legi propter attritas literas in eodem folio ad finem

Juris ex Libris Retaxationum Beneficiorum Parochiæ Gorzkoviensis Servientis nexus talis

Gorzkow Ecclesia Parochialis Sub Decanatu Widkow cujus Possessor qui juravit In Gorzkow de tota Villa Decima manipularis In Plechow de media Parte Villæ et duobus Prædijs Nobilium Decima manipularis In Stolanowice Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Ecclesiæ Cathedralis et Diœcesis Cracq de An 1529 conscripto extractum et Sigillo Rndissimi Capituli ejusdem Ecclesiæ Cracoviensq communitum Locus Sigilli Stanislaus Czekalski Apostolicus et Rmi Capituli Actt Notarius manu propria

Intromissionis in Bona Villæ Plechow contextus ejusmodi

Ministerialis Regni Generalis Providus Mathias Chrosciński de magna Chroscina cum Nobilibus Stanislao Zawisza et Andrea Jasinski ad Officium et Acta præsentia Castrenq Capitaneq Cracovienq personaliter veniens publice recognovit. Quia Feria Quarta post Dominicam Judica proxime præterita, proxima ad Ipsorum Officiosam Requisitionem in Bonis Villæ Plechow, Curiaq ibidem Sita Grossorum Christophori Joannis et Alberti Mirostowskich Fratrum olim Grossi Alberti Mirostowski Citatt et Jure.

victi. Hæreditarijs nomine et ex parte Venerabilis Petri Grebinski Ecclesiæ Parochialis in Gorzkow Plebani Jure vincentis Juridice factam, non est data, nec libere eidem actori in Bonis Suprascriptis admissa realis Intromissio pacifica possessio in Perlueris Ejusdem Actoris Super prafato olim Parente Citatorum, et Ipsis Citatis Jure victis post mortem ejusdem olim Miroszowski Parentis Ipsorum revisicatorialiter ad paratam Causam una cum Generosis Severino Bonar et Jaszkowski eorundem Baerum Plechow Possessoribus cum quibus eadem Causa dependet. in alijs terminis adcitatis Bonisq Ipsorum omnibus, primum coram Judicio Terrestri Proszovicens tandem in Judicio Tribunalitio Regni Lublinensi Super eodem olim Parente Citatorum, demum in Judicio eodem Terrestri Proszovicensi revisicando Causam pro taxa mille marcarum pecunia Polonicalium damnig totidem per Citatos ad Solvendum Succubita ideo Juia ipsi Seu alter Ipsorum Delimam Manipularem omnis grani et seminis tam hyemalis quam æstivalis ex agris Prædialibus et medietate agrorum Emethonalium Villæ prafatæ Plechow ad Ecclesiam prædictam Gorzkoviensem. ex antiquis pertinentem. moderno videlicet Actori tanquam ejusdem Ecclesiæ legitimo Possessori de Jure Servientem. pro annis Juing Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Primo Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo. Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Tertio Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quarto Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quinto, non extradiderunt nec extradere. volunt. Sed pro usu suo Seu quo voluerunt convertunt. perducti. et Jure Abtenti. Quorum Perlucrorum Litera authentica Officio presenti sunt oblata et reproducta. Quæ licet hic ob prolixitatem in acta presentia non inseruntur pro insertis tamen censeri debent, fusius de præmissis in suo tenore testantur. Idq post Astitionem termini Concitatorij et Remissionem Causæ presentis, et Perlucrorum Executione facienda. Verum hujusmodi Intromissio cum Possessione Bonorum prænominatorum per Generosum Severinum Bonar. temere est denegata, et impugnata. Actum in Castro Cracoviensi Feria Sexta, post Festa Solennia Paschæ proxima Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo Locus Sigilli Correxit Woyciechowski manu propria Legit Choczowski

Protestationis per Parochum Gorzkoviensem. Series talis

Ad Officium et Acta presentia Castrens Capitanei Cracoviensia personaliter veniens Reverendus Petrus Grebinski Plebanus Gorzkovieng solenniter officio presenti protestatus et Manifestatus est de eo Quia ipse inhærendo Decreto Judicij Terrestris Proszovicensis inter se Manifestantem et Generosum Severinum Bonar Bonorum Villæ Plechow Possessorem ratione infrascriptorum lato, paratus est ab eodem Bonar Summam centum octoaginta Florenorum Polonicalium, ex Summa Trecentorum octoaginta Florenorum Polonicalium restantem. Decreto eodem Terrestri Proszoviensi pro Decima manipulari de Bonis prafatis Plechow ex agris Prædialibus et medietate agrorum Emethonalium pro Annis duobus Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Tertio et Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quarto, proxime preteritt provenienti, realiter levare et percipere de levata et percepta quietare. Verum quoniam Idem Bonar Summam præfatam non reponit Ideo de sui in præmissis diligentia, prafati vero Bonar negligentia, ac contraventione Decreto præfato Terrestri, atq Succubitione Taxæ, iterum atq iterum, protestatur et manifestatur. Actum in Castro Cracovieng Feria Secunda post Dominicam Lætare proxima Anno Dñi 1647 Locus Sigilli correxit Woyciechowski manu propria legit Choczowski

Relatio impugnatæ Intromissionis de tenore tali

Ministerialis Generalis Regni Providus Mathias Chroscinski, de Chroscina Magna cum Nobilibus Alberto Strzatkowski, et Stephano Lycinski ad Officium et Acta presenq Castrens Capitanei Cracovieng personaliter veniens publice recognovit

1022 1124

Zvia Feria Secunda ante Festum S Laurentij Martyris proxime preterita proxima ad ipso rum Officiosam Requisitionem in Bonis Villæ Plechow Curiaq ibidem Sita Grzesi Seve rini Bonar Bonorum eorundem Plechow vigore Juriem Ipsius quorumvis Possessio ris, seu Hæredis Citati et Jurevincti Hæreditarius Nomine et ex parte Rendi Petri: Grebinski Plebani Gorzkovienq Actoris Juridice facta, non est data nec libere admissa in Bonis Suprascriptis Plechow, realis intromissio et actualis pacificaq Possessio idq in re Judicata infra scripta. tam ex Decreto Tribunalitio Regni Lublinensi quam et Judicio Terrestri Proszovienq deveniens per Juramentiq indulsionem lucrata, tum et ta xa nemirum. Mille Marcarum pecuniæ Polenicalis, damnq totidem, tum et pœna trium Marcarum pecuniæ Polonq Judiciali Actori adjudicata per Judicium Terrestre Prosso vicense in casu Contraventionis vel in defectu Solutionis Summæ restantis centum: octoaginta Florenorum. Polonq ex Summa originali Trecentorum octoaginta Florenorú pecuniæ Polonq de consensu Decreto eodem Terrestri Proszovicensi ex Remissione Judicy Tribunalitij Regni Lublinenq pro præstando per suprascriptum Actorem Juramen to pro Decima Manipulari de Bonis prefatis Plechow ex Agris Prædialibus et me dietate agrorum Omethonalium pro Annis duobus Millesimo Trecentesimo Quadra. gesimo Tertio, et Millesimo Sexcentesimo Quadragèsimo Quarto, proxime preteri to Solvi injunctt. provenienq. Alias prout Decretum hoc idem Judicy Terrestris Proszovienq Causam hanc cum toto Ipsius effectu ad Officium præsens Castrense Capitanq Cracq. pro ultimaria et finali Ipsius Executione ratione præmissorum fa cienda remisit. Verum hujusmodi Intromissio cum possessione Bonorum prefato rum per Nobilem Slupecki Famulum citatt. temere est denegata et impugna ta. Actt. in Castro Cracoviensi Feria 6ta post Festum Assumptionis in Cælum B V. Mariæ proxima. Anno Dni 1647mo Locus Sigilli correxit Woycie chowski manu propria legit Choczowski

P Innotescentiarum ad intromittendum Rendum Stanislawowicz. Parochum Gorzkoviense. nexus talis

Adm Rdus Balta Sar. Franciscus Stanislawowicz Ecclesiæ Parochialis in Gorzkow Plebanus, Actor Jurevincens astitit coram Officio præsenq Castrenq Capitanq Cracq Terminum Innotescentiæ Executorialis Brahy Regalis in et contra Illrem et Mcum Gabrielem Krasinski Castellanum Plocenq necnon Grosos Ale xandrum Charczewski tum Joannem Casimirum Chrzanowski Bonorum Vil læ Plechow modernos Hæredes, seu quocunq Juris titulo Possessores, de his ac aliis Bonis ipsorum generaliter omnibus. Innotescentiæ Literali Castrenq Capitanq Cracq Officiarta infrascripta innotescitt. et per Ministerialem Re gni Generalem Providum Joannem Nowocki Juridicæ ad Officium præsens Castrense Capitanq Cracq clamatos et non comparentes, idq juxta Innotescen tiam suam infrascriptam tenor talis Michael de Zebrzydowice Zebrzy dowski Supremus Ensifer Gralis Cracovienq Lanckoronenq Capitaneus Vobis Illustri et Magnifico Gabrieli Krasinski Castellano Plocensi necnon Groso Alexandro. Charczewski, tum Joanni Casimiro Chrzanowski Bonorum Vil læ Plechow modernis Hæredibus, seu quocunq Juris titulo Possessoribus de his ac aliis Bonis Vestris generaliter omnibus. Innotescimus Minste rialem Generalem Regni Providum certis cum Nobilibus Secum comparenti bus. coram Nobis et Officio Nostro Castrenq Capitanq Crac personalem. Jeciisse Relationem quomodo dum nuper additus et deputatus fuisset Adm Rndo Balthazaro Francisco Stanislawowicz Ecclesiæ Parochialis in Gorzkow Plebano. ad intromittendum Ipsum in Bona Vestri omnia, lucris perlucris ejusdem Actoris Jure vincentis super Vobis et Bonis Vestris omnibus. Pri mum coram Judicio Terrestri Proszovienq postmodum per Remissionem.

ab eodem Judicio Terrestri Proszovicensi coram Officio Nostro Castrensi Cracoviens.
pro Taxa Mille Marcarum pecuniæ Polonæ damniq totidem succubita ex eo Quia
Vos seu alter Vestrum Decimam Manipularem omnis grani et seminis tam hye
malis quam æstivalis ex agris Prædialibus et medietate agrorum Cmethonalium
pertinentem moderno Actori, tanquam ejusdem Ecclesiæ legitimo Parocho, de Jure ser
vientem et pertinentem, pro annis duobus videlicet 1662do et 1663 nunc currenti exde
cimare et extradere non permisistis, imo eandem Decimam in Cujus usu idem Actor
ex Antecessore suo vigore Decreti Tribunality pacificus Possessor extitit in convulsio
nem ejusdem Decreti pro se vi et violenter recepistis, et ad horreum suum devehi cu
rastis, in commodumq suum seu quo voluistis convertistis, exindeq Suprascriptam
Taxam Mille Marcarum pecuniæ polonicalis succubuistis perductt. et Jure obtentt.
latius in se sonanæ quorum perlucrorum series latius in Actis nostris continetur
descriptt Et quia Vos existentes Jure victis tanquam rebelles, et Juri communi
Regni contravenientes eandem Intromissionem præfato Actori in Bona Vestra non
admisistis, imo temere denegastis. Ideo executio eorundem Perlucrorum ad Nos
seu Officium Nostrum Castrense Capitanæ Cracoviens. tanquam ad Brachium Re
gale cujus vice hac in parte fungimur est devoluta. Quapropter Vobis vigore Re
gio, et Nostra, qua in hac parte fungimur Capitaneali authoritate, ex Officioq man
damus, ut coram Nobis seu Officio Nostro Castrensi Capitaneali Cracoviens. Feria
Quinta post Festum Sancti Martini Pontificis, proxime nunc instans proxima,
vel his ob aliquam Causam deficientibus extunc in prius et proximius celebrandis
Ad instantiam Adm Rndi Baltasari Francisci Stanisławowicz, Ecclesiæ Parochialis
in Gorzkow Plebani, Actoris Jurevincentis personaliter legitime, peremptorieq com
pareatis. Qui Vos citat ad videndum et audiendum. Nos Authoritate Brachij Re
galis in vim executionis præfatorum perlucrorum Suprascriptum Actorem in Bona
Vestra omnia lucris perlucris potestis intromitti tueriq, prout ad Nostrum pertinet
Officium, alias contumacia Vestra non obstante Nos ad ea, quæ Nobis ex Officio
Nostro incumbunt, contra Te procedemus. Officiumq Nostrum procedet, sitis præmissa
visuri, audituri, et ad ea Judicialiter in termino futuro responsuri Datum in Castro
Cracæ Feria 4ta post Festum Omnium Sanctorum proxima Anno Dni 1665to
Et Officium præsens Castrense Capitanæ Cracoviense post hujusmodi astitionem
Termini Innotescentiæ Executorialis Brachy Regalis, ad ulteriorem executionem præfa
torum Perlucrorum procedens addit præfato Adm Rendo Stanisławowicz Plebano
Gorzkoviensi Actori Jurevincenti Ministerialem, quemcunq habere poterit ad intro
mittendum Ipsum in Bona præfata Hæredum seu Possessorum quocunq Juris titulo
Innotescitt. Jureviett. omnia Lucris Perlucris, Taxare judicata ac præmissis omni
bus ejusdem Actoris Jurevincentis onerata. Idq in eisdem Perlucris latius in se
sonantibus, vadiaq Triplicata perlucris eisdem debite correspondentia ratione per
Prænominatos Innotescitos et Jurevictos, eidem Actori Jurevincenti danda realia
per se vel suas quasvis submissas et subordinatas personas, quovis modo non in
quietare, nec præpedire hujusmodi Intromissionem cum actuali pacificaq Possessi
one Bonorum suorum omnium contra eosdem Innotescitas et Jurevictos val
lavit et interposuit, prout vallat et interponit præsentibus Decreti sui vigore Et
hic subinde coram eodem Officio et Actis præsens Castrens Capitaneatt Cracoviensibus
personaliter stans Mnlis Gnalis Regni Providus Gregorius Szczerbinski, de Rachwa
towice publice recognovit. Quia Citationem præsentem Feria 5ta post Festum SS
Omnium proxime præteritum proxima in Curia Bonorum Villæ Plechow Custodi
Curiæ de Juris forma publicando posuit et reliquit Actum in Castro Cracoviensi

Feria 5ta post Festum S. Martini Pontificis proxima Anno Dni 1665to. Locus Sigilli correxit Wieruski manu propria legit Piastuszkiewicz

Ex Decreto Judicij Castrensis Cracoviens An: 1665 Feria 4ta post Festum Immaculatæ Conceptionis B. M. Virginis lato excerptum ut sequitur.

Illustris et Mcus. Loci hujus Generalis Capitaneus seu Instigator Officij præsentis Castrensis Capitanæ Cracæ ejusq Delator Adm Rdus Baltasar Franciscus Stanisławowicz, Ecclesiæ Parochialis in Gorzkow Plebanus, quilibet illorum suo prointeresse Actorea Jure vincens Illrem et Mcum Gabrielem Krasinski Castellanum Plocensem, tum Grosos Alexandrum Charczewski, necnon Joannem Casimirum Chrzanowski, Bonorum Villæ Plechow modernos Hæredes, seu quocunq Juris titulo Possessores, de Bonis Ipsorum generaliter omnibus, Citatione literali Castrensi Capitaneali Cracoviensi &c &c Quia Vos seu alteruter Vestrum Decimam manipularem omnis grani et seminis tam hyemalis quam æstivalis ex Agris Prædialibus et medietate Agrorum Cmethonalium Villæ præfatæ Plechow ad Ecclesiam præfatam Gorzkoviensem ex antiquo pertinentem moderno Actori tanquam Ejusdem Ecclesiæ legitimo Parocho de Jure servientem pro Annis duobus videlicet 1662 et 1663tio nunc currenti exdecimare extradere non permisistis. Actum in Castro Cracoviensi Feria 4ta post Festum Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Dni 1665to Locus Sigilli correxit Wieruski manu propria legit Piastuszkiewicz

Item aliorum Documentorum Literariorum essentialia tantum inseruntur Et quidem ex Intromissione

Ministerialis Generalis Regni Providus Gregorius Szczerbinski de Rachwałowice cum Nobilibus Petro Ozwalski et Joanne Kinski ad Officium et Acta præsens Castrens Capitanæ Cracoviensia personaliter veniens publice recognovit Quia Feria 2da ante Festum SS Simonis et Judæ Apostolorum proxime præterita, proxima ad Officiosam eorundem requisitionem in Bonis Villæ Plechow, Curiaq ibidem sita Illustris et Mci Gabrielis Krasinski, Castellani Plocensis Bonorum Villæ Plechow Hæredum, seu quocunq Juris titulo Possessorum Citatorum, et Jure victt. nomine et ex parte Adm Rndi Baltasari Francisci Stanisławowicz Ecclesiæ Parochialis in Gorzkow Plebani. Actoris ibi. Quia Ipsi Citatt. seu alter Ipsorum Decimam Manipularem omnis grani et seminis tam hyemalis quam æstivalis ex Agris Prædialibus et medietate agrorum Cmethonalium Villæ præfatæ Plechow ad Ecclesiam præfatam Gorzkoviens ex antiquo pertinentem moderno Actori tanquam ejusdem Ecclesiæ legitimo Parocho de Jure servient. et pertinent. &c ibi. Actum in Castro Cracoviensi Feria 3tia post Festum Omnium Sanctorum proxima Anno Dni 1665to. Locus Sigilli correxit Tobaszowski legit Choczowski

Ex Rumatione de Bonis

Vicesgerens Officij præsentis Castrens Capitanæ Cracæ Nobilis Jacobus Zelazowski &c ibi Quia Ipsi quia alteruter Ipsorum Decimam Manipularem, omnis grani et seminis tam hyemalis quam æstivalis ex Agris Prædialibus et medietate agrorum Cmethonalium Villæ præfatæ Plechow ad Ecclesiam prædictam Gorzkoviens ex antiquo pertinentem moderno Actori, tanquam ejusdem Ecclesiæ legitimo Parocho de Jure servientem et pertinent. &c Actum in Cro Cracæ Feria 5ta post Festum Sanctorum Trium Regum proxima Anno Dni 1666to Locus Sigilli correxit Woyciehowski manu propria legit Gniewinski Ex Relatione positæ Citationis Ministerialis Regni Generalis.

Providus Joannes Burgiel de Lękawa ad Officium et Acta præsentia Castrens. Capitans. Cracoviens. personaliter veniens publice recognovit Quia Citationes binas et distinctas ac seorsivas ad Judicia Tribunalitia Regni Lublinens. spectantes et pertinens. Terminum in se a positione sui recte in duabus Septimanis seu tunc dum et quando Causa præsens ex Regestro competenti ad judicandum legitime incideri continentem Nomine et ex Parte Adm. Rdi Balthasari Francisci Stanisławowicz Ecclesiæ Parochialis in Gorzkow Plebani Jurevictoris &c ibi Quia Ipsi Citati Jurevicti Decimam Manipularem omnis grani et seminis tam hyemalis quam æstivalis ex Agris Prædialibus et medietate agrorum Cmethonalium Villæ præfatæ Plechow. ad Eccleam prædictam Gorzkoviensem. ex antiquo pertinentem. Actum in Castro Cracoviensi Sabbatho post Festum Omnium Sanctorum primo Anno Dni 1666to Locus Sigilli correxit Woyciehowski mpp Legit Gniewinski

Item ex Relatione positæ Citationis

Ministerialis Generalis Regni Providus Joannes Burgiel de Lękawa ad Officium et Acta præsentia Castrens. Capitans. Crac. personaliter veniens publice recognovit Quia Adcitationes Revificatoriales post mortem olim Illris et Mci Michaelis de Zebrzydowice Zebrzydowski Palatini et Generalis Capitanei Crac. binas distinctas et seorsivas ad Judicia Tribunalitia Regni Lublinens. spectantes, et pertinens. Terminum in se a positione sui recte in duabus Septimanis, seu tunc dum et quando Causa præsens. ex Regestro publico Causarum Officij ad judicandum legitime inciderit continens Nomine et ex Parte Adm. Rndi Balthasari Francisci Stanisławowicz Parochi Gorzkoviens. Actoris &c &c ibi. idq occasione Decimæ Manipularis ex Agris Prædialibus et medietate Villæ Plechow pro Annis duobus videlicet in Processu Causæ specificatt. provenientis in cujus Decimæ usu et possessione idem Actor vigore Decreti Tribunalitij per Antecessores suos obtenti extitit non extraditæ &c &c Actum in Castro Cracoviensi Feria 2da ante Festum Sancti Laurentij Martyris proxima Anno Dni 1667. Locus Sigillo correxit Mysłowski mpp Legit Gniewinski

Ex Requisitione Officiosa

Ad Officium et Acta præsentia Castrens. Capitans. Crac. personaliter veniens Adm. Rdus Balthasar Franciscus Stanisławowicz, Parochus Gorzkoviens. petijt et requisivit. Quatenus &c ibi In Causa et actione ratione Decimæ Manipularis ex Agris Prædialibus et medietate Villæ Plechow pro Annis duobus &c Actum in Castro Cracoviensi Feria 6ta post Festum Nativitatis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Dni 1667mo Correxit Woyciehowski mpp Legit Gniewinski

Item ex actu denegatæ Executionis

Generosus Stephanus a Wronow Xięski Vice Capitaneus et Judex Causarum Officij præsens. Castrens. Capitanealis Crac. Actum Executionis infra scriptum per se in Villa Plechow vigore Decreti Judicij Tribunalis Regni Lublinens. modo infra scripto expeditum ad inserendum in Acta præsentia Castrens. Capitans. Crac. porrexit Cujus actus tenor sequitur estq talis Actum in Villa Plechow ante Portam Curiam occlusam Feria 2da post Festum Sanctæ Luciæ Virginis proxima Anno Dni 1667mo Grosus Stephanus a Wronow Xięski Vice Capitaneus et Judex Causarum Officij Castrens. Capitans. Crac. vigore Decreti Judicij Ordinarij Tribunalis Regni Lublinens. de Actu Lublini Feria 6ta post Festum S. Bartholomæi Apostoli proxima Anno nunc currens. 1667mo.

1026 + 1028

Addum Rndum Balthasarum Franciscum Stanisławowicz Parochum Gorzkovienę. Acto
rem ab una et Illrem ac Mcum de Pieskowa Skała Wielopolski Supremum Regni
Dapiferum Gralem Cracę. Bochnenę ꝛc. Capitaneum post mortem Illris et Magni
fici Michaelis de Zebrzydowice Zebrzydowski, Palatini et Gnalis Cracę Lancko
ronenę. Capitanei, revificatorialiter ex Officio Capitaneatus Ipsius, parte ab alte
ra adcitatum lati, quo mediante Suprascripto Illri et Mco Gnali Cracę Bohnenę
Capitaneo Executio finalis ex indilata de Bonis Suprascriptorum videlicet Illris
et Mci Gabrielis a Krasne Krasinski Castellani Płocenę. et Grosorum Ale
xandri Charczewski atq Casimiri Chronowski Bonorum Villæ Plechow Hæ
redum, seu quovis Juris titulo Possessorum uti in Causa per Suprascriptum.
Adm Rdum Parochum Gorzkovienę. Actorem ips. ratione Decimæ Manipula
ris ex Agris Prædialibus et medietate Villæ præfatæ Plechow pro Annis duobus
in processu Causæ ejusdem Specificati ꝛc ibi Actum in Cro. Cracę Feria 2da
post Festum Purificationis B V Mariæ proxima Anno Dni 1668vo. Locus
Sigilli correxit Woyciechowski mp. Legit Gniewinski

Ex Relatione positæ Citationis.

Ministerialis Generalis Regni Providus Joannes Burgiel de Łęskawa ad Offi
cium et Acta præsenę Castrenę. Capitt. Cracę. personaliter veniens publice recogno
vit. Quia Citationem Literalem Authenticam ad Judicia Tribunalitia Regni
Lublinenę Spectanę. et pertinenę Terminum in se a positione sui recte in duabus
Septimanis seu tunc dum et quando Causa præsens ex Regestro publico et com
petenti ad judicandum legitime inciderit competentem, Nomine et ex Parte Adm
Rendi Balthasari Francisci Stanisławowicz Plebani Gorzkovienę Actoris in et
super Illres et Mcos Hyacinthum de Lubraniec Dabski Castellanum Bie
cenę. Bonorum Villæ Plechow novum Quæsitorem Juris, et modernum Hæredem,
tum Gabrielem de Krasne Krasinski Castellanum Płocenę. antea eorunę. Bonorum
Villæ Plechow Hæredem ꝛc ibi idq in eadem Causa, et Actione ratione Decimæ
Manipularis ex Agris Prædialibus et medietate Villæ Plechow pro Annis duobus
in Processu Causæ specificatis provenientis in cujus Decimæ usu et possessio
ne idem Actor vigore Decreti Judicij Tribunality per Antecessores suos obtenti
extitit ꝛc. Actum in Cro. Cracoꝛ. Feria 5ta post Dominicam Conductus
Paschæ proxima Anno Dni 1668vo Locus Sigilli correxit Mysłowski mpp legit
Gniewinski

Item ex Oblata Decreti Tribunality Regni.

Ad Officium et Acta præsenę Castrenę. Capitt Cracę personaliter veniens Adm
Rdus Balthasar Franciscus Stanisławowicz Parochus Gorzkovienę obtulit
ad Acticanę eiꝛ. Officio præsenę. Decretum infrascriptum ex Actis Judicio
rum Tribunalitiorum Regni Lublinenę Authentice depromptum ꝛc ibi ratione
Decimæ Manipularis ex Agris Prædialibus et medietate Villæ præfatæ Ple
chow pro Annis duobus ꝛc ꝛc. Actum in Cro Cracę Feria 4ta post Fe
stum Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno
Dni 1670mo Locus Sigilli correxit Tobaszowski mpp Lectt per Jezierowski

Item ex actu Executionis.

Generosus Stanislaus a Bronice Bronicki Tribunus Korczynenę Vicecapitane
us et Judex Castrenę. Capitt. Crac. Actum Executionis infrascriptum per se
in Bonis Villæ Plechow Vigore Decreti Tribunalit. Regni Lublinenę modo
infrascripto expeditum ad inserendum in Acta præsenę Castrenę. Capita
nealia Crac. porrexit cujus tenor sequitur estq talis Actum in Villa
Plechow, ante portam Curiæ ꝛc ibi Quo Decreto mediante Suprascripto Illri
et Mco Gnali Cracę. moderno seu ejus Officio competenę. Executio secun-

daria fortis et finalis non obstantibus quibusvis Juris Oppositionibus. et impugnatio
nibus in Bonis Villæ Plehow Hæreditarijs et Possessionis ad præsens Illris et Mci
Hyacinthi de Lubraniec Dąbski Castellani Biecens occasione non extraditionis Decimæ
Manipularis ex Agris Prædialibus et medietate præfatæ Villæ Plehow eiq Adm Rdo Parocho
Gorzkoviensi pro annis Novem incipiendo ab An. 1662do ad Annum Psens inclusive
debitæ et retentæ. &c. Actum in Cro Cracq. Feria 3tia post Dominicam Jubilate
proxima Anno Dni 1671mo. Locus Sigilli correxit Tabaszowski mpp. Lect per Jezio
rowski

Item ex Relatione positæ Citationis

Mnlis Gnalis Regni Providus Stanislaus Hałunek. de Raczkowice ad Officium
et Acta præsens Castrens. Capitt Crac. personaliter veniens publice recognovit
Quia Ipse Citationem Literalem Authenticam infrascriptam tenoris talis Joannes
3tius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Czerniehoviæq Vobis
Illri et Mco Joanni a Pieskowa Skała Wielopolski Dapifero Regni Gnali
Cracq. Bochnens. Neoforiens. &c. Capitaneo ex eoq. Officio Capitaneatus Tui, tum
Gnsis Christinæ de Drzewce olim Gnsi Stanislai de Lubraniec Dąbski Con
sorti derelictæ Viduæ, atq Alexandro Stanislao, Constantino et Petro, Evæ et Catha
rinæ. Virginibus Dąmbskim ejusq. olim Gsi Stanislai Dąbski, Bonorum Villæ
Plechow Hæredis Filijs et Filiabus Successoribus legitimis necnon Andreæ Alberto
et Michaeli atq Annæ Barbaræ Ludovicæ, Virginibus itiq. Dąbskim &c ad
instantiam Instigatoris Judicij Tribunalis Regni Lublinens. ejusq Delatoris
Adm Rdi Balthasari Francisci Stanisławowicz Plebani Gorzkoviens. &c ra
tione. Decimæ manipularis ex Agris Prædialibus Villæ Plechow pro Annis
in processu Cad specificatt. &c. Actum in Cro Crac. Feria 2da. post Do
minicam Rogationum proxima Anno Dni 1677mo Locus Sigilli Correxit Ta
baszowski mpp. Legit Choczowski

Decreti Consistorij Gnalis Crac de quo superius fit mentio tenor talis.

Anno Dni 1679. Die Lunæ 27. Mens Februarij Coram Perillustri et Rdmo
Dno Nicolao Oborski Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo Laodicens. Suffra
ganeo Scholastico Vicario in Spiritualibus ac Officiali Gnali Cracq. et in ejus
publica Causarum audientia comparens, personaliter Nobilis Benedictus Zegota
Generosorum Nicolai Krasinski Andreæ et Alberti Dąbski, Christinæ Gsi
olim Stanislai Dąbski Consortis derelictæ Alexandri et Stanislai Filiorum,
ejus Bonorum Villæ Plechow Hæredum Principalium Procurator, in termino
hodierno ex citatione debite executa provenienti, Monitorium non viso robore.
in et contra suos Principales ratione contumaciæ in Causa occasione non extra
ditionis Decimæ Manipularis ex Agris Prædialibus Villæ Suprascriptæ Provenien
taliter qualiter in Judicio præsenti obtentum relaxari factaq relaxatione suos
Principales statim ad Cautelam a Censuris absolvi debita cum instantia postu
lavit. Præsente Rendo Francisco Balthasaro Stanisławowicz Parocho in Gorzkow
ex adverso Principali non debere Monitorium obtentum relaxari, priusquam persolve
rint Processum contumacialem, quem sibi ad sexaginta florens. Polons taxat et æsti
mat. dicens et eunq Processum bene et legitime obtentum deducente Perillustris
et Rdmus Dnus Nicolaus Oborski Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episco
pus Laodicens. Suffraganeus Scholasticus Vicarius in Spiritualibus et Officialis
Gnalis Cracq. Supramemoratus viso Processu contumaciali legitime obtento. Suprascri
ptis Gsis Krasinskim et Dąbskim, intuitu obtenti Processus contumacialis viginti
florens. Polons per totum hodie solvere mandavit. Tandem Suprascriptus Actor ulte
rius procedendo contra Citatos verbo proposuit Quia Ipsi Decimam Manipularem
omnis grani et seminis ex Agris et Araturis Prædialibus Villæ Suprascriptæ provenien

ad Actorem Ipsiusq Ecclesiam de Iure et possessione Spectanę pro Annis 17 immediate præteritis respective sub tempus suarum Possessionum et Hæreditatum retentam multoties requisiti extradere nolunt et recusant. Ipsosq ad extraditionem hujusmodi retentæ Decimæ si et inquantum est in Manipulis integra, alias ad solutionem ejusdem veri, et justi valoris, medio actoris corporali juramento liquidanę Iuris medijs stringi ac in damnis et litis expensis condemnari postulavit. Præsente quo supra Citatorum Procuratore præmissa solenni Protestatione de temeraria suorum Principalium vexatione Causam præsentem præventam esse imo et decisam in Judicio Tribunalitio Regni Lublinenę verbo excipiente et probando suam allegationem Decretum Tribunalitium Regni Lublinenę authentice exhibenę alias Causa præsentem ad Judicium Illmi et Rdmi Dni Loci Ordinarii remitti petente. In contrarium Actor Copias exhibiti Decreti ad primam Iuris sibi concedi petijt Perillris et Rdmus Dnus Suffraganeus et Officialis Gnalis Cracę Supramemoratus viso Decreto Judicij Tribunalis Rgni Lublinenę in Caa præsenę lato eanę ex certis rationibus animum suum moventibus, una cum Partibus pro ulteriori cognitione et finali decisione ad Illmum et Rdmum Dnum Episcopum Cracę Ducem Severiæ remisit, et Terminum primam Iuris post Dominicam Conductus Paschæ proxime venturam Partibus coram eodem Judicio comparendi præfixit et assignavit. Præsentibus Illribus et Adm Rndis Sebastiano Komecki Cracę Vladislavienę Præposito Sandomirienę, Georgio Januszowic JU Cracovię Canonicis Archipræsbytero Sandomirienę Decano Mathæo Casimiro Orłowski JU Archidiacono Curzelovienę Præposito Małogostenę in Sendziszow Samuele Formankowicz JU SS OO Cracovię Custode in Przemysłow Parochis, Sebastiano Piskorski JU SS OO Crac. Jacobo Zelazowski Phiæ Doctoribus Bobovienę Canonicis Eccleæ Archipræsbyteralis Cracę Pænitentiario et alijs plurimis

Ex actis Actorum Officialatus Cracaę extractum. Item Decreti Judicij ordinarij Cracę nexus talis

Anno Dni 1679 Die Lunæ 6xta Menę Martij Coram Judicijs Illmi et Rdmi Dni Andreæ Trzebicki Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Cracę Ducis Severiæ in publica Caarum audientia comparens personaliter Nobilis Simon Karchutowicz Gsi Nicolai Krasinski Castellanida Płocenę Principalis Actoris Procurator de cujus mandato Procuræ in Personam suam coram actis Officij præsenę sub Die Veneris 17 Februarij An. currenti recognito constat in termino hodierno ex Citatione debite executa provenienti contumaciam Rndi Francisci Balthasari Stanisławowicz Parochi in Gorzkow pro die, et termino hodierno ad recognoscendum, quod Illris et Mcus olim Gabriel Krasinski Castellanus Płocenę sui Principalis Parens circa venditionem Villæ Plechow Mcō olim Hyacintho Dąbski Castellano Becenę An 1668 vo factam ratione Decimæ Citato suprascripto debitæ Summam 900 florenę a subditis ejusdem Villæ receptam reliquerit idemq Mcus Hyacinthus Dąbski onus satisfactionis eidem Citato ex Summa præmissa recepta præstandæ in se assumpserit Citati non comparentis accusavit et in Ejus contumaciam suum Principalem a Censuris Ecclesiasticis, quibus ad Instantiam Ejusdem Citati ratione contumaciæ, in Causa occasione non extraditionis Decimæ Manipularis omnis grani et seminis ex Agris et Araturis Prædialibus Villæ Plechow provenienę ad eunę Citatum Ipsiusq Ecclesiam de Iure et antiqua Possessione Spectanę, seu alias quomodolibet in Judicio præsenę sub die Lunæ 9 Januarij Anno currenę latis innodatus ~~existit~~ existit, absolvi debita cum instantia postulavit Et Judicium Supramemoratum auditis præmissis visa Citatione authentica Judicialiter producta legitime intimata Suprascriptum Citatum diutius ultra horam audientiæ expectatum nec per se nec per suum Procuratorem legitimum comparentem contumacem prout merito erat suadente justitia reputavit et in ejus contumaciam Actorem a Censuris in Persona Procuratoris sui absolvit, Literasq absolutionis in Forma solita

Coram Illustrissimo Reverendissimo Domino Francisco de Pothana Pothanski, Dei et Apostolicæ Sedis Gratiâ, Episcopo Patarensi, Suffraganeo Canonico, Vicario in Spiritualibz, et Officiali Generali Cracoviensi, comparens personaliter, in publica Causarum audientia, Nobilis Joannes Slowacki, Illustris Admodum Reverendi Procuratoris, Venerabilis Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ, Actoris Procurator, in termino hodierno ex literis Cridæ, seu edicto publico, in vim citationis generalis, ab Officio præsenti emanato, et debitè executis, proveniente, contumaciam omnium, et singulorum sua ex adverso jus et interesse aliquod, ad infrascripta communiter, vel divisim, seu aliàs quomodolibet se habere putantium et prætendentium dictis Cridæ literis Citatorum, et non comparentium accusavit, et in eorum contumaciam Inscriptionem Censûs Annui ducentorum quinquaginta florenorum Polonicalium pro Summa quinq; millium florenorum similium, de manibus Executorum, olim Illustris Clarissimi Admodum Reverendi M. Casimiri Jarmundowicz, Utriusq; Juris Doctoris et Professoris, Ecclesiarum Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ Custodis, Parochialis in Luborzyca Curati, in Auro, levata et percepta, in et super Bonis Villa Strzyszow in Palatinatu Cracoviensi, Ducatibus Zatoriens et Oswiecimens consistens, per Magnificum Christianum de Dembiany Wilkonska, olim Magnifici Casimiri Odrowaz de Wilkonice Wilkonski, Vexiliferi Ducatuum Zatoriens et Oswiecimens Consortem relictam Viduam, eorundem Bonorum Villæ Strzyszow Jure Reformatorio Dominam, Coram Officio, et Actis Castrensibus Capitaneatibus Cracoviensibus, Feriâ tertiâ post Dominicam Reminiscere proximâ, Anno Domini Millesimô Septingentesimo, Sexagesimô tertio, factam et recognitam, ac Acta Castrensia Capitaneatia Oswiecimensia Feriâ secunda post Dominicam Lætare Quadragesimalem proximâ, Anno eodem Millesimô, Septingentesimô tertiô, per oblatam porrectam. Item Scriptum Manuale per

eandem Magnificam Christinam Wilkonska, super solutione Census pro dicta Summa de Datt. Cracoviæ die prima Mensis Martij, Annô eodem Millesimô, Septingentesimô, Sexagesimô tertio, datum coram Officio et Actis Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus Feriâ præfata tertiâ post Dominicam Reminiscere proximâ, Anno prædicto Millesimo, Septingentesimô Sexagesimo tertiô roboratum, et pariter ad Acta Castrensia Capitanealia Osvicimensia, Feriâ et Anno quibûs supra per oblatam porrectum, in omnibus punctis et Conditionibus Universis approbari, confirmari, ratificari, robur Authoritatis Ordinariæ, et perpetuæ firmitatis, pariter et Decretum desuper apponi, dictam Summam una cum Censu Annuo libertati et immunitati Ecclesiasticæ suprascriptæq Ecclesiæ Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ adscribi, applicari, et incorporari, Intuitu perceptionis hujusmodi Census Onera et obligationes imponi, et ad explendum eadem sub onere Conscientiæ obligari, Ordinationem desuper statui. Literasq Approbationis, Confirmationis, ratificationis onerum impositionis, et alias desuper necessarias decerni et extradi mandari postulavit. Illustrissimus Reverendissimus Dominus, Officialis Generalis Cracoviensis, visis Cridæ literis debitè executis, et attentâ cadentiâ termini in diem hodiernam inciden, in Contumaciam quorumvis Interessatorum iisdem literis Cridæ citatorum, et non comparentium, Inscriptionem Census Annui Ducentorum quinquaginta florenorum Polonicalium pro Summa quinque Millium florenorum similium provenien, tum et Scriptum manuale ac roborationis eorundem, coram Officio et Actis Feriâ et Annô quibus supra factt et recognitum, prout de jure approbavit, confirmavit, robur Authoritatis Ordinariæ ac perpetuæ firmitatis, pariter et Decretum desuper apposuit, dictam Summam cum Censu annuo libertati et immunitati Ecclesiasticæ suprascriptæq Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ adscripsit, applicavit, et incorporavit. Onera et Obligationes intuitu perceptionis hujusmodi Census, quatenus Procurator Vtlis Capituli Collegiatæ, recepto hujusmodi Censu, pro Summa præfata quinq Millium florenorum, Anniversaria trina, Et quidem in Suffragium Animæ Stanislai Kutlinowski Sacerdotis, ex Censu pro Summa Mille quingentorum florenorum. In Suffragium Animæ Adalberti Micinski, Sacerdotis, ex Censu pariter Mille quingentorum florenorum cum Officio Defunctorum unius Nocturni, et Laudibus, Missaq cantata, diebus ultimis, Mensis Aprilis. Et in Suffragium Animæ Casimiri Jarmundowicz Sacerdotis,

ex Censu

ex Censu duorum Millium florenorum, cum Officio Defunctorum trium Nocturnorum et Laudibus, Missaq Cantata die quintâ Mensis Maij, aliàs proximè sequent, in Ecclesia Collegiata absolvi; et dispartimentum Census inter Prælatos, et Canonicos in dictis Anniversariis præsentes tantùm, Missasque celebrantes, tum inter minorem Clerum, et pro Sacristia faciat, imposuit. Decreti præsentis vigore. Præsente me Francisco Ziębienski, Utriusq Iuris Doctore, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ Decano, Andreoviensi Præposito, Consistorii Generalis Cracovien Actuario.

Ex Protocollo Actorum suprascripti Illustrissimi Reverendissimi Domini Officialis Gñalis Cracovien extractus, et Sigillo communitum.

Franciscus Ziębinski U. I. D.
Constrij Gñal: Crac Actuarius:
mmpp

ERECTIO Canonicatus Potocciani Tituli S. Nicolai Episcopi Confessoris seu Innovatio et Unio Canonicatus Confraternitatis Pauperum in Ecclesia Collegiata SS. Omnium Cracoviæ Anno Dñi 1765.

Franciscus de Potkana Potkanski Dei et Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Patarensis, Suffraganeus Canonicus, Vicarius in Spiritualibus, et Officialis Generalis Cracoviensis.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decet ea, quæ in augmentum et Promotionem Cultus Divini, ad honorem Sanctissimæ Virginis MARIÆ, et omnium Sanctorum, Decoremq: Ecclesiarum et illarum congruam Ministorum Provisionem, recta intentione piorum Fundatorum impenduntur liberalitate,

Posterorum memoriæ Authenticarum Scripturarum munimine roborari. Noverint itaq: Universi, tam præsentes, quam futuri præsentium notitiam habituri. Quomodo coram Nobis ad Jura reddenda, causasq audiendas, et decidendas, pro Tribunali sedentibus, comparens personaliter Nobilis Carolus Jaworski, Illustris Magnifici Antonii Michaëlis Marcellini trinominis in Złoty Potok Potocki, Equitis Aquilæ Albæ, Exercituum Regni Generalis Locum tenentis, principalis Actoris Procurator, in Termino hodierno ex literis Credæ, in vim citationis generalis, seu Edicti publici, ab Officio Nostro emanantis, et debitè executi provenienti, contumaciam omnium et singulorum sua ex adverso jus, et interesse aliquod ad infra scripta communiter v divisim aut quomodolibet se habere putantium et prætendentium, dictis Credæ literis citatorum, et non comparentium, assignavit, et in eorum contumaciam. Inscriptionem census Annui reemptionalis mille florenorum Polonicalium pro summa viginti millium florenorum similium, in et super Bonis Fractus Kluczowsko in Palatinatu Sandomiriensi, Districtu Chęcinensi consistentibus investiti, per Actorem præfatum Illustrem Magnificum Antonium Potocki, dictorum Bonorum Hæredem, coram Officio et Actis Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus, Feria 4ta die Cinerum, Anno Currenti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo quinto recognita in omnibus et singulis punctis, clausulis, nexibus, ligamentis, et conditionibus Universis, Authoritate ordinaria approbari, confirmari, ratificari, Libertati et immunitati Ecclesiasticæ adscribi. Productoq: consensu Venerabilis Capituli Collegiatæ et Parochialis Ecclesiæ Omnium Sanctorum Cracoviæ, super eodem censu pro summa subscripta viginti Millium florenorum provenientis Canonicatum Fundationis Illustrissimæ Domus Potoccianæ sub Titulo S. Nicolai Episcopi Confessoris in Ecclesia Collegiata Parochiali Omnium Sanctorum erigi, fundari, seu alias Canonicatum quondam Tituli Confraternitatis pauperum in eadem Ecclesia Collegiata erectum /: ex quo memorata Confraternitas extincta, et Canonicatus dote sua orbatus sit :/ super eodem censu innovari dotari eidemq: hujusmodi Canonicatum Potoccianum uniri, applicari, et incorporari, Canonicatumq: Potoccianum nominari. Jus patronatus ad mentem Illustris Magnifici Fundatoris reservari. Onera et obligationes imponi. Ordinationem statui, et ad explendum obligari. Cæteraq: quomodocunq: necessaria et opportuna decerni. Robur Authoritatis Ordinariæ et perpetuæ firmitatis, pariter et Decretum desuper interponi, Productisq: Literis Præsentationis favore Admodum Rndi Antonii Jarzęcki Philosophiæ Doctoris

Canonici Woynicensis, per Illustrem Magnificum ante-
nominatum Antonium Potocki Fundatorem expeditis, eun-
dem ad dictum Canonicatum Potoccianum institui et investi-
ri. Literasq: Approbationis, Confirmationis, Erectionis, Fun-
dationis, dotationis, innovationis, Unionis, Applicationis,
incorporationis, Nominationis, reservationis, Obligationis,
institutionis extradi mandari postulavit. Nos Fran-
ciscus Suffraganeus, Vicarius in Spiritua-
libus et Officialis Gnalis Cracoviensis. Cum
summa sit ratio quae pro pietate et Religione facit, et ad ea,
quae, ad Divini cultus tendunt augmentum, proni esse debea-
mus, proinde visis Credae literis debite executis attentaq:
Cadentia termini in diem hodiernam incidentis, ante omnia
Interessatos quosvis dictis credae Literis citatos, et non com-
parentes, contumaces prout merito erant, suadente Justi-
tia reputavimus, et in eorum Contumaciam. Inscriptio-
nem census annui reemptionalis Mille florenorum
pro Summa viginti Millium florenorum Polonicalium
in et super Bonis in praefata inscriptione nominatis in-
vestiti, coram Officio et Actis supra scriptis recognitt: ap-
probavimus, confirmavimus ratificavimus, Libertatiq: et im-
munitati Ecclesiasticae adscripsimus: Super censu pro Sum-
ma praefata provenient: juxta mox sequentem Ordinationem
Canonicatum Fundationis Illustrissimae Domus Potoc-
cianae, sub Titulo S. Nicolai Episcopi Confessoris in Ec-
clesia Collegiata Parochiali Tituli Omnium Sanctorum
Cracoviae consistent: eresimus fundavimus aliàs Cano-
nicatum. (: quondam Tituli Confraternitatis Pauperum
pridem non exstantis in eadem Ecclesia Collegiata fun-
dato: cujus jus Patronatus nulli competat:) innovavimus
dotavimus eidemq: hujusmodi Canonicatum Potoccia-
num ad praesens erectum fundatum et dotatum univi-
mus applicavimus et incorporavimus. Ita ut postqm
contigerit illum Canonicatum vacare, extunc, prout ex
nunc, unus efficiat, nomineturq: Canonicatus Potoccianus
Tituli Sancti Nicolai pronuntiavimus. Consensum Vene-
rabilis

1212 rabilis Capituli prefate Collegiate super premissis ad-
misimus. Onera et obligationes juxta sequentem Ordina-
tionem. Imo Obligabitur fundatus et dotatus Canonicus
Potoccianus quolibet die per Annum preterquam feria 5ta ma-
gna et Sabbatho Sancto pro Remissione Peccator et pro In-
columitate Illustris Mfci Nicolai Potocki Palatini de Bel-
zensis, post mortem vero in suffragium Anime ejusdem
Nicolai ad Altare privilegiatum Presentationis Beatissi-
me Virginis Marie et Sancti Nicolai Episcopi Confessoris
in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum Sacrificium Missa
sive per se sive per alium Presbyterum legere. IIdo Reve-
rendus Sacristianus Ecclesie Collegiate speciale Regestrum
hujusmodi Missarum manutenebit, et quolibet die Romen
Missam legentis ad prestandum stipendium annotabit IIIio
In Festo S. Nicolai Missam de eodem Sancto ante Missa
Parochialem solenniter cantabit cum pulsu Organorum et
Musice. Post Festum vo S. Nicolai Anniversarium in
suffragium Anime ut supra perpetuis temporibus cele-
brari faciet IVto Canonicus hujusmodi Fundationis Poloc
ciana receptum censum sic dividet. Imo. Pro missis quotidi-
anis juxta Regestrum ut supra legentibus florenos Polonia-
les quingentos. IIdo Canonico Potocciano florenos trecen-
tos octuaginta. IIIio Pro Missa solemni in Festo S. Nicolai
Ministrantibus et Musicis florenos Octodecem. IVto Pro
Anniversario florenos viginti quatuor Vto Pro cera et vino
ad Sacristiam florenos quadraginta, VIto Reverendo Sa-
cristiano pro vigilantia et manutentione Regestri Missarum
florenos sedecem. VIImo Studiosis Pauperibus inservientibus
Sacris florenos VIIIa VIIIo Pauperibus ad eandem Ecclesiam
florenos decem quotannis ednolvet, imposuimus et ad ex-
plenda onera et obligationes eadem Authoritate Ordina-
ria obligavimus IXto Jus Patronatus et presentandi Cano-
nicum Potocciamum. Illustri Magnifico Fundatori, quo-
ad viderit. Successive vo Magnifico Rectori Studii Ge-
neralis Cracoviensis pro tempore existenti: Ita tamen
ut Capitulum Collegiate Omnium Sanctor eligat unum
de gremio sui sibe extraneum et electum dicto Magnifi-
co Rectori commendet, ad espediendas Literas Presentationis
favore Ejusdem per Venerabile Capitulum Electi et commenda-
ti ad mentem Illustris Mfci Fundatoris reservavimus.

Acta approbamus, confirmamus, erigimus, fundamus, dotamus, adscribimus, unimus, applicamus, incorporamus, imponimus, obligamus, statuimus, et reservamus. Et ea tunc ad eundem Canonicatum Potoccianum Adm Rndum Antonium Jarzęcki Philosophiæ Doctorem, Canonicum Voynicensem, per præfatum Illustrem Nficum Antonium Potocki Fundatorem præsentatum instituimus et investivimus. Reservata Nobis Sedięq: Ordinaria imposita onera, quatenus casus evenerit, reducendi, et si necessitas exegerit, reformandi, mutandi, et statuendi, in præmissis facultate et potestate. Literasq: Institutionis et Investiturę, in forma solida extradi mandavimus. Ipsum ad Venerabile Capitulum Collegiatæ Omnium Sanctorum ad assignandum eidem stallum in Choro et locum in Capitulo remisimus, Robur Authoritatis ordinariæ et perpetuæ firmitatis, pariter et Decretum desuper interponimus. Defectus quosvis Juris et facti supplemus. Non soliùm præmissô sed et omni aliô meliori modô. Acta sunt hæc Cracoviæ. Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi MDCCLXV. Indictione Romana XIII. Pontificatus Smi Domini Nostri Dni Clementis Papæ ejus Nominis XIII Anno ipsius VII. Die Veneris 3ma Mensis Martii Præsentibus Illustribus Adm Rndis Francisco Lębienski Decano, Andreovien Præposito, et Adorę Consistorii Gnalis Cracovien Actuario. Andrea Lipieniz U. J. Doctoribus, Custode Collegiatæ Omnium Sanctorum Cracoviæ in Luborzyca et Igolomia Curato. Gnoso Adalberto Mystowski Cancellariæ Officii Gnalis Cracovien Regente, et aliis ad publicam Causarum Audientiam congregatis.

Inscriptionis Tenor talis.

Comparens personaliter coram Officio Actisq: præsentibq Castren Capitaneatibus Cracovien. Illustris Magnificus Antonius Michaël Duorum Nominum in Złoty Potok Potocki. Eques Ordinis Aquilæ albæ, Cæsareum Regni Generalis locum tenentis Bonorum Tractus Kluczowsko cum attinentiis inter alia bona Hæres, sanus mente et corpore existens, Recedendo à Terris Distinctibus.

tibus, Juribus, jurisdictionibusq: suis quibusvis propriis et compe-
tentibus, se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Juris-
dictioni Officii praesentis Castrens: Capitl: Cracovien: quò ad Actum
praesentem attinet, totaliter et plenarie incorporando, atq: subjicien-
do, palam, liberè, ac per expressum recognovit. Quia ipse Petillu-
stribus et Adm Rndis Praelatis Canonicis totiq: Vbli Capitulo
Ecclesiae Collegiatae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae, nunc et
pro tempore existenti, pro futuro Canonico Potociano Tituli
S. Nicolai in eadem Ecclesia Collegiata O.O. SS. Cracoviae sita no-
viter erigendo, summam mille florenorum pecuniae, communis
Polonicalis Monetae et numeri in Regno Currentis, florenum quem-
libet grossis triginta Polonicalibus computando, Census annui
reemptionalis pro summa viginti Millium florenor Poloni-
calium, idq: in auctionem Cultus Divini juxta videlicet Ordi-
nationem in Consistorio Gnali Crac: faciendam, convertendi,
In scriptio sup Bonis. in et super Bonis suprascriptis suis propriis et haereditariis toto videlicet tractu Kluczowsko cum attinentiis cum
Curia et Praediis ibidem sitis in Palatinatu Sandomiriensi
Districtu Chęcinen: jacentibus omnibusq: et singulis Dictorum
Bonorum subditis, Incolis, Chmethonibus, Hortulanis, In-
quilinis, agris pratis, sylvis, tabernis, Molendinis, fructi-
bus, proventibus, redditibus, utilitatibus, emolumentis at-
tinentiis, et pertinentiis generaliter Universis, nullis peni-
tus exceptis, nec pro se, suisq: Successoribus aut alio quopiam re-
servatis, sed omnibus in genere, et singulis in specie com-
prehensis, generi per speciem, et è contra non derogando, in
totumq: et plenarie prout eadem Bona ipseq: Recognoscens
solus tenuit, habuit, et possidebat, tenereq:, habere et possi-
dere debuit, ac ipsum concernebant, eidemq: legitime servi-
ebant. Jam ex nunc perpetuò et in aevum, in vim tamen Reem-
ptionis aliàs na Wyderkauff vendidit, et inscripsit, prout
vendit et inscribit praesentibus. Quam quidem Summam
suprascriptam mille florenorum Pecuniae communis Polo-
nicalis monetae et numeri praemissorum, Census annui re-
emptionalis idem Recognoscens Illustris Magnificus An-
tonius Michael in Złoty Potok Potocki se ac suos Successores
Bonorumq: praefatorum, tam in toto quam in parte haeredes,
et quosvis Possessores, de et super Bonis suis praefatis omnibus

suprascriptis Perillustribus Adm Rndis Prelatis, Canonicis totiq: Vbli Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctor. Cracoviæ sitæ, nunc et pro tempore edistenti, pro futuro Canonico Polocciano Tituli S. Nicolai in eadem Ecclesia Collegiata OO. SS. Cracoviæ sita noviter erigendo, inscribit et obligat præsentibus quotannis pro duabus temporum Rathis, primam quidem Rathan quingentor. florenorum Polon. pro die ultima Martii, alteram vero similem Rathan 500 florenor. Polon. pro die ultima Septembris, incipiendo solutionem ejusmodi census, à proxime ventura die ultima Septembris Anni currentis 1765ti et sic consequenter singulis Annis, diebus ultimis atq: Rathis, nulla attenta hostilitate et calamitate temporum, nulliq: attentis præjudicatis quorumcunq: subsellionum, dare, solvere et mediante quietatione manuali præfati Perillustris Canonici Polocciani noviter erigendi nunc et pro tempore edistentis per suum proprium Nuntium transmittere. Idq: sub Vadio Summæ censui retento, correspondenti per prædictum Recognoscentem Illustrem Mficum Antonium Michaëlem Potocki et ejus Successores. Bonorumq: prafatorum tam in toto, quàm in parte, Hæredes et quosvis Possessores suprascriptis Perillustribus Adm Reverendis Prelatis, Canonicis Totiq: Vbli Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Crac. sitæ, nunc et pro tempore edistenti, in casu non solutionis census suprascripti pro tempore et loco, supra expressis, ad solvendum succumbendo. Et jam ex nunc idem Recognoscens Illustris Mficus Antonius Michaël Potocki dat et admittit præsentibus suprascriptis Perillustribq Adm Rndis Prelatis, Canonicis totiq: Vbli Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Crac: sitæ nunc et pro tempore edistenti, in Bona suprascripta censu predicto onerata, in eodem censu realem Intromissionem cum Actuali Utifructione, per Ministerialem quemcunq: sibi ad id duxerit eligendum. Jam ex nunc Ipsi ab Officio præsenti additum, debetq: et tenebit idem Recognoscens Illustris Mficus Antonius Michaël Potocki, prout se, ac suos Successores Bonorumq: prafatorum tam in toto Hæredes et quosvis Possessores de et super Bonis suis omnibus, supra-

1218

1116. scriptis Perillustribus Adm Rndis Prælatis, Canonicis, totiq: Vbli Capitulo, Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Cracoviæ sitæ, nunc et pro tempore existenti inscribit et obligat præsentibus, eosdem Perillustres Adm Rndos Prælatos, Canonicos, totumq: Vble Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Crac: sitæ nunc et pro tempore existens, occasione Census præfati ac Bonorum suprascriptorum eodem censu oneratorum tam in toto quam in parte ab omnibus Juribus, et inscriptionibus, prioribus, et Posterioribus, si quæ in Omnibus Bonis cuicunq: Personarum factæ et recognitæ fuerint, tum ab omni impetitione juridica quarumcunq: Personarum, status, sexus, et conditionis cujusvis existentibus, in omni judicio et officio Regni toties, quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, et interdicere, idemnesq: ipsos Perillustres Adm Rndos Prælatos, Canonicos, totumq: Venerabile Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Cracoviæ sitæ, nunc et pro tempore existens, idemne ubilibet reddere. Ita ut prædicti Prlis et Adm Rndi Prælati, Canonici, totumq: Vble Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Crac: sitæ, nunc et pro tempore existens censum suprascriptum quolibet Anno diebus atq: Rathis suprascriptis sine quovis impedimento pacifice et integre percipere queant. Idq: sub alio seorsivo et speciali vadio Summæ Capitali correspondenti videlicet viginti Millium florenorum pecuniæ Polonicalis, per prædictum Recognoscentem Illustrem Mficum Antonium Michaëlem Potocki, et ejus Successores. Bonorumq: præfatorum tam in toto quam in parte Hæredes et quosvis Possessores, suprascriptis Perillustribus Adm Rndis Prælatis, Canonicis totiq: Vbli Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Crac: sitæ, nunc et pro tempore existenti, in Casu n Completionis Præmissorum omnium et singulorum tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis præfatis taliter ad solvendum succubitis ac pro summa census Præfati non soluta req: alia principali ex præmissis non completa, Citatus existens Memoratus Recognoscens Illustris Mficus Antonius Michaël Potocki vel ejus Successores Bonorum Præfatorum, tam in toto quam in parte Hæredes et quivis Possessores citati ad instantiam sæpedictorum Perillustrium et Adm Rndorum Prælatorum, Canonicorum

totiusq: Vblis Capituli Ecclesiae praefatae Collegiatae OO. SS. Crac: 1227.
sitae, nunc et pro tempore existentis, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Crac: aut in casu Interregni Judicium Capturale Palatinatus Crac. Ex tunc recedendo a Terris ut supra Districtibus Juribus Jurisdictionibusq: suis quibusvis et competentibus, se vero cum Successoribus Bonorum Praefatorum tam in toto quam in parte Haeredibus et quibusvis Possessoribus, ac Bonis suis propriis Jurisdictioni Judicii seu Officii illius ad quod ex praemissis vigore inscriptionis praesentis citabitur quo ad respondendum et inscriptioni praesenti in toto satisfaciendum, plenarie incorporando in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere pro vadiisq: praefatis seorsivis et specialibus, ac pro Summa Census praefati non soluta req: ipsa principali ex praemissis non completa, tam in toto, quam in parte, toties, quoties opus fuerit, satisfacere debebit, et tenebitur, se ac Posteros suos Bonorum praefatorum, tam in toto quam in parte haeredes, et quosvis Possessores obligat, ipsum primum peremptorium terminum, et alios omnes Consequentes, Causae ejusdem terminos, semper peremptorios, vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ac ad munimenta v aliis quibusvis legalibus impedimentis, v dilationibus n differendo. Ad quietationem ultra spatium duarum septimanarum Officii praesentis Castren Capitan Crac: aut in casu Interregni ultra quatuor septimanarum Judicii Capturalis Palatinatus Crac. dilationem sibi non recipiendo, nullasq: motiones apellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus fatalis, juris praescriptione, Terrestri Bello Conventioneq: et aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo, praesenti Inscriptione ad praemissa mediante. Actum in Castro Crac. Feria 4ta ipso Die Cinerum Anno Domini 1765to. Locus ✠ Sigilli Capitanealis. Correxit Korytowski manu propria. Lectum per Ostrowski. Consensus Venerabilis Capituli tenor talis.

1118 talis. Actum in Capitulo Parthli Ecclesiae Collegiatae OO. SS. Crac.
Die vigesima sexta Mensis Februarii Anno Dni 1765to
Ad 1mum Fecit relationem in praesenti Capitulo Perillustris
Adm Rndus Ecclesiae Collegiatae istius Decanus, de singulari
munificentia, et liberalitate Illustrissimi Dni Antonii Mi-
chaelis in Złoty Potok Potocki Equitis Aquilae albae, Exercitu-
um Regni Generalis Locum tenentis quod videlicet ipse duc-
tus zelo et pietate promovendi Majoris Cultus Divini in Ec-
clesia Collegiata OO. SS. Cracoviae, censum mille florenorum Poloni-
calium, pro summa viginti Millium florenor. similium, in
et super Bonis suis haereditariis Tractus Kluczowsko, in
Palatinatu Sandomirien. Districtu Chęcinien. consisten. coram
Officio et Actis Castrensibus Capitanealibus, Cracovien. Feriâ 4tâ
die cinerum, Annô currenti 1765to pro erigendo Canonicatu
Potocciano, Tituli S. Nicolai in dicta Ecclesia Collegiata, OO. SS.
inscripserit, super quo simul ad fundandum et erigendum
hujusmodi Canonicatum Potoccianum, consensum Vblis Ca-
pituli petiit. Et Vble Capitulum gratissimo Animo acceptan-
do ejusmodi fundationem, praemissa prius debita Gratiar.
actione Illustrissimo Fundatori, tum apprecando Eidem à
Majestate Divina quam longaevam Incolumitatem; ad fun-
dandum et erigendum Canonicatum Potoccianum consensum
praebuit, et sequentes Conditiones apposuit. = 1mo ut hujusmo-
di Canonicatus dictus Potoccianus uniat antiquo Canonicatui
Tituli Confraternitatis Pauperum dicto jam aliàs extincto
quem Canonicatum nullum fere proventum habentem possi-
det ad praesens Illustris Laurentius Wosinski Edo ut post cessum vel decessum
ejusdem ex nunc efficiatur unus, et jam non amplius vocetur
Confraternitatis Pauperum jam aliàs non existantis verùm
Canonicatus Potoccianus Tituli S. Nicolai ad mentem Illu-
strissimi Fundatoris. 3tiò ut ad mentem Illustrissimi Fun-
datoris Juspatronatus dicti Canonicatus Potocciani competat
Illustrissimo Fundatori ad vitae ipsius tempora, successive verò
Mfico Rectori Universitatis Crac. pro tempore existenti: Ita tamen
ut Vble Capitulum Ecclesiae Collegiatae OO. SS. eligat unum
sive de gremio sui, sive extraneum, et eundem dicto Mfco
Rectori commendet, ad expediendas Literas Praesentationis
favore ejusdem, per Venerabile Capitulum Electi et Commendati.

Ex Actis Venerabilis Capituli Ecclesiae Collegiatae OO. SS. extractum, et sigillo ejusdem communitum. Locus ✠ Sigilli Venerabilis Capituli. M. Franciscus Minocki U. J. Prfr Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Omnium Canonicus, et Actorum Venerabilis Capituli ejusdem Notarius manu propria.

Franciscus Potkanski Suff. Off. Crac. L. S.

Collationatum per Bartholomaeum Maiowski, Publicum Sca Authte Aplca Notarium.

Processus censuum pro Ecclesia Collegiata et Parochiali Omnium Sanctorum De-
creti Judicii Consistorii Judicis Cracoviensis Die Veneris 27 Martii Anno 1687mo.
20. Anno Domino Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Septimo
1222 Die Veneris Vigesima Septima Mensis Martii. Potlan-
Coram Illustrissimo Reverendissimo Domino Francisco de Potlana Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Patarensi, Suffraganeo, Canonico, Viario in Spiritualibus et Officiali Generali Cracoviense comparens personaliter in publica causarum audientia Nobilis Joannes Glowacki Illustris Armi Ath Rndi M. Francisci Minocki U. J. Prfsi, Ecclesiae Collegiatae SS. Cracovie Canonici, et Procuratoris Vblis Capituli ejusdem Collegiatae Actoris, Mandatarius, in termino hodierno ex Literis Credae, seu edicto publico, in vim Citationis Generalis, ab Officio praesenti emanatis, et debitè executi proventi, contumaciam omnium et singulorum sua ex adverso jus, et interesse aliquod, ad infrascripta communiter, vel divisim, seu alias quomodolibet, se habere putantium, et pretendentium dictas Credae Literis, Citatorum, et non comparentium, accusavit et in eorum contumaciam inscriptiones Censuum redemptionalium imò pro Summa Trium Millium Florenorum super bonis Vitae Lota in Castro Cracoviense feria Quarta ante Festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum, Millesimo, Septingentesimo, vigesimo Quinto. Item pro Summa Mille florenorum super Bonis Strzelow et Krowodrza levata in Castro Cracoviensi feria Secunda post Dominicam Oculi Millesimo Septingentesimo Sexagesimo tertio, pro Anniversario Pauli Bugayski Archi-Diaconi Collegiatae. 2dò pro Summa Octo Millium florenorum, super Bonis Villarum Palczowice et Smolice in Castro Cracoviensi feria sexta post Festum Purificationis Beatissimae Mariae Virginis Millesimo Septingentesimo quadragesimo Nono Fundationis Laurentii Wosinski Canonici Collegiatae. Item pro Summa Mille florenorum Fundationis Joannis Wierzbic Canonici, pro Canonico Jorsiano 2di Mini Oleri in eadem inscriptione contenta. 3tio Pro Summa duorum Millium florenorum, super praefatis Bonis Palczowice coram iisdem Actis Castrensibus Cracoviensibus feriâ et Anno Millesimô Septingentesimô quadragesimô Nonô ut supra Fundationis Martini Mielesski Sacerdotis. Pro uno mille Archiconfraternitati SSmi Corporis Christi in Collegiata Omnium Sanctorum. Pro altero mille ad Ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae pro Festo S. Joannis Confessoris. 4to pro Summa duorum Millium florenorum super iisdem Bonis Palczowice in Castro Cracoviensi feria quarta post Dominicam Oculi, Millesimo Septingentesimo quinquagesimo quinto, Fundationis Wosinsiana. 5to Pro Summa duorum millium florenorum super Bonis Villae Witowice in Castro Cracoviensi feriâ Secundâ Ante Festum Sanctae Lucae Virginis Martyris Millesimô Septingentesimô quinquagesimô Septimo, Fundationis Wosinsiana. 6to pro Summa trium millium florenorum, super Bonis Villae Stawice in Castro Cracoviensi feriâ tertiâ post

Festum

Festum S. Thomæ Apostoli, millesimô Septingentesimô Sexagesimô Fundationis Vosinsciana pro Uno Mille; Fundationis Michaëlis Borowski Præpositi Ustiensis pro altero Mille. Fundationis Alberti Porzecki pro Summa quingentorum florenorum. Fundationis Glowacciana pro Summa quingentorum florenorum. Fundationis Glowacciana pro Summa quingentorum florenorum. 7mò pro Summa Sex millium florenorum super Bonis Shodnica in Castro Cracoviensi Feriâ 6tâ post Dominicam Misericordiæ millesimô Septingentesimô sexagesimô sextô, Fundationis Joannis Skinderowicz Canonici florenorum Trium Millium. Fundationis Laurentii Wosinski Canonici florenorum duorum millium. Fundationis Michaëlis Borawski Præpositi Ustiensis florenorum Mille. 8vo Pro Summa Quadringentorum florenorum super Lapidea Orłowska in Officio Consulari Cracoviensi secunda Decembris millesimô Septingentesimô quinquagesimô quartô, pro SSmo Sacramento. 9no Pro Summa Quingentorum florenorum super agris novæ Villæ Regiæ in Judicio Advocatiali ibidem decima nona Decembris Fundationis Joannis Piotrowski Et Susannæ Conjugum. 10mo Pro Summa Mille florenorum super Bonis Bolesław in Castro Cracoviensi feria 4ta post Festum SSmæ Trinitatis Millesimô Septingentesimô, quadragesimô quintô; Fundationis Generosæ Annæ Kruszowska investitt Et recognitt in omnibus punctis et conditionibus universis approbari, confirmari, ratificari. Robur Authoritatis Ordinariæ, ac perpetuæ firmitatis, pariter, et Decretum desuper apponi, dictas Summas unà cum Censibus Reemptionalibus pro iisdem Summis Provenientibus, libertati et immunitati Ecclesiasticæ, et respectivè Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum Cracoviæ adscribi, applicari, et incorporari, onera et obligationes imponi, ad explendum eadem obligari, Ordinationem desuper statui. Literasq; Approbationis, Confirmationis, onerum impositionis, obligationis, Ordinationis, et aliis desuper necessarias in forma solita extradi mandari postulavit.

Illustrissimus Reverendissimus Dominus Officialis Generalis Cracoviensis, visis Credæ Literis debitè executis, et attenta cadentia termini in diem hodiernam incidentis, ante omnia interessatos quosvis, Literis Credæ Citatos, et non comparentes, contumaces, (: prout meritò erant :) suadente justitia reputavit, et in eorum contumaciam Inscriptiones, Censuum Reemptionalium pro Summis suprascriptis provenientium. Et quidem pro Summa Trium Millium florenorum super Bonis Złota fundationis Pauli Bugayski Archidiaconi Collegiatæ supra Nro 1mô posita, pro Anniversario Ejusdem Pauli Sacerdotis. Pro Summa verò Mille florenorum super Stryszow Fundationis ejusdem eodem Nro 1mo posita. Census sic Ordinatur. Pro Fabrica ad Capitulum floreni triginta. Pro Cera et Vino ad Sacristiam floreni viginti. Pro Summa Octo Millium Nro 2do Item pro Summa duorum Millium Nro 4to super Palczowice. pro Summa Duorum Millium Nro 5to super Witowice. Pro Summa Mille florenorum super Sławice Nro 8vo positis Fundationis Laurentii Wosinski Canonici

Colle-

Collegiatæ pro Solenniter celebranda Octava Omnium Sanctorum. Ex hoc Censu pro Summa simul juncta Tredecem Millium. 1mo Missæ triginta per Octavam Omnium Sanctorum pro Anima Laurentii Sacerdotis. 2do Pro Fabrica Ecclesiæ ad Capitulum floreni quadraginta, 3tio pro Cera vino Paramentis ad Sacristiam floreni triginta. 4to Procuratori Vblis Capituli floreni Octodecem. 5to prælatis & Canonicis per Octavam præsentibus floreni quinquaginta. 6to Reverendis Vicariis floreni duodecem. Reliquus Census pro Lumine ejusdem Octavæ et pro aliis expensis ad Dispositionem Vblis Capituli. Pro Summa Mille florenorum super Palczowice Nro 2do posita. Fundationis Joannis Wierzbic Canonici pro Gorsciano Canonico 2di Ministerii Missæ quatuor in Anno, pro anima Joannis Sacerdotis. Et ad Sacristiam floreni quinq. × Pro Summa Duorum Millium super Palczowice Nro 3tio posita. Fundationis Martini Mietelski Sacerdotis, pro uno mille Rndo Promotori Ssmi Sacramenti floreni Octo, Missæ quatuor in Anno, et commendatio Animæ Martini Sacerdotis. Organario pro pulsu Organorum in Officio Ssmi Sacramenti floreni Sex. Calcantistæ floreni duo. Pro Lumine Feriis V. floreni triginta quatuor. Pro altero Mille ad Sanctam Mariam Magdalenam pro festo Sancti Ivonis Confessoris Missæ quinq. eodem festo pro Anima Martini Sacerdotis. Pro Summa Mille florenorum Nro 6to super Slawice. Item pro Summa mille florenorum super Modlnica Nro 7mo positis. Fundationis Michaëlis Borawski Præpositi Ustiensis. Quolibet Mense Feriis V. Missa Votiva de Ssmo Sacramento, pro Anima Michaëlis Sacerdotis floreni quindecem. Procuratori Vblis Capituli pro attendentia floreni duodecem. Promotori Ssmi Sacramenti Missæ quatuor in Anno, et commendatio Animæ Michaëlis Sacerdotis floreni decem. Organario pro pulsu Organorum in Votivis Ssmi Sacramenti floreni Octo. Cantori pro iisdem Votivis floreni Octo. Levanti Organa floreni duo. Campanatoribus floreni duo. Pro fabrica Ecclesiæ floreni duodecem. Reliquus Census pro Lumine ad Sacristiam. Pro Summa Quingentorum florenorum in Slawice Nro 6to posita Fundationis Glowaccianæ Rndo Promotori Ssmi Sacramenti Missæ Sex in Anno et Commendatio Animæ Pauli floreni quindecem, ad Sacristiam floreni decem. Pro Summa quingentorum florenorum in Slawice ibidem Nro 6to posita Fundationis Adalberti Porzecki Vblis Capituli. pro Summa trium millium florenorum super Modlnica Nro 7mo posita Fundationis Joannis Shinderowicz Canonici. Pro Solemnitate Ssmi Sacramenti feria V. post Dominicam Sexagesimæ perpetuis Indulgentiis Clementis XIII privilegiata, quotannis celebranda. Census ita dividetur. Hacce Feria V. post Dominicam Sexagesimæ pro anima Joannis Sacerdotis Missæ triginta floreni triginta. 2do eadem Die Capellæ Musicæ floreni Viginti. 3tio quolibet Mense feriis V. Missa votiva de Ssmo Sacramento pro Anima Joannis Sacerdotis floreni 15. 4to Procuratori Vblis Capituli pro attendentia floreni

Octo.

octo. 5to pro Fabrica Ecclesiæ floreni octo. 1225 6to Organario pro Votivis de Ssmo Sacramento floreni sex. 7mo Cantori pro iisdem Votivis floreni sex. 8vo Calcantistæ floreni duo. 9no Campanatoribus floreni tres. Reliquus Census pro Cera vino, Paramentis floreni quinquaginta duo. Pro Summa duorum millium super Modlnica Nro 7mo posita fundationis Vosinsciana feriis V. quolibet mense Missæ duæ cantatæ de Ssmo Sacramento, pro anima Laurentii Sacerdotis floreni triginta. Organario pro Votivis floreni sex. Cantori floreni sex. Reverendis Vicariis Cantantibus in Votivis Lauda Sion floreni duodecem Calcantistæ floreni duo Campanatoribus floreni tres. Reliquus Census pro Lumine ad Sacristiam. Pro Summa quadringentorum florenorum super Lapidea Orłowska Nro 8vo posita Reverendo Promotori Sancmi Sacramenti floreni octo, ad Sacristiam floreni duodecem. Pro Summa Quingentorum florenorum Nro 9no posita super agris Villæ Regiæ Reverendo Promotori Coronæ Ssmæ Trinitatis Missæ sex in Anno, pro Animabus Joannis et Susannæ floreni duodecem, pro Lumine ad Sacristiam floreni tredecem. Item pro Summa Mille florenorum super Bonis Bolesław supra Nro 10mo posita fundationis Generosæ Annæ Pruszkowska Missæ decem in Anno pro animabus Stanislai, Joannis, Hyacinthi, Agnetis, Catharinæ Annæ floreni decem. Reliquus Census pro Cera ad Sacristiam. approbavit, confirmavit, ratificavit, adscripsit, applicavit, imposuit, obligavit, robur Authoritatis Ordinariæ et perpetuæ firmitatis, ac Decretum desuper apposuit, sibi et Sedi Ordinariæ facultatem et potestatem, præmissa quatenus opus fuerit, et ratio suaserit, reformandi, reducendi, statuendi, reservavit. Non solum præmisso sed et omni meliori modo. Literasq approbationis, confirmationis, ratificationis, applicationis, onerum impositionis, obligationis, et alias desuper necessarias in forma solita extradere mandavit. Decreti præsentis vigore ad præmissa mediante. Præsen. Illustri Clarissimo Admodum Reverendo M. Andrea Lipiewicz U. J. Dre et Prfre, Ecclesiatæ Collegiatæ Omnium Sanctorum Cracoviæ Custode, Parochialium in Luborzyca et Igołomia Curato. Et me Francisco Ziębinski U. J. Dre ejusdem Collegiatæ Omnium Sanctorum Cracoviæ Decano, Parochialis Andreoviensis Præposito, Consistorii Generalis Cracoviensis Actuario.

Ex Protocollo Actorum Suprascripti Illustrissimi Reverendissimi Domini Officialis Generalis Cracoviensis extractum, et Sigillo Ejusdem communitt

L. S.

Franciscus Ziębinski U. J. Dr.
Conrii Gnal. Cracoviæ Actuarius.
mpp

Collationatt per me Bartholomæum Majowski Publicum Sa Authte Aplica Notarium Sæ Ræ Mtis Secretarium
Dr

1124. 1226

Decretum Sae Nuntiaturae in Causa Jurium Parochiae Ecclesiae Collegiatae SS. O.O.

Annô Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavô Die verò Mercurii Octava Mensis Junii. Varsaviae

Pro Adm Rndo Procuratore Communitatis Rndorum Vicariorum, Ecclesiae Collegiatae, ac Parochialis O.O. SS. Cracovien. totaque Communitate Eorundem Vicariorum Partibus Appellan. et Recurren. contra Illrem Adm Rndum Joannem Cantium Jurdzinski, Ecclesiarum Collegiatae Si Georgii in Arce Crac. Canonicum, Cathedralis Cracovien. Vice-Decanum, Prlem ex Adverso citatum appellatum

Coram Perillri Reumo Domino Aloysio Fabbri U.J.D. Prothonotario Apostolico Curiae Illrmi et Reumi Domini Angeli Mariae ex Comitibus Modoetiae Duryni Patritii Mediolanensis DEI, et Aplicae Sedis Gratia Archi-Episcopi Ancyrani Ssmi Domini Nostri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papae ejus Nominis XIII. Praelati Domestici et Assistentis ejusdemq et Sae Sedis Apostolicae in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithvaniae cum Facultatibus Legati de Latere Nuntii Generali Causaurum Auditore et Judice comparuit personaliter Grosus Josephus Flesierowicz suprascriptorum Appellan. Ltimus Procurator, et in Trno ex Actis, in diem hodiernam Ltimè provenien. Contumaciam praedicti citati appellati, quatenus non comparen., nec Informationem pro parte sua producen. accusavit. Et in ejus Contumaciam, quoniam Citatus sumpta ante Annum Informatione per Communicationem pro parte appellan. conscripta, ad eandem adusque non rescripbit, et jam Post Terminum proservato adhuc sub d. 11. Mensis Decembris Annô elapsô 1767 habitam Informationem pro parte sui non producit, ideo eundem Terminum pro servato habitum aperiri Sententiamque Definitivam, etiam ex Informatione et Documentis eidem annexis, pro parte suorum principalium conscripta ferri, eâque mediante Bene appellatum, malè verò judicatum pronuntiari cassataque Sententia Vbilis Consistorii Cracovien. locum non esse dismembrationi Juris Parochiae totius et integri Areae arcen. sive Castren. ad Collegiatam O.O. SS. pertinen. adinveniri, quinimo totum et integrum Jus Parochiae Praedictae Areae altefatae Collegiatae adjudicari, Illrem Appellatum pro usurpatione Juris Parochiae tituli dictae Areae, acsi ad Ecclesiam Cathedralem Cracovien. pertinen. puniri, Eundemque in damnis et Litis expensis condemnari postulavit. Salvo &c: Omni &c:

Praesente Groso Luca Niegardowski supràscripti Illris Adm Rndi Citati et pariter Appellantis atque Rndorum Vicariorum Procuratore salvis &c: protestandoque &c: Productis Actis in V. Judicio Primae Instantiae formatis, extractibus ex Libris Metrices Baptizatorum, copulatorum et mortuorum aliisque Literatoriis Documentis quoniam ex iisdem deducitur Ecclesiam Cathedralem Cracovien. in Diaecesi Cracovien. Anno 966. primariò erectam fuisse in eaq

Curam

Curam Animarum per Vicarios Cathedrales pacifice à Seculis exer-
ceri solitam fuisse, et hucusque intra mania Castri Cracovien Sacra-
menta Baptismi, Penitentiæ, Matrimoniorum, Extremæ Unctionis
Populo intra Castrum existenti aliaque munia Parochos concernen-
tia absque ullo impedimento exercita et administrata extitisse, cor-
poraque mortuorum intra menia Castri Cracovien in Ecclesiis Colle-
giatis S. Georgii et S. Michaëlis ob angustum locum ab antiquo
sepeliri solita fuisse, denuntiationes verò ob numerosiorem
populum ex laudabili consvetudine in Ecclesia Collegiata SS. OO.
Cracovien ante matrimonium præmitti solere, testimonia ve-
ro super præmissis iisdem denuntiationibus Vicariis Cathedrali-
bus hucusque transmissas fuisse, et eosdem Vicarios Cathedra-
les quà veros Parochos à Vicariis Collegiatæ SS. OO. recogni-
tos esse, cumq; satis clarè deducatur, quod ab immemorabi-
li tempore benedictiones post nuptas et partus in Ecclesia
Cathedrali Cracovien per Vicarios ipsius Ecclesiæ Cathedralis
peragebantur, et nihilominus quò ad easdem Benedictiones
et Sepulturas Illris Andæ Jurdzinski cum Communitate Vi-
cariorum Decreto Judicii Primæ Instantiæ est gravatus,
et in his Cathegoriis appellationem interposuit. Quo insi-
stendo Documentis productis Informationi et Instantiis
in Processu sub & Mercurii 19. Xbris Ao 1764. et & 20.
Mensis Martii Ao 1765. exaratis tum appellationi
coram Apostolico Notario interpositæ Decretum V. Judi-
cii Primæ Instantiæ sub die Veneris 3ta Mensis Julii Ao
1765. latum in prima parte quò ad Benedictiones Matri-
moniorum, quoad baptizandos infantes approbari, in altera
parte illud cassari seu reformari et benedictiones post nu-
ptias et partum ac sepulturas juxta antiquissimam Possessio-
nem Vicariis Ecclesiæ Cathedralis competisse et competere
declarari et circa hanc Possessionem manuteneri et conser-
vari, et adversam partem in expensis condemnari peten-
te. Salvo Exc: omni Exc:

Qui Revmus Dominus Auditor Generalis Et Se-
dens Exc: Auditis Exc: Terminum habuit pro servato
Et ita Exc:

Quem Terminum pro servato habitum dictus Revmus Do-
minus Auditor Gralis et Judex aperiendo sedens Exc: de-
dit ad acta Sententiam manu sua propria subscriptam
tenoris sequentis videlicet = Christi Nomine Invoca-
to pro Tribunali sedentes et solum DEUM præ oculis ha-
bentes per hanc Nostram definitivam sententiam, quam
de Jurisperitorum Consilio his inscriptis ferimus in Cau-
sa et causis quæ primo et in prima in V. Judicio Consisto-
riali Cracoviensi, secundo et in secunda seu alia veriori fo-
ra Nobis versæ fuerunt et vertuntur instantia inter V. Colle-
gium Vicariorum Ecclesiæ Collegiatæ et Parochialis Cracovien-
sis sub titulo Omnium Sanctorum, Appellantes et Recur-
rentes ex una, et Illrem Adm Rndum Joannem Cantium Jur-
dzinski Ecclesiarum Collegiatæ SS. Georgii Cancum et Cathl:
Cracovien Vicedecanum Appellatum, Citatum, partibus ex
altera, de et super confirmatione vel informatione Decreti
Definitivi dicti Conrii Cracovien sub & 3. Mensis Julii Ao
1765. lati, respectu Juris Parochialitatis intra separatas
Partes, alias prout in Actis et Processu Causæ ad quæ
dicimus declaramus, et definitivè sententiamus bene
per memoratum Collegium Vicariorum dictæ Ecclesiæ et Col-

legiata et Parochialis sub titulo S.S. O.O. appellatum fu-
isse et esse, malè verò per dictum Judicium Conñii Grnda-
lis Cracovien. judicatum, proindeq; ejus Decretum revo-
candum et cassandum fore et esse, prout revocamus et cassa-
mus; ac declaramus omnia et singula Jura Parochia-
lia in memorata Area Arcensi, seu Castrensi, compe-
tisse et competere Ecclesiæ Collegiatæ et Parochiali Crac-
vien. sub titulo: Sanctorum Omnium: Victam Partem
ab Expensis, quatenus huic Sententiæ nostræ acquiescat,
absolvimus; Sin minus reclamantem in iisdem con-
demnamus, quarum Liquidationem et taxationem No-
bis vel cui de Jure in posterum reservamus. Et ita di-
cimus declardmus et definitivè sententiamus. Non
solum &c: sed et omni &c:

Ita pronuntiavi Ego Aloysius Fabbri Auditor Gralis et
Judex à Qua quidem Lata, Lecta et publicata Sententia
Grosus Dominus Lucas Niegardowski Supta partis
appellatæ Procurator ad Smum Dnum Nostrum Papam
Sedem Aplicam appellavit. Omni &c:
Et Revmus Dominus Auditor Gralis qui supra hujusmodi
appellationem refutavit. Et ita &c: Omni &c:

Ex Prothocollo Actorum Sæ Nuntiaturæ Apo-
stolicæ Extractum et Sigillo Illmi et Revmi Do-
mini Domini Angeli Mariæ ex Comitibus
Modoetiæ Duryni Patritii Mediolanen-
sis, Archiepiscopi Ancyrani Nuntii Aposto-
lici in Regno Poloniæ &c: Communitum
Petrus Jastrzemski Publicus Sæ Apostolica No-
tarius, et Nuntiaturæ Aplicæ in Regno Poloniæ &
Cancellarius

(L S)

Erectio Canonicatus in Ecclesia Collegiata OO. SS. Cracov. Fundatt Dembinsciane

Anno Domini millesimo septingentesimo Septuagesimo Secundo Die Veneris vigesima Septima Mensis Martii.

In Nomine Domini Amen.

Franciscus de Potkana Potkański Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Pataren Suffraganeus, Canonicus, Vicarius in Spiritt et Offilis Gne. Crac.

Ad perpetuam rei memoriam.

Officii Nostri hoc præcipue cum sit desiderium, ut Ecclesiæ in his quæ honorem Dei et Cultum Divinum ampliandum requirunt, ornamentaque Templorum Concernunt, majora Susciperent incrementa, Sicque ea quæ circa talia debite fiunt, Literarum testimonio ad Posteritatis memoriam illustrentur. Noverint itaque universi tam præsentes, quam futuri notitiam præsentem habituri; Quomodo coram nobis, et pro tunc ad jura reddenda causasque audiendas pro Tribunali Sedente Perillustri Reverendo Dno Jacobo Marciszowski U. J. Doctore Ecclesiæ Cathlis Cracovien Canonico Judice Surrogato Nostro, in publica Causarum Audientia Comparens personaliter Nobilis Adalbertus Banaczkowski Illustris Admdm Reverendi Josephi Dembiński U. J. Doctoris Ecclesiæ Parochialis in Stryszow Curati Actoris Procurator, in termino hodierno, ex Litteris Credæ, seu Edicto publico, in vim Citationis generalis ab Officio Nostro emanatt et debite executt provenienti, in diem hodiernam inciden, Contumaciam omnium et Singulorum, Sua exadverso jus, et interesse aliquod ad infrascripta Communiter vel divisim Seu alias

quomodolibet se habere putantium et prætendentium dictis
credæ literis citatorum et non Comparentium, accusavit, et
in eorum contumaciam Inscriptionem Census annui reem
ptionalis trecentorum florenorum Polonicalium, pro Sum
ma Sex millium florenorum Similium in et Super Bo-
nis Villæ Marcowka in Palatinatu Cracoviensi, Districtibus
Zathoriensi, et Osviecimensi Consisten, præfati Actoris hæ-
reditariis investitt per eundem Hæredem Coram officio et
Actis Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus Feriâ sex
ta post Dominicam Oculi proxima, die videlicet octava Men-
sis Martii Anno elapso Millesimo Septingentesimo Septu-
agesimo primo recognitt. Et ad Acta Officii Castrensis Capita-
nealis Osviecim Sabbato ipso die SS. Viti et Modesti M.M.
eodem Anno millesimo Septingentesimo Septuagesimo
primo per Oblatam porrectt, in omnibus punctis, et Condi-
tionibus approbari, Confirmari, ratificari, Libertati et Im-
munitati Ecclesiasticæ adscribi et incorporari. Robur Autho
ritatis ordinariæ et perpetuæ firmitatis, pariter et decretum
desuper apponi. Super hujusmodi Censu juxta ordinationem
Subinsertam Præbendam Canonicatus Sub Titulo S. Josephi
Sponsi Bæ Mariæ Virginis in Ecclesia Collegiata OO SS. erigi
fundari, dotari, Canonicumque sic fundatum, Gremio Vblis
Capituli dictæ Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. aggregari, Stallum
in Choro, Vocem in Capitulo assignari. Onera et Obligationes
imponi, Juspatronatus ut in Ordinatione Subinserta reser-
vari. Cæteraque quomodocunque necessaria et oportuna Statui
decerni et ordinari. Literasque Approbationis, Confirmatio
nis, Fundationis, Erectionis, Ordinationis Aggregationis, Incor
porationis Reservationis, et alias desuper necessarias decerni
et in forma debita extradi et Sigillari, mandari postulavit.
Præsente Nobili Sigismundo Kaszewicz Illustris Admdm Rndi
Andreæ Jurkowski Ecclesiæ Collegiatæ OO SS. Crac. Canonici
Procuratoris Mandatario, Consensum Venerabilis Capituli
ejusdem Collegiatæ producente et ut in eodem instante.

Cujusquidem Ordinationis Census per praefatum Fundatorem Illustrem Admdm Rndum Dembinski factae nexus ejusmodi: 1mo. Ad Majorem Cultum Divinum Ornamentumque Collegiatae et Parochialis Ecclesiae Sub Titulo et Invocatione Omnium Sanctorum Crac. Consistr. Ego Josephus à Dembiany Dembinski de Stemmate Nieczuia, U. J. D. in Stryszow Curatus, in Suffragium Animae meae fundans Praebendam Tituli Sancti Joseph Canonicatus in Ecclesia Collegiata OO. SS. Super Censu pro Summa infrascripta de Consensu Venerabilis Capituli praefatae Collegiatae ut hujusmodi Fundatio admittatur, Illustrissimo Officio Gnali Crac. Supplico. 2do Ut hic Canonicatus uniatur et incorporetur Curato in Stryszow Decanatus Zathorien. pro tempore existenti, Si ille Curatus in eadem Stryszow in aliqua Facultate Universitatis Studii Generalis Crac. Doctoratum fuerit assecutus aut pro publico Literarum Gradum idoneitatis Suae testimonio, Successive Consequi possit. Quod si vero Admdm Rndus Curatus in Stryszow his qualitatibus Caruerit, pro tunc Patronis Ejusdem Praebendae Canonicatus liberum erit alium qualificatum praesentare et literas praesentationis expedire. 3tio. Juspatronatus Ejusdem Praebendae Canonicatus mihi Fundatori ad vitae tempora reservo. Et post mortem (: remotis quibusvis Successoribus :) Illustribus Clarissimis Adm Reverendis M.M. Praeposito, Doctoribus et Professoribus, totique Collegio Juridico, Studii Generalis Universitatis Cracoviens. do, dono, et inscribo perpetuo. 4to Hoc Juspatronatus Sic donatum, cessum, et inscriptum Collegio Juridico passivum quo ad favorem qualificati Curati in Stryszow. Alioquin Activum ut Supra quo ad alios qualificatos. 5to Censum florenorum 300 pro Summa Sex Millium florenor. Coram Officio et Actis Castrensibus Capitt. Cracov. Feria 6ta post Dominicam Oculi proxima A° 1771mo inscripto et ad Acta Castren. Capitt. Osviecimensia ipso die SS. Viti et Modesti M.M.

eodem Anno 1771mo per Oblatam porrecti ita dispono. Quam dispositionem Conservari et manuteri volo. Et quidem Canonico Dembinsciano sic fundato pro Summa trium millium florenorum Census 150 Vbli Capitulo Collegiatæ pro Fabrica Ecclesiæ, pro Summa duorum millium Census floren 100. Pro Cera, Vino, Paramentis ad Sacristiam pro Summa florenorum mille, Census floren 50 quotannis Solvatur. Ita erit Obstrictus Canonicus ut recepto Censu, pro Se tollet Censum pro Summa trium millium, Vbli Capitulo, Vbli Capitulo pro duobus millibus Sacristiæ pro uno mille realiter exsolvet. 6to Obligabitur Canonicus Dembinscianus fundatus ad triginta Missas quotannis Stante vita Fundatoris ad impetrandam finalem Gratiam post mortem vero in suffragium Animæ meæ Josephi Sacerdotis in Ecclesia Parti Strzyzovien, vel in eadem Ecclesia Collegiata OO. SS. absolvendas. Quam Dispositionem meam manu mea Subscribo Die 31 Januarii Ao 1772 Josephus Dembinski U. J. Doctor in Stryszow Curatus.

Nos itaque visis Credæ literis debite executis et attenta Cadentia termini in diem hodiernam ex iisdem Literis Credæ citatorum et non Comparentium Inscriptionem Census Annui reemptionalis trecentorum florenorum Polon pro Summa Sex Millium floren similium in et Super Bonis in subinserta Inscriptione nominatis investiti Coram Officio et Actis in eadem Inscriptione descriptis recognitt prout de Jure approbavimus Confirmavimus, ratificavimus, libertati, et Immunitati Ecclesiasticæ adscriptimus. Super eodem Censu 150 Florenorum Præbendam Tituli S. Joseph Canonicatus et Canonicum fundationis Dembinscianæ in præfata Ecclesia Collegiata OO. SS. Authoritate ordinaria ereximus, fundavimus, et dotavimus Erectumque et fundatum Canonicum Gremio Vblis Capituli,

dictæ Collegiatæ aggregavimus, omnibusque prærogativis, Juri-
bus et Privilegiis Prælatis et Canonicis ejusdem Collegiatæ
Communibus, insignimus, Stallum in Choro, Locum et vocem
in Capitulo assignavimus. Consensum Vblis Capituli Colle-
giatæ admisimus. Ordinationem præinsertam Fundatoris in
omnibus Punctis et Clausulis admisimus, approbavimus
et ratificavimus. Eandemque Observari et manuteneri Cano-
nicum et Patronos ejusdem Canonicatus obstrinximus. Robur
Authoritatis Ordinariæ et perpetuæ firmitatis adjecimus,
et decretum desuper interposuimus. Nobisque et Sedi
Ordinariæ quatenus Casus everserit præmissa mutandi
reducendi reformandi facultatem reformavimus. De ea-
dem Præbenda Canonicatus Illri Adm Rndo Josephi Dem-
biński Fundatori providimus, Ipsumque Servatis Servan-
dis instituimus. Et ita approbamus, Confirmamus, Erigi-
mus, fundamus, dotamus, adnectimus aggregamus, insi-
gnimus, Statuimus, obligamus, reservamus et interponimus.
Literasque Approbationis, Confirmationis, Erectionis, Funda-
tionis, Aggregationis, obligationis, Reservationis, Provisionis
Institutionis et alias necessarias in forma debita extradi-
mandamus. Defectus quosvis Juris vel facti Supplemus per
præsentes. Non solum præmisso sed et omni alio melio-
ri modo. Acta Sunt hæc Cracoviæ Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Indictione
Romana quinta, Pontificatu SSmi Domini Nostri Clemen-
tis Divina Providentia Papæ Ejus Nominis decimi quarti.
Anno Ipsius tertio. Die Veneris vigesima Septima Mensis
Martii. Præsentibus Illustribus Clarissimis Adm. Rndis
M.M. Andrea Lipiewicz U.J. Doctore Ecclesiarum Collegiatæ
OO SS. Cracov Custode in Luborzyca et Igołomia, Francisco
Ćwierzowicz U.J. Professoribus ejusdem Collegiatæ Canonico in
Mogielany Parochialium Curatis. Francisco Ziebiński U.J.

Doctore, dicta Collegiatæ OO. SS. Crac Decano, Andreovien Præposito, Consistorii Gnalis Cracoviensis Actuario Nobilibus Carolo Jaworski, Adalberto Woynarowski, Joanne Rafalowicz Aplicis Notariis et Aliis pro Audientia Congregatiõ.

Ex Actis Actorum Consistorii Gnalis Cracov Extract et Sigillo Suprascripto Illmi Rndmi Dni Officialis Gnlis Cracovien Communitõ.

Census Vblis Capituli Collegiatæ OO. SS. Crac

Anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, Die Martis vigesima nona Mensis Martii

Coram officio Actisque præsentibus Consistorii Generalis Cracovien constitutus personaliter Illustris Adm Rndus Andreas Jurkowski Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Canonicus et ejusdem Collegiatæ Vblis Capituli Procurator Principalis, Instrumentum subinsertum pro Vbli Capitulo dictæ Collegiatæ faciens, Actis præsentibus ad ingrossandum obtulit, et prout de jure obtinuit. Præsentibus Cancellariæ Notariis. Cujus quidem instrumenti tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis =

= Franciscus de Pothana Pothanski Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Palarensis Suffraganeus, Canonicus Vicarius in Spiritualibus et Officialis Generalis Crac. Universis et Singulis quorum interest aut interesse poterit, Signater Perillustribus Illustribus, Admñis Rndis Prælatis et Canonicis, totique Vbli Capitulo, Ecclesiæ Collegiatæ OO SS. Cracoviæ Significamus per præsentes. Cum fideli relatione accepimus,

quod Illustris Adm Reverendus Franciscus Ziebinski U. J. Doctor, praefatae Collegiatae OO. SS. Decanus, vindicando Jura, et avulsos agros, prata, lacus, ad eundem Decanatum Collegiatae ex erectione et fundatione spectan et pertinen. Amo Cum Magnifico Andrea Morzkowski, Capitaneo Barcicensi, Villarum Wola et Przegorzały Herede in Causa occasione avulsorum Agrorum Praedii in eadem Villa Przegorzały Consistentis, dicti Decanatus Collegiatae OO. SS. dotalis, propriorum coram Judicio Terrestri Cracoviensi, atque Judicio Succamerariali Cracovien. 2do Cum Generoso Joanne Bielski Occupatore notabilis Partis Agrorum in altera Sorte Koło dicta post Istulam in Palatinatu Cracovien Districtu Ciriciensi Sub Parochia in Tyniec sita, coram eodem Judicio Terrestri Cracov. Expensas ad Summam quinque millium flor Polon. erogaverit, et exposuerit, Insuper equis, bobus, Curribus frumentis rebusque aliis per Confederatos milites Regni atque Moschos, et Cosacos in praefato Praedio Spoliatus exstiterit plurimaque damna, et injurias sustinuerit ita; ut: tribus annis nullum proventum de hujusmodi praedio perceperit. Et licet S. Justitia mediante, Decreta in iisdem Judiciis Terrestri, et Succamerariali Crac. adjudicationis Agrorum, et Fundorum cum praedictis Occupatoribus obtinuerit, Proventumq ad 400 flor Pol. Succedaneis Decanis Collegiatae OO. SS. auxerit, Cum autem causa occasione agrorum, et quatuor Hortulanorum in eodem fundo Koło Consist per motionem dicti Gsi Bielski ab eodem Decreto Judicii Terrestris Cracoviensis ad Judicia Tribunalis Regni Lublinen sit devoluta, Jam vero movens seu appellans,

idem Bielski ab hujusmodi Motione seu apellatione rece
dere et Decretum Judicii Terrestris acceptare, et quietare
inclinatus existat dummodo ipsi pro Casis quatuor Hortu
lanorum, cum Suis adjacentibus ædificiis justum præ
tium flor 1300 exsolvatur. Hæc perpendens Supradictus
Decanus Collegiatæ per exsolutionem præfatæ Summæ 1300
flor Pol. majorem utilitatem Ecclesiæ Succedaneisque Deca
nis fore, pacificamque possessionem unius fundi, unius
Domini manere. Proinde Nobis Supplicari fecit, ut ipsum
in præmissis adjuvare, facultatemque et licentiam certam
Summam flor 1300 à Vbli Capitulo contrahendi pro
quasi nova emptione Fundi Suprascripto Gso Bielski ex-
solvendam impertiri dignaremur. Nos itaque plena in
præmissis habita informatione, considerata majori u-
tilitate ex adauctione quatuor Hortulaniarum Fundi Koło
Ecclesiæ Collegiatæ Decanis facta Summam flor 1300 in ex-
solutionem et pacificationem Gsi Bielski pro hujusmodi
Agris et Hortulanis cum Casis et adjacentibus ædificiis
præstandam à Vbli Capitulo Collegiatæ OO. SS. contrahen
di, levandi, et in iis agris locandi et assecurandi faculta-
tem et licentiam authoritate Ordinaria impertimur —
per præsentes. Ita ut quousque eadem Summa flor 1300
in præfatis agris Hortulaniarum hærebit, pro eadem
Summa Census flor 91 quotannis absque ulla diminu-
tione per Decanos ad manus Procuratoris Vblis Capituli
Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Solvatur. In quorum fidem
Datt. Crac Die 12 Augusti Ao Dni 1773 Franciscus
Potkański Suffraganeus Officialis Crac mpp. Locus
+ Sigilli.

Hanc Summam mille floren Polon Nblis Anastasia olim Nobilis
Casimiri Łowczynski Civis Mercatoris Crac Consors Vidua devota
et alteram floren trecentorum Decanus pro Ecclesia Collegiata OO.

SS. aliàs pro promovendo Cultu SS. Sacramenti obtulerunt. Pro hujusmodi Summa 1300 flor Census flor 91. in et super praefato Fundo Decanali Koło dicto investitus, et Authoritate Ordinaria approbatus est, ut supra. Non putet Succedaneus pro tempore existens Decanus, aliquod gravamen esse, ex hoc Censu, in eodem Fundo Koło investito. Vera enim per omnia sunt narrata in suprascripta Facultate Sedis Ordinariae, et permoventia ad hujusmodi Censum investiendum.

Quatuor Hortulanias in eodem Fundo Decanali proprio, dotali Koło vocitato, Haeredes Villae Lusina, per annos centum sexaginta occuparunt, usum fructum trecentorum florenorum percipiebant. De his ab Annis centum lis fuit mota in Judiciis Terrestribus Crac. Hic attende quàm perdifficilis fuit Vindicatio ab annis 160. avulsorum. Et licet si multo et oneroso Processu in Judiciis Terrestribus Crac perducto. Decretum Justitiae conforme Adjudicationis Ecclesiae praefatarum Hortulaniarum quatuor, intercesserit. Nihilominus quoniam Gsus Bielski persuasione inclinatus, ab Appellatione recessit, Decretum Judicij Terrestris Crac acceptavit, dummodo Ipsi superficies, aliàs Casae Hortulanor solvantur. Et quoniam dubius erat eventus Causae hujusmodi, in Judiciis Tribunalibus Regni /: potissimum cum his temporibus maximè contra Clerum &c./ et consideratis gravibus expensis pro majori utilitate Ecclesiae et Decani /: ne unum Fundum plures possideant:/ conventa Summa florenorum 1300 Gso Bielski exoluta. Intromissio, et Quietatio Officiose intercessit. /: Vide inter Jura Decanatus:/ Insuper etiam Incolis praefatarum Hortulaniarum quatuor, in praetensionibus ad Summam flor 150. pro bono Pacis satisfactum est. Itaq ex eodem Koło Fundo Decanali, auctus est proventus ad Summam florenor 400. Hac Auctione Proventus considerata, non erit grave Decano, Ecclesiae suae quotannis flor 91. solvere. Attenta etiam notabili auctione Agrorum Praedij Decanatus in hac parte Istulae Villae Przegorzaty consisten, ex Decreto Judicij Terrestris, deinde Judicij Succamerarialis Crac /: Vide voluminosum Processum:/ Et ita, quod ante hac Praedium in Villa Przegorzaty cum Fundo Koło, Summam flor 600. Decanis importabat, prout plurimis

Contractibus probatur, ex hac auctione alterò tantum hujusmodi Proventus auctus est. Ad M. D. Gloriam. His tamen quinq Annis ex Causa Confœderationis, et ob incursionem Moschoviticam, tum Austriacam, nullus Proventus sed exactiones multæ &c.

In præfato Fundo Decanali Koło dicto, remansit unus Hortulanus cum usurpatis Agris, spectans ad Hæredem Villæ Wola et Przegorzały, hujusmodi Partis Ecclesiæ iniquum Occupatorem. Et licet cum eodem Jure actum fuit in Judiciis Terrestribus Crac, Decretum tamen difforme Justitiæ subsecutum: Decanus molestatus. Vindicent Sancti Dei, quibus hæc Sors dedicata est.

Hanc quintam Hortulaniam volui redimere /: ut sit unus unius Fundi Possessor, et obtuli Summam mille flor. Homo modicæ Fidei, acquiescere noluit. Et hæc præmissa et alia sunt attendenda. Franciscus Ziębinski Decanus mpp

---

Possessores hujus Canonicatus Dembinsciani.

Ill: Josephus Dembinski Fundator installatus 1772. Eodem Anno à suis subditis occisus crudeliter in Stryscow. villa.

1773. Mathias Zieleniewicz Rorantistarum Capellæ Arcis Crac installatus Præptus. resignavit 1779.

1780. Joannes Cantius Ziębinski 20 Sept. installatus Concionator

1791. M.s Dominicus Markiewicz per Grle S. Principem Regni Scholæ præsentatus

Judicata bina
Pro juribus Parochialibus et quarta funeralium.

Annô Domini 1746. die Luna quarta Mensis Julii.

Coram Perillri et Rndmo Dno Stanislao à Kresko Kreski, Ecclesiæ Cathedralis Crac: Primicerio Judice Surrogato, in publica Causarum audientia, comparens personalr Adm Rndus Laurentius Anielski Ecclesiæ Collgtæ ac Parchlis Sanctorum Omnium Cracoviæ Sacristianus, Pnpalis Actor, in termino hodierno, tum ex generali Causarum reassumptione, et conservatione illius die Mercurii 12. Mensis Januarii Anno currenti in Actis Consistorii Gnlis Crac: facta et connotata provenienti, inhærendo suis instantiis in anterioribus terminis in Causa inter se Actorem ex una, et Citatos infrascriptos, occasione sepulturæ Generosæ olim Sophiæ Topolska, in Ecclesia Conventuali Monialiu Ordinis Minorum ad Ædes S. Joseph Cracoviæ per eosdem Citatos in præjudiciu jurium Parochialium attentatæ, Administrationis Sacramentorum Eucharistiæ et Extremæ Unctionis per Religiosum ejusdem Conventus Monialium Confessarium expracticatæ, Parte ab altera, coram Judicio præsenti mota et vertente factis, Decretu definitivum ea in causa ferri, in scriptis promulgari, illudq debitæ executioni demandari, in damnis et litis expensis eosdem Citatos condemnari, debita cum instantia postulavit. Præsente Nobili Paulo Glowacki, Religiosæ ac Deo dicatarum Virginum Franciscæ Wiszowata, Ordinis Minorum Conventus Monialium ad Ædes S. Joseph Cracoviæ Matris, totiusq ejusdem Conventus Citatarum ex adverso Pnpalium Procuratore, salvis etc. suas Pnpales ad instantias in trnis anterioribus factas referente, et in prolationem Decreti in quantum favorabilis consentiente. Præsente Nobili Bernardo Herka Jllris Adm Rndi Joannis Rypinski J. U. Pfris, Ecclesiæ Collgtæ SSmOOm Crac: Canonici, uti Gnosæ Topolska Testamentarii Executoris, Concitati Pnpalis Procuratore, salvis etc. et repetita protestatione contra Citatas de irrealibus allegationibus ac calumniis, suum Pnpalem pariter ad instantias in trnis anterioribus factas, tum et Literas missivas prædictæ Religiosæ Matris judicialiter productas referente, et suu Pnpalem liberum pronuntiari petente, ac pœnas ratione ejusdem sui Pnpalis circumscriptionis extendi flagitante. Perillris et Rndmus Dnus Judex Surrogatus supranominatus, Decretum tulit in Cancellaria publicandum, et publicavit tenoris sequentis. Perillris Rndmus Dnus Judex Surrogatus supramemoratus, Partium Controversiis exceptionibus, replicationibus judicialiter hinc inde factis et illatis bene et maturè exauditis ac trutinatis, ante omnia prætensiones utriusq

Partis

Partis ratione quarundam personalium injuriarum et quidem habito respectu debilis Sexus Citatarum et juris ignararum, rejecit et rescidit, resolvendo verò Causam negotii principalis et accessoriorum inde pululantium, visa et lecta Erectione Conventus Citatarum Monialium Ordinis Minorum per Illmum et Rmum olim Petrum Gembicki Episcopum Crac: Ducem Severiæ de Anno 1645. die Mercurii 30. Augusti facta, et plena Authoritate illius confirmata, eoq attento, quoniam vigore dispositionis juris, et in particulari vigore Clementinæ 1. de Privileg. Religiosis quibusvis administratio Sacramentorum Extremæ Unctionis et Eucharistiæ infirmis personis Secularibus sub Censuris Excommunicationis ipso facto incurrendæ, est prohibita, Citatis quoq Religiosis Monialibus sive Conventui illorum jus Sepulturæ non competit, quinimo per prædictam Erectionem Conventus sui, Ecclesiarum Parochialium et respectivè Ecclesiæ SSmæ OOmæ Cracoviæ præjudicia quæq ex integro quoad Sacramentorum administrationem et Sepulturas sunt præservata, nec in tali casu stante mala fide ex hujusmodi Erectione sui Conventus resultante, prædictæ Citatæ, nedum per aliquos abusus, si aliqui per quandam injuriam in ante in aliquo tempore irrepserant, sed etiam per aliquam præscriptionem tutari non valent, ipsæq Moniales per præfatam Erectionem in puncto præjudiciorum Parochiis inferendorum, exemptionibus suis omnibus sive Privilegiis renuntiârunt, seq in iisdem casibus Ordinariæ Sedis potestati subjectas fecerunt et recognoverunt. Proinde Sepulturam defunctæ Gnosæ Topolska personæ Secularis per Citatas sine scitu Actoris seu Ecclesiæ illius Parochialis tituli Sanctorum Omnium perperam et illegitimè fuisse et esse factam, sive procuratam, multoq magis administrationem Sacramentorum Eucharistiæ et Extremæ Unctionis dictæ defunctæ per Religiosum Confessarium impertitam, illegitimam, injuriosam ac ex se culpabilem declaravit, ac inhærendo supradictæ Erectioni seu fundationi prænominatis Citatis Religiosis Monialibus in futurum ulteriora Ecclesiarum Parochialium similia præjudicia, sub pœna privationis Officio Superioris ac aliis pœnis gravioribus arbitrariis, non obstante ulla excusationum ratione prohibuit. Nihilominus eo attento, quoniam Concitatus Illris Adm Rndus Rypinski Testamentarius defunctæ Executor, cum ageret ipse Canonicum prædictæ Ecclesiæ Collgtæ et Parochialis Crac SSmæ OOmæ dictam Sepulturam ac administrationem Sacramentorum Eucharistiæ et Extremæ Unctionis dissimulâsse, nec Actori seu Ecclesiæ Parochiali notitiam obitus defunctæ Generosæ Topolska suo tempore convenienti dedisse, consequenter injuriæ seu præjudicii Ecclesiæ præfatæ Collgtæ et Parchli illati complex et reus esse dignoscitur, proinde quatenus is idem Illris Adm Rndus Rypinski in pœnam præjudicii ut præmissum est illati publicam deprecationem Vbi Capitulo prædictæ Ecclesiæ Collgtæ et Parchlis Crac: SSmæ OOmæ proximè congregando faciat et pro Anima prædictæ defunctæ unam tricesimam in eadem Ecclesia gratis sub onere tamen conscientiæ suæ absolvat, demandavit. Quo verò ad exhumationem prætensam corporis prænominatæ defunctæ, eidem exhumationi, attento notabili temporis elapsi spatio, ac parcendo debilitati, ut præmissum est Sexus Monialium, locum non esse, hac vice duntaxat, et non aliàs nec aliter adinvenit, seu potius de benignitate judicii sui pepercit et dissimulavit, habitaq discretione et respectu expensarum pro funere erogatarum, easdem duntaxat tamen merè necessarias et liquidas, Conventui Monialium per Concitatum Illrem Adm Rndum Rypinski bonificandas,

atq

atq; etiam alias titulo Crediti, dum defuncta viveret factas compensandas esse decrevit. Insuper ut is idem Concitatus Illris Adm Rndus Rypinski qua Executor Testamentarius cum alio Coexecutore Nobili Adalberto Mysłowski ex Officio presenti addito, Exequias solennes in propria Eccla predicta Parochiali pro anima supranominatæ Gnosæ Topolska juxta proportionem peculii, ac juxta Statum et conditionem defunctæ, celebrari procuret, ac in suffragium Animæ etiam predicto Conventui Monialium, in quo degebat provideri faciat, Actori quoq; intuitu causatarum litis expensarum persolvat, salva calculatione suo tempore in Officio presenti expedienda injunxit et sententiavit; in casu verò contraventionis hujusmodi Decreto salvam viam, tam Actori Adm Rndo Lacristiano predictæ Ecclesiæ SSmæ OOmæ quam etiam Instigatori Officii presentis, contra Partem contravenientem reservavit Decreti præsentis vigore ad premissa mediante. A quo Decreto Illris Rypinski Procurator ab extensione pœnarum ad quem de jure appellavit cujus appellaõ est refutata. Præsente Me Adalberto Ceypler U. J. Dre, Quielcen et SSmæ OOmæ Crac: Decano, Judicii Sede Vacante Eppatus Crac: Actuario.

Ex Protocollo Actorum Illmi et Rndmi Dni Michaëlis de Granow Wodzicki, Decani, Sede vacante Episcopatus Crac: ac Ducatus Severiæ Generalis Administratoris, Abbatis Commend. Wąchoc. extractt.

Annô Domini 1751. die Lunæ XI. Mensis Octobris Varsaviæ.

Pro Illri et Adm Rndo Thoma Muszynski J. U. Dre Collgtæ SS. OO. et S. Annæ Crac: Canonico, Præposito Curato Ecclæ Parchlis S. Nicolai extra muros Cracoviæ Actore, contra Deo dicatas et Relgsas Moniales Priorissam, totumq; Conventum Crac: in Wesoła Ords Carmelitar Discalceatorum.

Coram Perillri et Rndmo Dno Andrea Vincentio Butio J. U. Dre, Protonotario Aplico, Curiæ Illmi et Rndmi Dni Dni Alberici ex Comitibus de Archinto, Dei et Aplicæ Sedis Graã Archieppi Niceni, Sanctissimi Domini Nostri Dni Benedicti Divinâ Provideâ Papæ ejus Nominis XIV. Prelati Domestici et Assistentis, Ejusdemq; et S. Sedis Aplicæ, in Regno Poloniæ et M. D. L. cum facultatibus Legati de latere Nuncii, Grali Causarum Auditore et Judice, comparuit personaliter Gnosus Michaël Nagrodzki, suprascripti Illris et Adm Rndi Thomæ Muszynski J. U. Dris, Canonici S. Annæ Crac: Præpositi Ecclesiæ Parchlis S. Nicolai extra muros Urbis Cracoviæ confisten Procurator, et in termino hodierno ex Actis legitimè provenienti, accusavit contumaciam suprascriptarum Deo dicatarum et Religiosar Monialium Carmelitarum Discalceatorum Conventus in Wesoła Appellantium, quatenus non comparentium, et in ipsarum contumaciam, reassumendo anteriorem instantiam, inhærendo Actis et testimonio Antonii Barankiewicz sub-

juramento

juramento, in causa ratione sepulturæ Filii ejus Barankiewicz, per predictas Religiosas Moniales, in Ecclesia sua Conventuali, sine consensu sui Principalis attentatæ recognito tum rationibus in scripto datis, S. Conc. Tridentino, et Constitutionibus Synodalibus, siquidem ex eodem testimonio Barankiewicz, constat sepulturam, de quare Filii ejus per Parentes prius in Ecclesia Parchiali electam, eidem Honesto Barankiewicz impeditam, et contra voluntatem Parentum, corpus dicti infantis in Ecclesia Recurrentium, coacte et metu Dominica potestatis, sepultum esse liquet; et contra persuadentes et avocantes Religiosos quosvis, per Sacros Canones et Constitutiones Synodales, rigorosissima pœna et Censura etiam Interdicti vallatæ sunt, dictæq; Religiosæ Moniales in causa presenti Jurisdictioni Illmi Loci Ordinarii subsunt, et ab eis Privilegiis à se pretensis, per subsecutam Litis contestationem, et documentorum suorum suo Principali communicationem recepernat, Forumq; prime Instantie acceptarunt. Ideo circumscriptis Remediis Juris, à Decreto prime Instantie Crac: Fori adinventi, ex Tribunali presenti exportatis, causam presentem ad tenorem Constitutionum Synodalium, ad Judicium prime Instantie pro ulteriori Processu remitti, Religiosasq; Moniales in expensis Litis condemnari petiit, et debita cum instantia postulavit. Salvo etc. Omni etc. Presente Igroso Paulo Baari, suprascriptarum Religiosarum Deo dicatarum Virginum Monialium Conventus Crac: in Wesola Ordinis Carmelitarum Discalceatorum legitimo Procuratore, et Salvis etc. ac protestando etc. dicto de Exemptionibus Ordinis suarum Principalium à Jurisdictione Ordinaria, etiam in puncto Quarte funeralium, à S. Sede Aplica gratiosè impertitis, productaq; Recognitione jurata Igrose Sophie Pinocia et Honesti Antonii Barankiewicz Filii demortui Parentis, adversus simplex ejusdem examen, coram Notario Aplico favore Illis Muszynski informiter et sine juramento peractum, legaliter expedita, liberam electionem Sepulture in Ecclesia suarum Principalium optantis, nec ullo aliquo metu, vel ut dicitur Dominica Potestate perculsi et adacti, adhærendoq; informationi in scriptis exaratæ; suprafatum Illrem Adm Rndum Muszynski Prepositum, ratione questionatæ Sepulture infantis, cujus Pater de familia domestica Conventuali existit, indebitè litigantem, intuitu evocationis suarum Principalium uti Personarum exemptarum ad V. Judicium Ordinarium Consistoriale Crac: in pœnas contra Avocatores à lege sancitas incurrisse et incidisse declarari, eisdemq; contra ipsum decerni et extendi, ac ab indebita petita et impetitis Episdem modernum V. Conventum suar: Principalium absolvi et liberum pronunciari, in damnis et Expensis litis condemnari postulante. Salvo etc. Omni etc.

Qui Rndmus Dnus Auditor Gralis sedens etc. Auditis etc. terminum habuit pro servato. Et ita etc. Omni etc. Quem Terminum pro servato habitum aperiendo prefatus Rndmus Dnus Auditor Gralis et Judex etc. Partibus auditis, visis q; Actis in V. Judicio Consistorii Gralis Cracovien: à Quo, hactenus in hac Causa gestis et formatis, visisq; lectis et attente consideratis Privilegiis, Monasteriis cum Virorum tum Sanctimonialium Ordinis Carmelitarum Discalceatorum hujusce Regni à S. Sede indultis, in Actis hujus Tribunalis Apostolici registratis, et de Anno 1712. sub die 3. Measis Octobris extraditis et Typo datis, quibus eadem Monasteria cum ab ordinaria Jurisdictione in omnibus tam activè quàm passivè institutis plenè eximantur; Ideo causam presentem adversus V. Monasterium Sanctimonialium Zesolovien: ad Cracoviam dicti Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Rearum Conventarum, et in assistentia Superiorum sui Ordinis

Recurren-

Recurrentium, ab Illustri Adm Rndo Thoma Muszynski Ecclesiarum Collgtarum SS. OO. et S. Annæ Crac: Canonico, Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai extra muros Crac: Præposito, et V. Instigatore Fiscali memorati Vblis Consistorii Gnrlis Crac: Actoribus Appellatis ibidem institutam de et super facienda cadaveris infantis Stanislai, Filii Antonii Barankiewicz Famuli et Servitoris Ecclæ et V. Monasterii dictarum Sanctimonialium, in Cæmeterio Ecclesiæ ipsarum illicitè et in præjudicium Jurium Parochialium, dictæ Præposituralis S. Nicolai tumulati exhumatione, ipsiusq; Cadaveris unà cum omnibus occasione dictæ sepulturæ perceptis emolumentis restitutione dictæ Præposituralis Ecclesiæ S. Nicolai, in hoc Aplico Tribunali, Jisdem quippe Deo dicatis Virginibus Recurrentibus competente, tanquam in prima retinuit. Ad ejusdem verò Causæ decisionem procedendo, quandoquidem attenta dispositione et litera memoratorum Privilegiorum, Monasteria tam Virorum quàm Sanctimonialium ejusdem Ordinis Carmelitarum Discalceatorum hujusce Regni, liberantur quidem à solutione Quartæ funeralis, minimè verò indulta legitur Monasteriis Sanctimonialium dicti Ordinis facultas, tumulandi in ipsarum Ecclesiis quenquam extraneum. De jure autem, etsi cuicunq; competit jus eligendi sibi sepulturam ubi velit, dummodo ibi sit jus funerandi, quales sunt de jure Ecclesiæ Parochiales omnes ad text. in Can. Ubicunq; 13. q. 3. Abb. in c. Certificati. de Sepult. n. 8. Vinc. Gravin. Instit. Canonic. Lib. 2. Tit. 24. Parentesq; jus habent eligendi pro infantibus sepulturam ad text. in c. penult. de Sepult. in 6. Cum tamen illud quoq; in jure exploratissimumq; sit, neminem cujuscunq; dignitatis et conditionis existat Laicum sive Masculum sive fœminam, tumulari posse in Ecclesia Monialium, sine expressa venia Sæ Congregaõnis et Monialium copulativè, etiamsi ibidem electa fuerit sepultura, quemadmodum sæpiùs declaratum fuisse à S. Congregaõne Episcoporum, et præcipuè in Forosempronensi 23. Augusti 1652. et in Gravinen. 1. 8bris 1650. et in Venellen. 18. Maji 1696. et quidem non obstante solita et contraria consuetudine, referente d. m. Emõ Carol. Panphilio, testatur post Nicol. in Flosc. verb. Sepultura n. 5. Pignatell. Consil. 177. n. 1. et 2. Franc. Manacell. in Formular. legat. practic. For. Eccles. tit. 2. formula 135. ibi = Capellanus autem non potest dare sepulturam in Ecclesia Monialium, Cadaveribus Laicorum sive Masculis sive fœminis, quanquam Nobilium, et quòd ibi elegerint sepeliri, absq; licentia Sæ Congregaõnis et Monialium copulativè, ut pluries decretum fuit, et non obstante solito. Et raõ est, quia cùm Ecclesia monialium de jure jus sepeliendi non habeat, non possunt in ea absq; privilegio et licentia superioris idest Sacræ Congregaõnis, et in præjudicium Parochiæ atq; sine consensu simul Monialium, Cadavera tumulari, sicq; sepulchra construi. = Quæ quidem juris dispositio, adeò inconcussa est, ut provideat quoq; in casu, quo res agatur de cadaveribus famulorum et famularum inservientium Monasteriis Monialium quamvis exemptarum, nam nullum ipsis hac in re competit Privilegium, sed sicut cæteri Parochiani, debent in propria ipsorum Parochiali Ecclesia tumulari, sicut decisum fuit à S. Congregaõne Concilii in una Leodien. 14. Aprilis 1685. et in alia Spoletana 29. April. Aº 1691. inter Famulas Monialium S. Mathæi Congregaõnis Lateranen.

quæ habita-

quæ habitabant in domo exstructa intra Cortile sive atrium Monasterii et Parochum S. Martini, intra cujus Parochiæ limites Monasterium existit, et easdem Declarationes Sæ Congregaonis referens, docet laudatus Franc. Monacell. d. formul. legal. practic. tit. 11. formula 20. n. 2. ibi = Famuli, famulæq, quæ inserviunt Monasteriis Monialium quamvis exemptarum, nullum habent Privilegium, sed sicut cæteri alii Parochiani tenentur implere præceptum Paschale, in qua, alibi sepultura non electa debent quoq sepeliri; et ad Parochum spectat iisdem dum detinentur infirmi Sacramenta ministrare, et ad Sepulchrum eosdem associare, non autem ad Confessarium Monialium, ut respondit Sa Congregao =. Quanquam autem servientes domestici ac famuli Religiosorum sepeliendi sint in Ecclesia vel Cæmeterio Monasterii, si intra illius septa moriantur, nec aliam sibi sepulturam eligant, ut cum communi sententia docet Anaclet. Reiffenst. in lib. 3. Decretal. tit. 28. de Sepult. §. 1. n. 21. nihilominus certum est id procedere ob speciale Pontificium Privilegium ipsis ad id concessum, ut subdit ibid. cit. Anacl. Reiffenst. Moniales vero quoad hæc planè non veniunt nomine Monachorum, nec gaudent quo ad hæc Privilegiis Monachis concessis, quamvis sint ejusdem Ordinis, ut definivit S. Rot. Rom. decis. 48. n. 8. coram Zarat. Cum verò et illud quoq in jure exploratissimum sit, quòd qui aliquem indebitè sepelierit, prout in casu præsenti factum esse, ex præmissis juris fundamentis luculenter constat, jubetur cadaver illud reddere Ecclesiæ ad quam spectat cum omnibus emolumentis, si quæ ob eam causam illi obvenerunt, jx expressam Sanctionem Pontificiam Alexandri III. in c. Ex parte. 5. et in c. Cum liberum. de Sepult. Vinc. Gravinus Inst. Canonic. cit. lib. 2. tit. 24. Cumq demum V. Monasterium dictarum Deo dicatarum Virginum Vesolovien ad Crac: Ordis Carmelitarum Discalceatorum, Recurrentium, nullatenus doceat veniam seu Licentiam à S. Congregne Episcoporum seu Concilii præcessisse aut obtentam esse ad licitè et validè tumulandum in Earum Ecclesia seu Cæmeterio cadaver Infantis Barankiewicz, de quo agitur. Ideo definitivè decrevit et declaravit teneri et obstrictum esse dictum V. Monasterium ad exhumationem cadaveris ejusdem infantis, illudq restituendum Parochiali Ecclesiæ S. Nicolai extra Muros Crac: ad quam spectat, cum omnibus emolumentis, si quæ occasione dictæ Sepulturæ eidem Monasterio obvenerunt; et ut in posterum à similibus omnino abstineant, iisdem Sanctimonialibus dicti V. Monasterii, seriò inhibuit, contrariasq Exceptiones nihil officere aut offecisse decrevit et pronuntiavit. Et ita etc. Non solum etc. Sed et omni etc. A quo Decreto superveniens ad Cancellariam Rlgsus Pater Sigismundus à S. Maria Procurator Provinciæ Polonæ S. Spiritus Carmelitt. Discalceatt et Monialium ejusdem Ordinis in Wesola consistentium, ad Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, Sanctamq Sedem Apostolicam appellavit. Salvo etc. Omni etc. Et Rndmus Dnus Auditor Gnrlis, Qui supra hujusmodi appellationem refutavit. Et ita etc. Oi etc.

Ex Protocollo Actorum Nunciaturæ Apostolicæ extractt, et Sigillo Illmi et Rndmi Dni D. Alberici ex Comitibus de Archinto, Archiepiscopi Nicæni et Nuntii Aplici in Regno Poloniæ et M. D. Lithv. communitum

L. x S.

Petrus Jastrzewski Publ. S. Athte Aplica Notarius et Nuntiaturæ Apostolicæ in Regno Poloniæ Vice Cancellarius mp

1236 1338

NB In Libro, cui titulus = Erectiones Praelaturarum & Canonicatuum Ecclesiae Collegiatae SS. OO = apud Praepositum ejusdem Ecclesiae hoerente, Folio 18. 19. 20, est appendix manu moderni Praepositi M. Vincentii Smaczniński inscripta tenoris sequentis = Praepositus ut se eximeret ab oneribus Reparationis Ecclesiae, Scholae solvendo Concionatore et omnibus obligationibus, cessit duas Decimas ex suo proventu scilicet Decimam in Zagajów hodie d. 15 Xbr. 1788 importantem Florenos polonicales 400. et in Piasek Magna Florenos 150 - Cessit ergo annuatim de Proventu Florenos 550 - Decanus etiam, cui par incumbebat, ut Praeposito, obligatio, utpote, qua Com-Parocho, quondam hujus Ecclesiae, cessit pariter Capitulo Decimas: in Gadawa importantem florenos Polon. 100, in Parva Piasek florenos 65, et in Chroscice floren. 126, Cessit ergo Decanus fl. 291. Cessit ergo Decanus, qui longe superiorem Proventum habet, minus, quam Praepositus Flor. 252 - Cujus quidem Cessionis Decimarum à Praeposito et Decano mentio est in Actis Capitularibus Collegiatae OO. SS. Folio 87 Anno 1738 die 4. Augusti, ubi inseritur Decretum Cessionis harummet Decimarum, quod igne absumptum et in parte alteratum, in Capitulo praesentatum fuit = Et in Libro hoc ipso Folio retro 695 ejusmodi Decretum ingrossatum, ast in hoc Decreto nulla est mentio Decimae in Gadawa-

1339 1295

INDEX IURIUM et ALIARUM VARIARUM TRANSACTIONUM IN HOC LIBRO CONTENTORUM.

	Folia
Domus Præpositi Sanct: Omniu	1
Visitatio Padnieviniana A° 1568	7
Extractum ex Libro Rexationum A° 1529 sub Titt Decanatus	18
Decretum in Causa Decimæ ex Chrosciæ	19
Fundatio antiqua Eccleæ Parochialis Sanctor Oium	21
Proventus Eccleæ OO SS mediæ partis	23
Proventus Eccleæ OO SS ex Libr: Retaxationum	29
De Origione Eccleæ OO SS ex Libro Petri Pruszez	31
Plebanus Eccleæ OO SS contra Altaristas negligentes	33
Proventus Scholæ et Rectoris Scholariu	37
Compositio inter Vicarios Eccleæ et Magistrum Scholæ	42
Decretum Solutionis Census Eiusd	51
Decretum ratione reparationis Scholæ	53
Decretum contra Studiosos Scholæ Sanct. omniu (zr. 1738)	58
Erectio Eccleæ Collegiatæ SS OO A° 1490	61
Visitatio Eccleæ Colltæ SS OO per Illmum Łubienski Ep: Crac 1711	81
Inventariu Juriu &c: RR Vicarior Sacristiano, Concionatori servieq	99
Census Terrazii R Sacristiano	108
Visitatio Kazmirsciana	116
Erectio Canonicatu Concionaturæ	137
Cessio de pfata Inscriptione Concionaturæ	165
Erectio Custodiæ SS OO A° 1629	189
Inscriptio Sumæ 2500 f. sup Prædiis Sciborowskie et Burtnistrzowskie	193
Approbatio Sumæ 2000 in auctionem Custodiæ	197
Erectio Canonicatu Bochnensis (1676)	204
Erectio Canctu pdicti cu Custodia 1704	216

	Folia
Inscriptio venditt de qua in Erectione	217
Altera Incriptio 18 Sulcor	219
Punctu ex Visitt Łubieniana	221
Decreta definitiva Consistorii Crac possessione solutt probant	223
Erectio Scholasteriæ A° 1629	231
Erectio Cancellariatu A° 1648	246
Auget hic Idem Cancellariatu Summa 4000 f. p.	251
Processu de eod Censu in Castro Crac	258
Erectio Cantoriæ	262
Restrictio pdictæ Cantoriæ	276
Erectio Archidiaconatus	290
Inscriptio Talerorum Imperialium 333.	294
Altera 1200 f. p.	297
Decretum Definitivu inter Archidiaconem et Magistratum Clepardiensem	299
Donatio Domus Lapideæ Tomaszowiczowska pro Dote Archidiaconi	303
Auget Idem Archidiaconatus	307
Approbatio pdictæ Summæ	311
Venditio pdictæ Lapideæ	314
Punctu ex Visitt Łubieniana	320
Inscriptio 500 f. p.	321
Erectio Canonicatu seu Præbendæ S. Spiritu A 1493	336
Informatio de Villa Cieszkowa	351
Cessio Juris ad Censu perpetuu in Zuppis Vieliciecq	365
Erectio Altaris seu Auctio in Canonicatu B. V. M	369

1340

	Folia
Erectio Altaris in Canonicatum elevati Titt. ꝓfati. et SS. Ap: Petri et Pauli et Jacobi factt. Aº 1479	376
Ex Literis Originalibꝰ Inscriptt	385
Decretū Solutionis Censꝰ ꝓdicti	389
Erectio Altaris in Canonicatū elevati Titt Petri et Pauli Ap: S. Nicolai ꝛc.	393
Informatio de hoc Canonicatu	401
Auget idem Canonicatꝰ	402
Decretū inr Instigatt Curiæ et Illr: Custodē S. Floriani latum Aº 1748	416
Erectio Altaris in Canonicatū elevati Titt SS Antonii et Leonardi. Aº 1386	421
Jura Ecclēæ in Niegardow	429
Donatio Juris Patronatꝰ Altaris præfati	451
Incorporatio Juris Patronatꝰ dicti Canonicatꝰ	453
Erectio altaris Titt SS Corporis	457
Decretum Liberationis ab oneribꝰ Lapideæ Canēꝰ	459
Erectio altaris seu Præbendæ SS 4 Evang	485
Auget hic idem Canonicatꝰ ƒ1000	490
Oblata Privilegii sup molendinū in Villa Promnik	495
Erectio Canonicatꝰ seu Præbenda B: V: M: Confratt Pauperū in Ecclea OO SS	501
Erectio Duor Canonicatuū Fundi Gorsciani	521
Cessio et ordinaō Sumæ 10000	529
Transportaō Sumæ Ejusd ex Bonis Sledzieiowice	532
Inscriptio Sumæ 2000. sup Bonis villæ Witowice ꝓ auctione Canonicatꝰ	540
Erectio Canctꝰ Sviniarsci:	543
Auctio Dotis hujꝰ Canctꝰ	547
Punctum ex Visitt Lubieniana	554
Erectō Canctꝰ ejusd Aº 1659	555
Erectio Canonicatꝰ Gratoviani	565

	Folia
Transportaō Sumæ 5000 ex Bonis oppidi Secemin villarumq Krzepice	591
Erectio Canon: Kovalsciani	601
Restrictio nominati Canonicatꝰ	609
Punctū ex Ordinaōne Burcarnæ Kovalscianæ	613
Protestaō Capituli de nullitate restrictionis	614
Erectio Canoni: Węgrzynov:	617
Roboraō Contractꝰ seu Scripti	632
Inscriptio Summæ 23000. sup Bonis villæ Groiec	636
Inscripō 400 sup Domo seu Lapidea Orłowska	640
Ordinaō Fundatt Smolenscię	641
Inscriptio ꝓfatæ Summæ in Oporyszow ac ad Zabin	651
Punctū ex Contractu Arendatt	657
Ordinatio Fundatt Lisiecciæ in Piekary	661
Inscriptio Sumæ ꝓfatæ 3000	664
Inscriptio sine Ordinaōne ƒ. 200 sup Sort: Bzow	668
Cessio ꝓdictæ Sumæ Capitt	672
Legatum Testamentariū 2000. sup Balice Aº 1665	675
Inscriptio sine Ordinaōne ƒ 500 sup Lapidea Crac sitt	680
De reparaōne Ecclēæ OO SS	684
Inscriptio 200 ƒ. ꝓ reparatione Tecti Capellæ Liczbianæ	698
Ordinaō 30 ƒ ꝓ Fabrica Ecclēæ	700
Institæ sub Ecclēa SS OO sitæ	704
Fundatio ꝓ Processione in Fº Corporis Xti. ꝓ Circulū Crac	708
Cessio Sumæ dictæ V. Capitt	710
Fundatio ꝓ Process: intra Octavā S. Stanisl: Eppi	715
Approbaō Ejusd Sumæ	718

	Folia
Fundationes ℔ Salario portitori:	721
De Publicis Processionibꝫ Eccleſiæ	730
Documentū Illmi Epp̄i sup̄ præcedentia Eccleæ Colthe SSoo	732
Inscriptio Sumæ ℔ 1000 in auctione Canonicatꝫ SS Anto: et Leonardi — — — —	733
Inscriptio Sumæ 6000 super Bonis Xiążnice et Wężyca	735
Tenor Oblatæ ejusꝫ Inscriptt	737
Roboraō Scripti introcontenti	738
Cessio Ejusꝫ Sumæ ℔ Execut	740
Inscriptio ℔ 1000 ℔ Anniv: A.R. Gorski sup̄ Bonis Xiążnice	748
Inscriptio ℔ 1300 sup̄ Bonis Marszowice — —	748
Inscripō ℔ 1400 sup̄ Bonis Olszowa	752
Inscripō ℔ 1000 ℔ Anniver: A.R. Sapellii — —	756
Inscriptio ℔ 500 ℔ Anniver: Hon: Grzegorii Nyecki — —	760
Venditio Domꝫ ejusꝫ Lapideæ	763
Testamentū H. Sophiæ Gł: bowiczowa — — —	770
Inscripō ℔ 1000 sup̄ Bonis Łu: czyce — — — —	781
Inscriptio Sumæ ℔ 500 sup̄ villa Owczary — —	786
Inscriptio ℔ 4000 ℔ Anniv: Lukim	789
Inscriptio 1000 sup̄ Oppido Zabno	790
Inscriptio 500 ℔ sup̄ villa Tczyca	796
Punctū ex condescensione Tri: bunali. Dnī — — —	801
Inscriptio ℔ 1000 sup̄ Bonis Lgota Sawronia — —	803
Ordinatio Sumæ ℔ tatie —	810
Inscriptio ℔ 300 sup̄ Domo in Cerdonia pro Anniv Illris Krosner — —	812
Inscriptio ℔ 3000 ℔ Anniver: R. Bugayski — —	816
Cessio ℔ dictæ Sumæ — —	817

1341

	Folia
Auctio alterig Sumæ ℔ 1000 ℔ anniver: ex dispositt ℔ — —	820
Inscriptio Sumæ 9000 — —	822
Consensꝫ Ill: Prokopowicz	824
Inscriptio ℔ 600 sup̄ lapidea Cracouitt ℔ Anniv: Fraer Kiewicz — — —	825
Inscriptio ℔ 300 ℔ Anniv: R. Czaplic sup̄ lapidea Crac	828
Inscriptio 600 ℔ ℔ Anniv: Radiesiewski — —	831
Inscriptio Sumæ 2000 super Villa Tczyca ℔ Anniv. Gielowicz	834
Approbaō et ordinaō ℔ tatie Sumæ	838
Inscriptio 1000 ℔ sup̄ Lapidea Krzywokulska ℔ ann: Thomæ Długosz — — —	841
Approbaō ℔ tati Censꝫ — —	843
Inscriptio 1000 ℔ sup̄ Bonis Więckowice ℔ Anniv: Furmanum — — —	846
Approbaō et ordinaō ejusꝫ Census — — — —	849
Inscriptio 800 sp. ℔ anniv: Ill: Sembicki et Koch —	852
Inscriptio Sumæ 500 ℔ Clepardie sup̄ Domo Terlikowski	858
Decretum rñe præcedenꝫ int: Collegiatas in et extra Crac	860
Venditio Lapideæ Crac sitt Per: ol: Krupecki U.I.D. —	864
Contractꝫ rñe ejusꝫ Domꝫ —	866
Erectio Capellani Frū Pauperum — — — —	874
Inscriptio Censꝫ et Marcarum Altaristæ Eccl: SSoo servien — — — —	878
Contractꝫ rñe Fundi Pusiowskie. — — — —	881
Fundaō Altaris S. Antonii et Dorotheæ Aº 1393 —	883
Ordinaō Censꝫ 14 Talet Imper: à Suma Capitt 200 Talet — — —	888
Inscriptio 300 ℔ sup̄ Bonis Przestawice ad Collitam ꝑpetanꝫ A. 1526 — —	891

1342

Nota Inscript: sup Bonis Bolen. et Młodzieyowice — 895
Decima in Drożejowice — 895
Jura ad eam spectans — 897
Decretum Metropolitani Judicii 931
Decretum rne Evocationis ad Forum — 934
Revisio et verificatio Libri Actorum — 978
Decretum ultimatu S. Tribunalis Nuntiaturae — 980
Decretu rne Fundi Pusiowskie 1001
Quietatio Fam: Ciszewski 1006
Processus in Causa Judiciaria inr Illr: Procuratore totumq Capitulum rne decime in Plechow 1009
Processus in causa et actione Judiciaria inr V. Capitulu et R. Przewoski — 1036
Decrum Tribunal: Metrop: 1047
Inscriptio Sumae 6000 super Villa Stara Wies — 1055
Punctu Testamenti Excel: Flesinski — 1067
Inscriptio Sumae 1000 f pro Promotore Officii SS. Lacr: 1069
Inscriptio Sumae 2000 Fundatt Flesinski sup Witowice 1072
Cessio Sumae 2000 p Promot: 1075
Inscriptio Sumae 2000. sup Bonis Witowice p V. Capitt OO SS — 1078
Roborati Scripti manualis sup solvens Provione p 5 a Centu ex Witowice — 1079
Inscriptio f 500 sup Agris Villae novae Regiae, Strzecha 1080
Cessio Sumae f 1000 p Gsau Pruszkowska — 1083
Inscriptio 1000 f. sup Bonis Rogow favore Promot: Confrat: 1085
Ordinao Testamenti Sumae 500 f p aa Parochi Słowacki — 1088
Cessio Sumae 4000 f. sup Villa Zagaiow 1090
Inscriptio Sumae 3000 ex Fund: Stawice Borawski 1092
Inscriptio Sumae 2000 p M. Łodzinski V. Capitulo facta Swiecice i Pieczonogi 1095
Inscriptio Sumae 5000 in Auro. sup Bonis Stryszow — 1098
Roborao ejusd Scripti 1101
Approbao Sumae f 5000 in Stryszow Jusor 1107
Erectio Canonicatus Potocciani — 1109
Approbaones Censuu p Eccleam OO SS — 1120
Decretu Sae Nuntiatt in Causa Juriu Parochiae Eccl: SS OO — 1124
Erectio Canonicatus in Eccleam SS. Fundatt Dembinscianae — 1127
Census V. Capitulo Collte SS OO. — 1132
Judicata bina p Juribus Parochiae 1mum Consist: Crac alter Tribun: Sae Nuntiaturae — 1195